Papſt Eugen III. meldet dem Abte zu Lüneburg, daß der ſeiner Würden entſetzte vormalige Corbeier Abt Heinrich keineswegs von ihm in dieſelben wieder eingeſetzt ſei, und befiehlt ihm, dieſem Heinrich vielmehr anzurathen, ſich in das über ihn vom Legaten Thomas verhängte Urtheil zu fügen und ihn widrigenfalls für jeglichen Eingriff in die Abtei zu beſtrafen. (1152.)

(Nach dem Abdrucke bei Martene et Durand veterum ſcript. et comment. collectio II 509 ſq.)

Eugenius Papa abbati de Lunenburch Dilectioni tuae notum fieri volumus, quod Henricus quondam Corbienſis abbas ad noſtram praeſentiam veniens humiliter poſtulavit, ut ipſum in ſuo reſtitueremus officio. Quod quia rationi conſentaneum minime videbatur, et quantitas culpae ipſius poenae hujus allevatione videbatur indigna, nullam omnino reſtitutionem de ipſo nos feciſſe cognoſcas. Inſinuatum eſt ſiquidem nobis, quod temerario auſu contra depoſitionis ſententiam, quae a bonae memoriae Thoma preſbytero cardinali, tunc apoſtolicae ſedis legato in eum probata fuiſſe dinoſcitur, contraire praeſumat. Quodquam rationi contrarium et a ſanctorum patrum inſtitutionibus penitus ſit alienum, qui zelo rectitudinis utitur

penitus non ignorat. Quia igitur ad apoſtolatus noſtri officium ſpectat, errata corrigere et tam nefarias praeſumtiones de medio extirpare, praeſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus praedictum Henricum diſtricte commoneas, ut a tanta praeſumtione deſiſtat, et praedictae ſententiae in ipſum prolatae minime contraire praeſumat. Si autem de reliquo Corbeienſem abbatiam vexare ſeu moleſtare tentaverit, digna ipſum ultione coerceas.

Urk. 18.

Biſchof Hermann zu Verden weiht am 13. December 1157 die Kapelle beim Capitolium in Lüneburg.

(Nach der zu Urk. 10 allegirten narratio de conſecratione Mon. S. Michaelis. — Abgedruckt bei Wedekind Noten I 420.)

Anno incarnationis dominice. milleſimo. centeſimo quinquageſimo. VII°. indictione VI. idus Decembris. conſecrata eſt capella iuxta capitolium in luneburch. a uenerabili hermanno uerdenſis eccleſie epiſcopo. in honorem ſancte et indiuidue trinitatis. et ſancte Marie dei genitricis. — —. Hec capella que uocatur ſancti iacobi dedicata eſt in honore ſancte et indiuidue trinitatis — —. Speciali autem deuotione in honore ſancti benedicti abbatis — —.

Urk. 19.

Biſchof Hermann zu Verden ordnet die Vertheilung der Einkünfte der Bardowieker Kirche unter den Propſt und die Canonici daſelbſt, indem er dieſen zwei, jenem ein Drittheil zuſpricht. — Unter den Zeugen der Lüneburger Abt Gottſchalk. Verden, 21. Mai 1158.

(Nach dem Abdr. in den orig. Guelf. III 477. Pfeffinger II 947. Schlöpken chron. von Bardowiek S. 186.)

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Hermannus, diuina fauente clementia ſancte Verdenſis eccleſie humilis miniſter, cunctis Chriſti fidelibus in ipſo ſalutem. Vniuerſis opus pietatis amantibus notum fieri decreuimus. — — Huic vero inſtitutioni a nobis in Bardewicenſi Eccleſia factae, ex multis idoneis teſtibus, qui aderant, paucos, prout ſufficere conſiderauimus, ſubſcribi precepimus. Abbas Luneburgenſis Gotſchalchus. Item Abbas Vllecenſis Brunchius. Item de Domo Verdenſi Bernardus Prepoſitus. Hugo Canonicus. Item Conradus Prepoſitus Bardeuicenſis. Albertus Decanus, Vigardus cuſtos. Bruno. Conradus Scole magiſter. Thidewigus, Henricus, Borchardus. Item Comes Wolradus eiusdem Eccleſie aduocatus. Item N. Abbas de Raceborch. Hugoldus Advocatus. Waſmodus Advocatus. Hinricus. Item conciues Bardouicenſes Gotſchalcus, Wilhelmus, Volckwardus, Lodewigus et multi de cetera numeroſitate ipſorum. — — Data Verdie XII. Cal. Junii. Anno incarnacionis Domini Chriſti M.C.L.VIII. Indictione ſexta, Domino Adriano ſancte Romane Sedis beatiſſimo Antiſtite. Imperatore Frlderico Romani Imperii habenas flectente. Hinrico Juniore tam Saxonie quam Bauarie Ducatum tenente feliciter!

Urk. 20.

Herzog Heinrich von Sachſen und Baiern verleiht unter Bewilligung des Kaiſers Friedrich das neu gegründete Bisthum Ratzeburg dem Magdeburger Propſte Evermod. — Unter den Zeugen Abt Marquard zu Lüneburg. Lüneburg, 1158.

(Nach dem Abdrucke in den orig. Guelf. III 43 ſqq. praef.; Ludewig rel. manuſcr. VI 233 ſqq.; Cruſius annal. Sueuic. II 436; Pfeffinger Braunſchw.-Lüneb. Hiſt. II 673; Westphalen mon. ind. II 2030; Schröder papiſt. Meklenb. S. 364—384; Franck A. und N. Meklenb. II 243; berichtigt nach dem Archiv des hiſt. Vereins für Niederſ. 1835 S. 319.)

Henricus diuina propitiante clementia, tam Saxoniae quam Bauariae Dux, Evermodo, dilicto ſibi et reuerendo patri in Chriſto, Raceburgenſium epiſcopo in perpetuum. — — Gentes

enim paganas, noſtro ducatui in Saxonia contiguas, winedos dictas, a priſcis temporibus magni Karoli Deo ſemper et Sancte eccleſie rebelles et inſeſtas, poſtquam tandem magno labore fidei Chriſtianae ceruices duriſſimas ſubmiſerunt, ſaepius ad vomitum idololatriae relapſas, hereditario iure huc vsque a progenitoribus noſtris in tributum redactas accepimus, — — tandem nunc diuina dextra faciente virtutem, tam feroces Chriſtianitati reddidimus, vt et nos, et nobis cooperantes, aeternum mereamur denarium, ad illud, quod ante diem extremum in omnes gentes praedicari opertet euangelium. In hoc itaque negotio, domino deo nobis proſperante, in agendo deuoti perſiſtemus, ideoque nouellam in raceborg Eccleſiam, cuius negotium agitur, quam Domino Euermodo dudum in Parthenopoli S. Mariae praepoſito, nunc autem hic in pontificem conſecrato, viro per omnia deo et hominibus accepto, et patri multorum filiorum in Chriſto, commiſimus, qualiter iam de gratia et voluntate et permiſſione Frederici Imperatoris fundatam tueri, confirmare et ſublimare decernimus. — — Huius rei teſtes ſunt: Evermodus, epiſcopus Raceburgenſis. Geroldus, Lubicenſis epiſcopus. Berno, Zuirinenſis epiſcopus. Hermannus, Verdenſis epiſcopus, qui factum noſtrum banno ſuo roborauerunt. Marquardus de Luneburg. Bruriragus de Hullisheim. Bruno de Herſeuelde, Abbates. Theobaldus de Raceburg. Theodericus de Segeberge. obertus de Hammenburg, Praepoſiti. Balduinus. Robertus. Daniel, Raceburgenſes canonici. Dauid. Balduinus, Capellani ducis. Magiſter Hartwicus, curiae notarius. Rodolfus Hammenburgenſis Decanus. Laici teſtes ſunt iſti: Heinricus Comes de Raceburg et Benardus filius ſuus. Adolphus Comes de Schowenburg. Volradus Comes de Danneberge. Walterus de Berge. Guncelerius de Hagen. Hermannus Comes de Luchow. Eilbertus de Welepe. Lippoldus de Hertesberg. Jordanus Dapifer et Joſarius frater eius de Blanckenborg, et alii quam plures et clerici et laici. Datum in Luneburg, anno verbi incarnati milleſimo centeſimo quinquageſimo octauo, regnante et in omnibus his nobis conſentiente Friderico glorioſo Imperatore et ſemper Auguſto. Datum per manus magiſtri Hartwigi, notarii curiae ducis.

Urk. 20a.

Herzog Heinrich von Baiern und Sachſen ſchenkt mit Zuſtimmung des Kaiſers Friedrich, ſeines desfallſigen Lehnsherrn, den 12 Domherren und dem Propſte zu Ratzeburg 27 Mark Renten aus dem Zolle zu Lübeck. — Unter den Zeugen Abt Marquard zu Lüneburg. 1162.

(Nach einer Abſchr. im Copiar des Domcapitels zu Ratzeburg, abgedruckt im Urkundenbuche der St. Lübeck I 3 f.: D. Schröder papiſtiſches Mecklenburg S. 401 f.)

In nomine ſancte et individue trinitatis. Ego Heinricus, Dux Bauarie et Saxonie. Notum facio tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, quod fratribus de Raceburg regulariter viventibus duodecim numero et terciodecimo Prepoſito pro meis meorumque peccatis de theoloneo Lubicenſis mee civitatis XXVII marcas in perpetuum contuli, ſub ea diſtinctione, ut XXIV in fratrum, et tres in Prepoſiti redigantur uſum, annuente et plenarie poteſtatem donante Glorioſiſſimo Imperatore Friderico, cuius gracia beneficiali iure predictum theoloneum poſſedi. Id vero ſtabilitum eſt Anno ab incarnatione Domini DCLXII, Indictione IX, celebrata iam ſuperexcellentiſſima invictiſſimi predicti Imperatoris F. victoria de Mediolano civitate famoſiſſima, in ſecundo poſtquam perfidam gentem Slauos videlicet, propicia divina miſericordia bellica virtute mee ſubjeci dicioni. Et ut hoc ratum et inconvulſum omni futuro tempore permaneat, Sigilli mei impreſſione et ſubſcriptorum teſtium adſtipulatione confirmo, Domini Hartwici Hammenburgenſis Archiepiſcopi, Domini Bernonis Magnopolitani Epiſcopi, Domini Euermodi predicto loco preſidentis Epiſcopi, Domini Geroldi de Aldenburg Epiſcopi, Brunonis abbatis de Hirſevelde, Marcquardi Abbatis de Luneburg, Bruningi abbatis de Ulleſen. Comitum Heinrici ibidem advocati et filii ſui Bernhardi, Sifridi Comitis de Blanckenberg, Comitis Adolfi

de Schouwenburg, Comitis Vollaradi de Dannenburg, Comitis Ottonis de Affenburg, Comitis Wernheri de Veltheimi. Nobilium Liuthardi de Meuerſem, Ludolfi de Waldenroth, Guncelini de Hagen, Hermanni de Linchowe. Hugoldi de Hirmansberg, Gerlagi et filii ſui de Wege, Adulfi de Nuwenkirchen, Theodorici de Viclingen, Skacci de Bardewic, Arnolfi de Cantelfen. Miniſterialium, Hinrici de Wida, Reinaldi de Erteneburg, Lippoldi de Hirzberg, Ludolfi de Peine, Ceſarii de Blankenberg et Jordani fratris ſui, Gerhardi de Lachen et filiorum eius Thiderici et Detleui, Henrici de Luneburg. Heinrici de Dalenberg, Theodorici de Hideſacker, Ottonis de Medingen, Bruniggi de Sumersberg, Marcwardi de Bederikeſa, Gerungi de Brema, Brunonis de Marboldeſtorp, Bartoldi de Odirſtide, Conradi Advocati, Hildemari de Othentorp. — —

Urk. 20 b.

Erzbiſchof Hartwig zu Hamburg beſtimmt, auf Befehl des Papſtes Adrian und des Kaiſers Friedrich, unter Beiſtand des Herzogs Heinrich von Sachſen, welcher die Gränzen des Biſthums Ratzeburg feſtgeſtellt hat, die Bilne und Elbe als Gränzen deſſelben. — Unter den Zeugen Abt Marquard zu Lüneburg. 1162.

(Nach dem Abdrucke bei Lappenberg Hamb. Urkundenb. I 208 Urk. 224, nach dem Originale zu Neu-Strelitz. Schröder papiſt. Mecklenburg S. 407—410.)

In nomine ſancte et individue trinitatis ego Hartwicus, Hammenburgenſis eccleſie archiepiſcopus. Notum ſit omnibus, tam preſentibus, quam futuri temporis ſucceſſoribus, quod nos ex precepto domini Adriani pape et Friderici imperatoris, cooperante nobis domino Heinrico, Saxonum duce, qui terminos Raceburgenſis epiſcopatus ex omni parte diſtinxit et determinauit, de multorum prudentum virorum conſilio et tam Bremenſis quam Hammenburgenſis capituli conſenſu, Bilnam et Albim terminos epiſcopatus Raceburgenſis eccleſie eſſe ſtatuimus et deſignamus. Ne igitur in noſtris ſucceſſoribus ordinationis noſtre ulla poſſit oriri dubitatio, quaſdam uillas a Bilnemuthe in palude infra ſitas denominamus, ſcilicet Boycene, Wilredesſleth, Vrenſleth, Hasſleth, Scove, Anremuthe, Ragit, Walzingetorp, Cucliz, et inhabitantibus eas Euermodo, Raceburgenſi epiſcopo, et eius ſucceſſoribus, auctoritate domini pape et noſtra, obedire in omnibus, que ad ſpiritualia ſpectant, ſub anathematis vinculo precipimus. Vt autem hec deſignatio terminorum inter Hammaburgenſem archiepiſcopatum et Raceburgenſem epiſcopatum rata et inconuulſa omni futuro tempore permaneat, paginam hanc ſigilli noſtri appenſione communimus. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis MCLXII, indictione VIIII^{a}, celebrata iam ſuperexcellentiſſima inuictiſſimi predicti imperatoris F. uictoria de Mediolano, ciuitate famoſiſſima. Teſtium nomina clericorum ſunt hec: Hermannus, Verdenſis epiſcopus. Geroltus, Aldenburgenſis epiſcopus. Berno, Magnopolitanus epiſcopus. Bruno, abbas de Herſuelde. Marquardus, abbas de Luneburg. Bruningus, abbas de Vlleſheim. Theodericus, prepoſitus de Sicheberch. Otbertus, Hammenburgenſis eccleſie prepoſitus. Rodolfus, eiuſdem eccleſie decanus et cuſtos. Volboldus, Hildebrandus, Tetwardus, Gozwinus, Hammenburgenſis eccleſie canonici. Gerardus, prepoſitus de Aleſburch. Balduinus de Bruneſwic, capellanus ducis. Teſtium nomina laicorum ſunt hec: Comes Adolfus de Scowenburg. Comes Volradus de Dannenberch. Comes Heinricus de Raceburg et filius ſuus Bernhardus. Eilbertus de Wilpe. Gvnzelinus de Hachen. Hermannus de Luchowe. Heinricus de Weſten. Marquardus de Bederikeſha. Gerungus de Brema. Bruningus de Somerſberch. Jordanis, dapifer ducis. Joſarius, frater eius. Marcradus Houerbodo et Marcradus, filius eius, de Holtſatia.

Urk. 20 c.

Erzbiſchof Hartwig zu Hamburg beſtätigt die Gründung der Präbenden der Domherren in Lübeck, welche,

mit Zuſtimmung des verſtorbenen Biſchofs Gerold daſelbſt, durch den Herzog Heinrich von Baiern und Sachſen vollzogen iſt. — Unter den Zeugen Abt Marquard zu Lüneburg. 1163.

(Nach dem Originale abgedruckt bei Leverkus Urkundenb. des Bisth. Lübeck I 5.)

C. In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Hartwicus dei gratia hammenburgenſis archiepiſcopus. — — Huius rei teſtes ſunt hii. Otbertus decanus bremenſis eccleſie. Hartwicus Hammenburgenſis eccleſie prepoſitus. Heinricus prepoſitus de ſancto ſtephano in brema. Ettelo lvbicenſis prepoſitus. Burkardus prepoſitus de wildeſhuſen. Livtdolfus prepoſitus de Sigiberg. Hermannus prepoſitus de nouo monaſterio. Marcwardus abbas de Livneburg. Lvdwicus canonicus de madeburg (*sic*). Comes adolfus de ſchowinburg. Comes Sifridus de blankemburg. Comes Heinricus de ſuarzeburg. Comes Heinricus de Schota. Comes Heinricus de razeburg. Comes Volradus de tannenberg (*sic*). Comes Hermannus de Livchowe. Gunzelinus de hagen. Livthardus de menherſen. Livddolfus de waltingerode. Adolfus de nienkerkin. Rembertus de rikline. Thiedricus frater eius. Reinoldus de ertenburg. Bouo de Friburg. Ericus de caterſleve. Livdolfus aduocatus de brunefwig. Livdolfus de pain. Heinricus aduocatus de livnenburg. Gerardus prefectus de Bardwich. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M.C.LX.III. indictione XI^ma. preſidente romane catedre beatiſſimo papa Victore IIII. Regnante Friderico inuictiſſimo romanorum imperatore. et ſemper auguſto.

Urk. 21.

Biſchof Konrad zu Lübeck beſtätigt die von ſeinem Vorgänger Biſchof Gerold, und verzeichnet die vom Herzog Heinrich von Sachſen und Baiern der Kirche zu Lübeck gemachten Schenkungen zum Beſten der Domherren daſelbſt. — Unter den Zeugen Abt Marquard zu Lüneburg. 1164.

(Nach dem Originale abgedruckt bei Leverkus Urkundenb. des Bisth. Lübeck I 7. — Abgedr. in den orig. Guelf. III 501 ſq. ex diplomatario Lubecenſi; Lünig Reichsarchiv ſpicil. eccleſ. II 292.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis — — ego conradus dei gratia Lubicenſis epiſcopus. Nouerint tam poſteri quam moderni quod uenerabilis anteceſſor noſter Geroldus epiſcopus ſedem epiſcopalem que eatenus in aldenburch erat. in Lvbike propter incurſus paganorum et crebras inſeſtationes tranſpoſuit. Congregationem quoque canonicorum inſtituit. ad quorum ſuſtentationem hec que ſupter notata ſunt pro remedio anime ſue ſucceſſorumque ſuorum contulit. — — Praedicte etiam eccleſie — — aſtantibus et banno id confirmantibus. Hartwigo hammenburgenſi archiepiſcopo. Geroldo anteceſſore noſtro. Euermodo raceburgenſi epiſcopo. Bernone zverinenſi epiſcopo. Aliis quam pluribus etiam preſentibus qui teſtes ſunt. Marquardus luneburgenſis abbas. Hartwigus hammenburgenſis prepoſitus. Otbertus bremenſis decanus. Etelo lubicenſis praepoſitus cum omnibus confratribus ſuis. comes wolradus. Guncelinus de zverin. Liuthardus de meinerſem. et alii quamplures. Acta ſunt autem hec anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto. indictione octaua. feliciter amen.

Urk. 22.

Herzog Heinrich von Sachſen und Baiern überweiſt, mit Einwilligung des verſtorbenen Lübecker Biſchofs Gerold, einige Zehnten und Dörfer dieſer Kirche zu Präbenden der Domherren daſelbſt. — Unter den Zeugen Abt Marquard zu Lüneburg. Verden, 12. Juli 1164.

(Nach dem Originale abgedruckt bei Leverkus Urkundenb. des Bisthums Lübeck I 8. — Abgedr. in den orig. Guelf. III 492; Lünig Reichsarchiv ſpicil. eccl. II 291; Schröder papiſt. Mecklenburg S. 416—422.)

C. In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Henricus diuina fauente clementia ſaxonum et bawarorum dux. — — Nouerit ea propter tam preſentium quam futurorum ſacroſancte

dei eccleſie fidelium ſagacitas. qualiter nos ex conſenſu ac pia uoluntate felicis memorie Geroldi venerabilis lubicenſis eccleſie epiſcopi. quasdam de epiſcopali iure ſuo in beneplacito ipſius optinentes decimationes ac uillas. eidem eccleſie in honore ſancte dei genitricis ac perpetue uirginis marie et ſancti Johannis baptiſte dedicate. in uſus et augmentum prebende fratrum inibi deo famulantium. ipſo predicto epiſcopo cooperante et aſtipulante. pro remedio anime noſtre contradidimus. — — Huius etiam rei teſtes hii ſunt. Marquardus abbas de Liuneburch. Hartuicus prepoſitus de hammenburch. Olbertus decanus maioris eccleſie bremenſis. Ludwicus de wipera magadeburgenſis canonicus. Henricus prepoſitus ſancti ſtephani in bremis. Ethelo Lubicenſis prepoſitus. Liudolfus Sigebergenſis prepoſitus. herimannus prepoſitus de nouo monaſterio. Liutmodus prepoſitus heſlinge. Burchardus de wildeſhuſen. Comes Atholfus de ſcowenburch. Henricus comes de ſuarzburch. Comes Sifridus de blanchenburch. Comes henricus de ſchota. Comes henricus de razeburch. Comes volradus de dannenberch. Comes herimannus de Luchowe. Liuthardus de meinerſem. Liudolfus de waltingeroht. Gunzelinus de hagen. Atholfus de Nienkerchen. Reinbertus de richelinge. Tidericus frater eius. Reinoldus de erteneburch. Bovo de vriburch. Ericus de gatterſliue. Liudolfus aduocatus de brunefwic. Ecbertus de wolferbutle. Gerardus de Lache. et filii ſui. Liudolfus de paine. Henricus aduocatus de Liuneburch. Gerardus ſcultetus de barduic. et alii multi fideles et catholici uiri. Acta ſunt hec Anno domini M°.C°.LX°.IIII°. Indictione. VIII^a^ Anno regni domini Friderici Inuictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti. XII°. Imperii uero VIIII°. Data apud Ferdiam. per manum hartuici notarii noſtri. IIII°. idus Julii. Feliciter amen.

Urk. 22 a.

Herzog Heinrich von Baiern und Sachſen ertheilt den Domherren zu Lübeck die Freiheit von allen Auflagen und Laſten der Bürgerſchaft. — Unter den Zeugen Abt Marquard zu Lüneburg. Verden, 12. Juli 1164.

(Nach dem Originale abgedruckt bei Leverkus Urkundenb. des Bisthums Lübeck I 10.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente gratia bawarie et ſaxonie dux. — — In huius igitur conſtitutionis argumentum et firmamentum. preſentem paginam ſigilli noſtri roborauimus impreſſione. ſubſcriptis teſtibus. quorum nomina ſunt hec. Marquardus abbas de luneburch. Hartwicus prepoſitus de hammenburch. Heinricus prepoſitus ſancti ſtephani in brema. Ethelo lubicenſis prepoſitus. Hermannus prepoſitus de nouo monaſterio. Burchardus prepoſitus de wildeshuſen. Liutmodus prepoſitus de heslinge. Ludolfus ſigebergenſis prepoſitus. Adolfus comes de ſcowenburch. Comes Heinricus de raceburch. Comes Sifridus de blankenburch. Ludolfus de waltingerothe. Reinbertus de riclinge. Tydericus frater eius. Heinricus aduocatus de luneburch. Ecbertus de wulferbutle. et alii multi uiri fideles et catholici. Acta ſunt hec anno incarnationis dominice. Milleſimo. Centeſimo. LX°.IIII°. Indictione. VIII^a^ Friderici inuictiſſimi romanorum imperatoris auguſti anno. XII°. Data apud Fardiam per manvm hartwici notarii noſtri. IIII. ydvs iulii. amen.

Urk. 23.

Herzog Heinrich von Baiern und Sachſen beſtimmt, unter Beihülfe des Erzbiſchofs Hartwig zu Hamburg und mit Zuſtimmung des Biſchofs Hermann zu Verden, die Gränzen des Bisthums Ratzeburg. — Unter den Zeugen Abt Marquard zu Lüneburg. Lüneburg 1167.

(Nach dem Abdrucke in den orig. Guelf. III 43 praef. nota z.; Ludewig rel. mſct. VI 240; Schröder papiſt. Mecklenburg S. 427—433; revidirt nach dem Abdrucke bei Lappenberg Hamb. Urkundenb. I 214 Urk. 234.)

Henricus, Dei gratia Bavariae et Saxoniae dux — — Cooperante ſiquidem nobis et negotium fideliter nobiſcum promouente domino Hartwico, Hammenburgenſi archiepiſcopo, terminos epiſcopatus Raceburgenſis ex omni parte diſtinximus — — Ad meridiem vero diſtinximus — — et ſic per curſum Eldene in Albim, uſque quo Bilne Albim influat. Ad occidentem terminos fecimus inter Raceburgenſem et Lubecenſem eccleſias paludem, quae Glindesbrock dicitur, et ſic infra ad aquilonem uſque in aquam Stricknitziam et ultra Wocknitziam in aquam, quae Fluvius ducis dicitur, uſque quo mare influit et ſic per littus maris ad aquam Wiſemaram, ſupra vero in aquas Grinave, Bornize et Trutavem et ſic in Bilnam et per decurſum Bilnae uſque Albim influat. — — Teſtes ſunt. — — Marquardus, Abbas de Luneburg. — — Adolfus, comes de Scowenburg — — Datum in Luneborch, anno verbi incarnati M C LX VII.

Urk. 23a.

Herzog Heinrich von Baiern und Sachſen errichtet zu ſeinem und ſeines Großvaters, des Kaiſers Lothar, Seelenheile, unter Bewilligung des römiſchen Kaiſers Friedrich, die drei Bisthümer Ratzeburg, Lübeck und Schwerin im transalbingiſchen Slavien zur Verbreitung des Chriſtenthums daſelbſt, dotirt jedes mit dreihundert Manſen, und beſtimmt die Immunitäten und Gerichtsbarkeit. — Unter den Zeugen Abt Marquard zu Lüneburg. Artlenburg, 8. November 1170.

(Nach dem Original abgedruckt bei Leverkus Urkundenb. des Bisthums Lübeck I 12. — Abgedr. in den orig. Guelf. III 511; bei Rehtmeier Br.-Lüneb. Chronika S. 334; Lünig Reichsarch. ſpicil. eccl. II 292; Schröder papiſt. Mecklenburg S. 441—444; Westphalen mon. ined. II 2042.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. H. dei gratia bauarie et ſaxonie dux. — — notum ſit tam preſentibus quam futuri temporis ſucceſſoribus. quod nos pro remedio animę noſtrę et felicis memorię lotarii imperatoris aui noſtri. et reliquorum parentum noſtrorum. auctoritate et conceſſione inuictiſſimi romanorum imperatoris fritherici. tres epiſcopatus in tranſalbina ſclauia ad propagandum chriſtianę religionis cultum deo adiutore inſtituimus. et trecentis manſis ſingulos dotauimus. Ut autem quieti illorum et paci impoſterum prouideamus. ordinauimus atque conſtituimus. ut nulli liceat in predictis manſis exactiones facere uel paratas accipere. angarias requirere. ſed immunes ſint ab omni exactione et grauamine. et cenſu ducis qui wogiwotinza dicitur. De capitalibus autem cauſis duę partes compoſicionum epiſcopo. tertia uero aduocato proueniat. Alię uero cauſe tantum ad epiſcopum uel ad eius diſpenſatorem referantur. Ceterum uolumus ut predicti coloni iuxta conſuetudinem terrę placita noſtra quę marthinc uocantur obſeruent. et expeditiones ſequantur. et burchuuerc operentur. A quo tamen iure cuilibet epiſcoporum. X. vorwercos emancipauimus. Cenſus autem ſclauorum de unco tres menſurę. quod dicitur Kuriz. et ſolidus unus. Ordinauimus quǒque ut quolibet predictarum eccleſiarum epiſcopo decedente nullus aduocatus uel aliqua alia perſona bona epiſcopi preſumat inuadere. uel in uſus proprios mancipare. ne ſacrilegii crimen incurrat. ſed ſecundum ſanctionem canonum prima pars pro remedio animę epiſcopi in uſus pauperum diſtribuatur. ſecunda in uſus eccleſię. tertia ſucceſſuri epiſcopi ſubſidio reſeruetur. Ut autem hec rata et inconuulſa permaneant. paginam hanc ſcribi fecimus. et ſigilli noſtri impreſſione roboratam ſignauimus. Epiſcoporum quoque Euermodi racenburgenſis. Cŏnradi lubicenſis. Bernonis ſzwirinenſis. banno firmari ſtatuimus. Acta ſunt hec Anno dominice incarnationis M.C.L.XX. Indictione autem III^{a} Teſtium uero qui hec uiderunt et audierunt nomina ſunt hec. Euermodus racenburgenſis epiſcopus. Cŏnradus lubicenſis epiſcopus. Berno ſzuirinenſis epiſcopus. Marcquardus abbas de luneburch. Theodoricus prepoſitus de ſigeberch. Gehardus prepoſitus de alesburch. Balwinus prepoſitus de razenburch. Balwinus capellanus ducis. Magiſter dauid ſacerdos curie ducis. Odo lubicenſis eccleſie decanus. Fulcherus et Sigi-

bernus eiuſdem eccleſie canonici. Gunzelinus comes. Henricus comes. Berhardus comes. Cònradus uicedominus de hildeneſheim. Cunradus comes de reinſteine. Meinricus comes de luzeburch. Ludegerus de hardeſtorp. Comes albertus de Scouuenburc. Walterus de berge. Henricus aduocatus de luneburc. Jordanus dapifer. Jofarius frater eius. Henricus pincerna. Lupoldus pincerna. Werherus camerarius. Rohardus et Giuehardus de haldesloue. Walbertus mule. Georius de hideshacer. Hildebrandus. Marchradus honerbode. et Marcquardus filius eius. et Hurno de holtſatia. Data in hertenеburc. VII. idus nouembris. Domnus harwicus bremenſis ecclefię canonicus et notarius ducis aſſigniuit.

Urk. 23 b.

Herzog Heinrich von Baiern und Sachſen überträgt der Kirche zu Ratzeburg zum Nutzen des Biſchofs daſelbſt die Dörfer Lübſen, Mallentin und Greſſow im Lande Brizen, Malk in „Wanige", Brennin im Lande Boitzenburg und Pötrau in Sadelband. — Unter den Zeugen Lambert von Lüneburg. 19. September 1171.

(Nach dem diplomatarium Raceburgenſe I in Weſtphalen mon. rer. Germ. II 2044; daſelbſt S. 2043 und Schröder papiſt. Mecklenburg S. 447 f. unter dem irrigen Jahre 1170, wozu die indictio IV nicht paßt, abgedr. im Hodenberger Urkundenb. I 20 Urk. 8.)

In nomine ſanctae Trinitatis et individuae Unitatis. Henricus Dei gratia Dux Bavariae et Saxoniae — — haec ſunt nomina teſtimonialium perſonarum, quibus praeſentibus haec facta ſunt Evermodus Raceburgenſis Epiſcopus. Berno Zverinenſis Epiſcopus, Praepoſitus Anſelmus, Praepoſitus Henricus, et laici Henricus Comes de Ravensberg, Fridericus Palatinus de Kalchheim, Bertholdus Marchio de Woburg, Comes Gvnzelinvs, Bernhardus Comes de Raceburg, Hermannus Comes de Luchowe, Adolphus de Nienkerken, et frater eius, Rembertus de Ryklinge, Hermannus Hude, Jordanus dapifer Lotarius [1]) frater eius, Lambertus de Luneburg, Gerardus de Schroderſtette, Sigerus de Stadio, Cazemarius de Dymin Pribislaus de Mikelenbvrg Principes Slavorum. Acta ſunt haec anno dominicae incarnationis MCLXXI. indictione quarta XIII. kalend. Octobr.

[1]) Wohl ſtatt Jofarius.

Urk. 24.

Kaiſer Friedrich I. verleiht dem Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg, auf Fürſprache des Herzogs Heinrich von Baiern und Sachſen, den fünften Theil des Marktzolles zu Bardowiek, gleichwie Kaiſer Otto denſelben dem Kloſter geſchenkt hat. Erfurt, 1172 [1]).

(Nach dem Original im Königlichen Archive zu Hannover.)

Fredericus dei gratia romanorum imperator auguſtus. Imperialem noſtram decet excellentiam. ut quicquid predeceſſoref noſtri Regef et imperatoref diuinę Remunerationif intuitu ſanctorum ecclefijs contulerunt. priuilegij noſtri auctoritate corroboremus. et ab omnibus ratum et firmum teneri faciamus. Ea propter notum facimus omnibus imperii noſtri fidelibus tam futurif quam preſentibus. quod noſ interuentu et peticione kariſſimi nepotif noſtri Heinricj [2]) ducif bawarię et ſaxonię. fratribus in Livniburg. deo ſanctoque Michaheli iugiter

[1]) „Das erſte hieſige Original, in welchem Worte mit getrennten Sylben vorkommen. Es ſind deren fünf, aber nur bei dem zweiten: Famulanti-bus, iſt ein ſchwacher Strich, als Trennungszeichen, ſichtbar." (W.)
„Sehr häufig hat dieſe Urkunde das Zeichen 9 für us, ſogar auch in der Umſchrift des angehängten Majeſtätsſiegels: † FREDERIC9 DEI ..... IMPERATOR AVGS." (W.)

[2]) „Nepotis noſtri. Sehr uneigentlich. Heinrichs des Löwen Vaters Schweſter, Judith, war des Schwäbiſchen Fridrichs Gemahlinn und des Kaiſers Mutter. Sie waren alſo Geſchwiſterkinder." (W.)

famulantibus. quintam partem tocius telonej ad iuſ imperiale pertinentem de mercato Bardewic [3]) conceſſimus et dedimus. eo iure et ea auctoritate. qua pię recordationiſ otto Imperator eiſ dedit et contulit. Vt autem hęc noſtra noſtrorumque predeceſſorum traditio. rata et firma perpetualiter teneatur et ab omnibus obſeruetur. preſentem inde cartulam conſcribi iuſſimus. et ſigilli noſtri impreſſione inſignirj. Huius rei teſteſ ſunt. Vdo ciconſis epiſcopus. Heinricus dux bawarię ac ſaxonię. Lodwicus Lantgrauius duringię. Otto marchio de miſſina et frater eius marchio theodericus. Comeſ dedo de Grouſ. Comeſ Sibodo de ſcarſenberg. Burcardus burgrauius magdeburgenſiſ. Arnoldus de dorſtat. et alij quam plureſ. Datum erbſfurdię Anno dominice incarnationiſ. M.C.LXXII. Indictione III.

Das von dem Pergamentſtreifen abgefallene Siegel iſt beiliegend. eine ſitzende Figur mit Scepter und Reichsapfel und der Umſchrift: „FRIDERICVS. DEI ..... RATOR AVGVSTVS."

---

[3]) „Bardewic. Unter dieſem Worte iſt eine Raſur und daher daſſelbe mit etwas vergrößerten Buchſtaben darüber geſchrieben. Nach den noch vorhandenen Spuren vermuthe ich, daß es Livniburc geheißen habe. Das neue Wort iſt jedoch, allem Anſchein nach, von der Hand des Originals." (W.)

Urk. 25.

Biſchof Hugo zu Verden ſtiftet das Kloſter Lüne. 9. Januar 1172.

(Nach den ſtatuta monaſterii in Lune, manuscr. saec. XV., abgedruckt bei Wedekind Noten III 179—183.)

In nomine ſancte et individue trinitatis. Hugo Dei gratia Verdenſis eccleſie epiſcopus univerſis in Chriſto tam preſentis quam futuri temporis fidelibus. Notum ſit omnibus hec ſcripta legentibus, qualiter beate memorie fideles hunc locum inchoaverint vel eciam beneficiis ampliaverint et coluerint. Domino Wlframno Luneburgenſis abbatie regiminis iura tenente, ſupervenit quidam frater, Rethardus nomine, qui ſocietatem fraternitatis humili devocione impetravit. — — Deinde proceſſu temporis quidam frater momine Thiedericus, iubente Godeſcalco Luneburgenſi tunc temporis abbate — —. Evoluto igitur aliquanto temporis curriculo, divina gratia annuente et ſancta Dei genitrice opitulante, predictus frater Theodericus laboribus inſudando continuis, eccleſiam lapideam et fundamentis erexit, quam nos eciam Domino donante, rogatu Marcwardi, tunc temporis venerandi abbatis, conſecravimus et cum omnibus appendiciis ſuis denuo eam dotavimus et banni noſtri confirmacione ſtabilivimus. Defuncto itaque Marcwardo, vir vite venerabilis Bertoldus paſtoralem ſuſcepit curam et ſepe nominatum locum ceteris amplius coluit et colendo decoravit. — — Teſtes: Heinricus dux, Gunzelinus, comes, Bernhardus, comes, Bruningus abbas de ..... Heinricus de Luneburch, Otto de Ertenеburch, Fridericus de Deleub. Heinricus Pincerna, Wernherus camerarius, Wichbertus, Thanquardus, capellani epiſcopi, Godfridus, Dauid, capellani ducis, Joſep, frater epiſcopi, Hildemarus, dapifer epiſcopi. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M.C.LXXII. Indictione IIII. Quinto Idus Januarii.

Urk. 26.

Biſchof Rudolf zu Verden beſtätigt dem von den Edelherren Heinrich und Herlag von Burtehude [1]) und Heinrich's Gemahlinn Floria gegründete und dotirte Kloſter Burtehude den Beſitz ſeiner Güter. — Unter den Zeugen Abt Hartmann zu Lüneburg. 1197.

(Nach dem Abdrucke bei Vogt mon. ined. I 247, Pratje Bremen und Verden IV 185.)

---

[1]) Vergl. den Commentar zu dieſer Urkunde.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Rudolphus, divina tavente clementia, Verdenſis Eccleſiae Epiſcopus, cunctis Chriſti fidelibus, tam futuris, quam praeſentibus, ſummum bonum et temporale commodum. — — univerſitati veſtrae ſignificare dignum duximus, quod duo uterini fratres, Henricus, et Herlagus, Viri nobiles de loco, qui Buxtehude dicitur, et eiuſdem Henrici uxor devota matrona, Floria nomine, cum religioſo quodam monaſticae profeſſionis Viro, Sigebando nomine, ad nos venientes, ſupplici nobis devotione ſignificaverunt: in votis ſe firmiter habere, ut de patrimonio ſuo coenobium, et congregationem Sanctimonialium, in praedicto loco Buxtehude, qui eccleſiaſtico iure ad nos pertinet, fideliter conſtruerent, ſi nos in hac cauſſa propicios cooperatores ſibi invenirent. Aderat etiam Hermannus, Archi Diaconus de Holdenſtede, tum pro Deo, tum pro illorum nobilium dilectione Altare, et Bannum in Buxtehude ad hoc nobis promtus reſignare, ut in augmentum operis Dei inibi conferreremus. Habito itaque ſuper hoc negotio Verdenſis Capituli, imo totius Eccleſiae noſtrae, conſilio, ipſorum petitionibus clementer annuere, et honeſtum ſuum propoſitum, ea conditione, promovere diſcrevimus, ſi ius Patronatus eiuſdem loci, quod ad eos pertinebat, Verdenſi Eccleſiae ſimul cum Advocatia ſuper bona et homines eiuſdem Eccleſiae libere vellent conferre. Ordinationi igitur noſtrae praedicti nobiles conſentientes et centuplam mercedem a Deo exſpectantes, una cum conſenſu illuſtris Adolfi, Comitis Stadenſis, oblationum ſuarum devotionem impleverunt. Ad huius igitur negotii promotionem et maiorem apud homines firmitatem obtinendam, Iwanus vir quidam honeſtus, Vice-Comitis illius temporis fungens officium, convocata liberorum Virorum multitudine, apud villam, quae Lutmereſdorpe dicitur, placitum indixit, ubi eo, pro iudice vice Comitis, ſedente, iam ſaepe dicti nobiles unanimi conſenſu ſuper Scrinia Sanctae Mariae, Sanctique Laurentii, quae Hermannus, Verdenſis Canonicus, quem ad huius negotii excutionem vice noſtra illuc miſeramus, et Sigebandus, Miniſter loci, per medium exhibuerunt, ius Patronatus praedicti loci Eccleſiae Verdenſi, ſimul cum Advocatia Eccleſiae in Buxtehude, nihil in his ſibi retinentes, libere obtulerunt, ac molendinum orientale et totam curtem, areas et terram, ab Eccleſia Sancti Petri, uſque ad antiquam ſtructuram Sanctae Mariae in monte, eidem Coenobio contulerunt; alterum vero Molendinum ſibi retinuerunt. Item omnem terram et ſolitudinem iuxta Eſchedam, verſus orientem, de villa Buxtehude, uſque ad Hollandros, cum omni iure, contulerunt. Obtulerunt etiam idem fratres, ex conſenſu ſuorum haeredum, praedictae Eccleſiae bona quaedam iuxta Saſteram, quinquaginta modios avenae ſolventia, et tria iugera iuxta Eſchedam, recompenſans manſos, ab antiquo eccleſiae collatos, in villa Malthemere, quos Aluericus, eccleſiae Verdenſis Miniſterialis, ab eo in beneficio obtinuit; Has ergo donationes, ſine contradictione factas, Iwanus praedictus Judex, ex ſententia Aſſeſſorum ſuorum, conſavorabili acclamatione populi praedictae Eccleſiae regio banno confirmavit. Praelatorum igitur noſtrorum et eorundem nobilium, aliorumque fidelium noſtrorum, conſilio ſtatuimus, ut nullus Epiſcopus, nullus unquam eiuſdem loci Praepoſitus, advocatiam alicui in beneficio praeſtet; ſed ſi aliquando opus Advocato habeat Praepoſitus, virum commodum et utilem, conſenſu Epiſcopi ſui, ita ſibi eligat, ut ſi forte pro curſu temporis, gravis et inutilis eſſe ceperit, ipſo amoto, aliter ſi voluerint, idoneus ſubſtituatur. His itaque peractis per manum Hermanni, Verdenſis Canonici, noſtram vicem gerentis et Altare et Bannum in Buxtehude, quae nobis Hermannus, Archi Diaconus in Holdenſtede, in Synodo, feria quinta ante paſcha Verdis habita ad hoc, reſignaverat, ſaepe dictae contulimus eccleſiae. Decimam quoque ſuper novalia praememorata, de Buxtehude, uſque ad Hollandros, ad altero praedictorum fratrum nobis reſignatam memoratae ſimiliter contulimus eccleſiae. Poſtmodum, quia miſericors Deus in coeptis ſuorum fidelium optatum ſemper praeſtat incrementum, Domina etiam Floria, conſenſu haeredum ſuorum, Eccleſiae in Buxtehude unam contulit domum, continentem quatuor manſos infra villam Ennebecke, cuius domus decima

prius eidem pertinebat eccleſiae. Item, unum quadrantem unius manſi iuxta Eſchedam. Huius ergo rei actione, in Synodo generali habita Modeſdorpe, in praeſentia noſtra recitata, de conſilio omnium, qui tunc aderant, tam Clericorum, quam Laicorum, factum hoc noſtrum et praedictorum nobilium banno noſtro confirmavimus, et praedictum Sigebandum. Praepoſitum eiuſdem novellae plantationis inveſtivimus; de ſtatu et ordine eiuſdem Coenobii hoc ſtatuentes, ut conventus eiuſdem loci Sanctimonialium ordinem monaſticum, ſecundum Beati Benedicti regulam, ſub obedientia ſui Praepoſiti devote obſervet; quo obeunte, alterum ſibi poſtorem, ibidem Deo ſerviens conventus cum conſenſu Epiſcopi, et conſilio Verdenſis Capitoli, ſi copia Epiſcopi haberi non poteſt, virum idoneum ſibi eligat, ac Epiſcopo, ſuam electionem approbanti, inveſtiendum repraeſentet. Praenotatis ergo rebus ſaepedictae Eccleſiae de novo collatis, bona etiam, quae ab antiquo eidem Eccleſiae collata ſunt, et hactenus poſſeſſa, praeſenti duximus paginae intitulari. Haec ſiquidem ſunt bona, ab antiquo praedictae Eccleſiae pertinentia: Agri circa villam Buxtehude; Ninhuſen duo iugera; Eilendorpe tres manſi; Ennenbecke VII; Adeſdorpe unus; Villenhuſen VII, quorum decimam nos eidem coenobio contulimus; Bebenhuſen quatuor; Holdenſtede quinque; Everſten unus; Growenge unus; Spretzenſlo duo, Holdeſtedem unus; Waleſdorpe duo; Totſtede unus; Ottenſtede unus; Radelmesdorpe duo; Volmersdorpe unus; Dreſtede unus; Ludesmesdorpe unus; Ottenſtede unus; Trintlo unus; Eckhorſt unus et dimidius; Oſersdorpe duo; iuxta Eſchedam prata multa; Pattenhuſen et Scherembecke quidam agri; Stelle manſus unus. Ad cuſtodiam etiam praedictae Eccleſiae antiquitus collata ſunt haec: Unius domus decima in Rennenbecke; Radelmesdorpe manſus unus; Aldendorpe manſus unus; Goltbecke manſus unus. Ut ergo ad praedicti Coenobii inſtitutionem facta donatio et noſtra ordinatio, omni ſequenti aevo firma maneant et inconvulſa, hanc atteſtationis noſtrae paginam conſcribi iuſſimus et ſigilli noſtri impreſſione, teſtiumque annotatione, roborari. Si quis vero hoc aliquando diabolo inſtigante infrigere attemptaverit, a communione alienus, anathema ſit. Huius autem rei teſtes ſunt: Waltherus, Abbas de Ultzen; Hartmannus, Abbas de Luneburg; Canonici Verdenſes, Ilo maior Praepoſitus; Manegoldus, Decanus; Wichertus, Hermannus; Didericus, Praepoſitus de Ebbekesdorpe, Burchardus, Praepoſitus de Lune, et Epiſcopatus noſtri fere omnes ſacerdotes. Laici etiam Adolfus, Comes Stadenſis; Fridericus de Brockbere; Heinricus de Hildingesvelt, Ywanus, Godefridus, Alvericus, Hartmannus, Tammo, Lutbertus, Tedo, Meinhardus, Everwicus, Godefcalcus, Rodeſtus, Herdeſtus, et alii, quam plures. Actum, anno ab incarnatione Domini Milleſimo, Centeſimo, nonageſimo VII. indictione XIIII; anno Epiſcopatus noſtri nono; feliciter! Amen.

Urk. 27.

Papſt Innocenz III. ertheilt den Aebten, Pröpſten und Prioren in den Klöſtern das Recht, zu dispenſiren, außer bei Mord, Meineid, Kirchenraub und vorbedachtem Blutvergießen. Lyon, 14. Mai 1199.

(Nach dem Copialbuche A2 3 S. 7 des Kloſters St. Michaelis, jetzt im Königl. Archive zu Hannover.)

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis, abbatibus, prepoſitis, prioribus, ſupra monaſticum ordinem conſtitutis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. In generali ſummi iudicis iudicio, cum ad uerendum ipſius tribunal omnes ſtabimus reſponſuri, prout geſſimus in corpore, ſiue bonum ſiue malum. Beatus ſeruus qui talentum ſibi creditum ſuo domino reportauerit duplicatum. Hac conſideratione nobiſcum habita et diligenter perſpecta de communi cardinalium noſtrorum conſenſu ſtatuimus inſtituimus. Vt uos qui gregem dominicum ſuſcepiſtis paſcendum. Sic in ipſa domini Sabaoth uinea cultum operemini iuſtitie ne tempore uindemiarum cum ſpinetas et labruſcas putatis euellere. palmites in poſterum fertiles ueſtra negligentia precidatis. Inbecillium namque non forcium curam ſuſcepiſtis. Vnde quibus

lacte opus eſt non ſolido cibo, pia mater diſcretio manum adhibuit in corrigendo. quamuis hii qui per monaſticam uitam ad eternam trahuntur hereditatem. magis miſericordie operibus quam auſteritate prouocentur. Graciam igitur qua huc uſque uſi ſunt in eſu et ueſtimentis. non minuimus. ſed quantum fas eſt rationabiliter indulgemus. Super omnes negligencias temporum et caſu preter ſolum homicidium. periurium manifeſtum. ſacrilegium. effuſionem ſanguinis ex deliberato factam. ne foris uagandi detur occaſio. plenam uobis damus auctoritatem diſpenſandi. Huic noſtre conſtitutioni ſi qui prelatorum contradicere preſumpſerint. beneficiis et officiis decreuimus eſſe priuandos. Datum Lugdunis Pridie. ydus may Pontificatus noſtrj Anno. II°. Dominus clunycenſis a domino Papa hoc optinuit.

Urk. 28.

Herzog Wilhelm von Lüneburg beſtätigt den Vertrag, durch welchen Abt Burchard die Anſprüche Otto's von Rapenſtede an Salzgütern beſeitigte, welche deſſen Bruders Frau Otgena bei ihrer Aufnahme im Kloſter Lüne demſelben geſchenkt hat. Im Auguſt 1200.

(Nach dem Abdrucke in den orig. Guelf. III 850 ſq., Pfeffinger Hiſt. I 95.)

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Wilhelmus Dei gratia Dux de Luneborch omnibus in perpetuum. Ne tranſeat cum tempore, quod ab hominibus tractatur et geritur intra tempus, priuilegii ſcriptum, et inductio teſtium perhenni ſolet memoriae commendare. Quapropter notum facimus tam futuris quam praeſentibus vniuerſis, quod Domina Otgena ſe obtulit Eccleſiae Sancti Bartholomaei in Lune, vt ad euitandos ſeculi tumultus, ibi Domino poſſet liberius famulari. Vnde quia non incongruum erat, vt, cui corpus et animam obtulerat, illi res offerret, accedente noſtra voluntate duas ſartagines in ſuperiori domo Dernetſinghe, at dextram ſitas, pecunia mariti ſui legitime comparatas, aſſignauit beato Bartholomaeo in perpetuum poſſidendas. Et datis duobus ſolidis Aduocato, ſicut iuris eſt, talis donatio in noſtra iudicio eſt confirmata. Tempore itaque procedente Otto de Rapenſtede, frater mariti eius defuncti, inſurgens contra Eccleſiam dicebat, ſe ius habere in eiſdem bonis. Cum autem lis iſta inter Eccleſiam et ipſum multo tempore verteretur; tandem mediante Venerabili Abbate, Burchardo, et aliis prudentibus viris, tali fine ex arbitrio eſt diremta; quod praedicta Eccleſia dedit Domino Ottoni triginta et quinque marcas argenti. et ipſe et omnes ſui haeredes renunciauerunt omni ſuo iuri, quod in eiſdem ſartaginibus habuerunt, coram multis in iudicio promittentes, quod Eccleſiam in Lune non inquietarent de caetero de hac cauſa. Conſiderato ſiquidem affectu, quem Domina Otgena Eccleſiae multocies declarauit, receptus eſt ibidem puer eius, Deo perpetuo ſeruiturus. Sane vt haec donatio ſemper maneat inconuulſa, et ne ab aliquo poſſet in irritum reuocari ſigillo noſtro eam confirmauimus. Teſtes autem fuerunt: Anno Dapifer noſter. Wernerus de Meding, Marſchalkus. Ekkehardus Scakke. Waſmodus. Olricus Vultur, Senior. Hartmannus Aduocatus, et alii quam plures Caſtellani noſtri. Ciues etiam noſtri aderant iſti. Achilles, Adam, Waſmodus de Barſcampe, Lambertus Nipere, Godefridus, Helmuicus, Albertus et alii multi. Actum eſt anno Domini Milleſimo Ducenteſimo, in menſe Auguſto, regnante fratre noſtro, glorioſo Romanorum Rege Ottone.

Urk. 29.

Wilhelm von Lüneburg, Sohn des Herzogs von Sachſen, überträgt dem Kloſter Lüne die Vogtei und Gerechtſame an den Gütern zu Dalldorf (im K. Suhlendorf) und Kahlſtorf (im K. Lehmke, beide A. Bodenteich), welche Abt Burchard zu St. Michaelis in Lüneburg dem Kloſter geſchenkt hat. 26. November 1204.

(Original im Archive zu Lüne. — Nach dem Abdrucke in den orig. Guelf. III 855, Pfeffinger Hiſt. III 6.)

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Willehelmus de Luneburch, filius Ducis Saxoniae, omnibus, qui hoc inſpexerint, ſalutem. Quoniam praeſentis temporis homines ad malum proni ſunt, ita vt in verbis fides et in pactis ſtabilitas non poſſit inueniri; ideo vtile duximus annotare, et memoriae poſterorum noſtrorum tranſmittere, quicquid diſcretorum virorum communis ſtabiliuit conſenſus. Vniuerſitati igitur veſtrae notum eſſe volumus, quod Dominus Burchardus, Abbas ſancti Michahelis in Luneburch, cum conſenſu Fratrum ſuorum, et noſtra permiſſione, quaedam bona, quae ſibi per multa tempora vacauerunt, Dalthorp ſcilicet et Cachelſtorp, cum omnibus appendiciis Eccleſiae beati Bartholomaei in Lune ad adminiſtrationem dominarum donauit. Nos vero deuotionem iam dicti conſiderantes et laudantes, ad petitionem ipſius et Fratrum ſuorum, aduocatiam et omne ius, quod in eisdem bonis habuimus, praefatae eccleſiae reliquimus, hoc tamen excepto, vt, ſi caedes in iam dictis bonis perpetrata fuerit, vel lis exorta, ad nos et haeredum noſtrorum id ſpectare debeat iudicium. Huius rei teſtes ſunt: Tanko Prior. Eckehardus Senex. Marquardus Sacerdos. Hunerus Sacerdos. Otto Dapifer. Wernerus Marſcalcus. Wernerus frater Dapiferi, et alii quam plures vrbani de Luneburch. Factum eſt hoc anno Dominicae Incarnationis milleſimo, ducenteſimo quarto. Indictione ſexta. Regnante glorioſo Domino noſtro Ottone, Romanorum inclito Rege, anno electionis ſuae ſeptimo, menſe Nouembrio, ſexto Kalendas Decembris. Vt autem haec donatio rata et inconuulſa permaneat, et poſtmodum in irritum non poſſit reuocari, hanc cartam inde conſcribi fecimus, et ſigilli noſtri impreſſione corroborari.

Urk. 30, 31 [1]).

Papſt Innocenz III. bewilligt, auf Bitten des edlen Herrn Wilhelm von Lüneburg, Sohnes des verſtorbenen Herzogs Heinrich, daß der Abt des Kloſters St. Michaelis zu Lüneburg an den höhern Feſten die Inful tragen und die heiligen Gewänder weihen darf, wie ſeine Vorgänger gethan haben, bis eine der Burg Lüneburg vorſtehende Frau ihnen dies Privileg entriß. Rom, 26. September 1205.

(Nach dem Original im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Wedekind Noten III 302 f., orig. Guelf. III 856, Pfeffinger Hiſt. I 318, Pfeffinger ad Vitriarium III 1449.)

Innocentivs epiſcopus ſervus ſervorum dej. Dilecto filio . . Abbati Sancti Michaelis in Luneburg. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Certa multorum inſinuatione didicimus quod Monaſterium tuum huiuſmodi priuilegium ab apoſtolica ſede meruit optinere ut abbas ipſius in ſollempnioribus feſtis infula uteretur. et cum neceſſe foret benediceret ſacras ueſtes. Sed malignitate cuiuſdam domine que caſtro de luneburg ante tempora iſta preſedit. idem priuilegium prefato Monaſterio eſt ſubtractum. Nos igitur ad inſtantiſſimas preces Nobilis uirj. Wilhelmj. de Luneburg. filij quondam ducis Henrici. Auctoritate tibj preſentium indulgemus ut preſcripta dignitate licenter utaris. ſicut anteceſſores tuj antiquis temporibus utebantur. Ita tamen ut per eam nullum diocesano epiſcopo in iure ſuo preiudicium generetur. Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre indulgentie infringere uel ej auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignitationem omnipotentis dej. et Beatorum Petrj et Paulj Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome Apud Sanctum Petrum VI kalend. Octobris Pontificatus noſtri Anno Octauo:,

Plumbum des: „INNOCENTIVS . PP . III." an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

---

[1]) Im Repertore ſind irrig zwei Urkunden des Papſtes Innocenz III. in Betreff der Inful eingetragen, welche in eine zuſammenfallen, dieſe iſt hier aber, die Reihenfolge der Urkundennummern nicht zu ſtören, mit Urk. 30, 31 verſehen.

Urk. 32.

Graf Albert in Transalbingien reſignirt dem Abte Burchard und Kloſter St. Michaelis in Lüneburg, zum Seelenheile ſeines Vaters Sigfried, ſeiner Mutter Sophie und ſeines ebenfalls verſtorbenen Bruders Otto, wie auch zu ſeinem und ſeiner noch lebenden Gemahlinn und ſeines Bruders Hermann [1]), alle etwaigen Gerechtſame an das Dorf Hittbergen (Kirchd. im A. Artlenburg), oder andere Güter dieſes Kloſters. Artlenburg am Ufer der Elbe, 10. Mai 1211.

(Nach dem Copialbuch № 3 S. 40 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. in den orig. Guelf. IV 102.)

Vniuerſis chriſti fidelibus ad quos preſentes deuenerint. Albertus [2]) comes tranſalbinus obſequium. Prouidencia prudentum conſulit. ut que apud modernos iuſte et rationabiliter aguntur. ne a poſteris retractentur. uiuaci memorie commendentur. id eſt in ſcriptis redigantur. Vnde ſcire uolumus tam futuros quam preſentes. quod quicquid iuris nobis in uilla hethberge. ſeu aliis bonis ſancti michaelis in Luneburg ueniditare potuimus. pro remediis animarum patris noſtri ſifridi. et matris noſtre ſophie et fratris noſtri ottonis defunctorum et uiuorum ſcilicet noſtri ipſius et uxoris noſtre hadewigis. et fratris noſtri hermanni predicto iuri renunciauimus. et omnem iuriſdictionem eorumdem bonorum cum integritate eccleſie ſancti michaelis. et abbati burchardo ſuiſque ſucceſſoribus indulximus. Vt autem huiuſmodi collacio ſiue donatio perpetuo ſit rata et inconuulſa. ipſam per preſentem paginam bulla noſtra ſignatam munimus. et teſtium ſubnotatione corroboramus ... Teſtes hii ſunt. Comites. Hermannus. Guncelinus. Hermannus de ſtortebutle. Gerhardus ſacerdos capellanus. Heinricus ſcakko. ekkehardus. marquardus de barmeſtede. Neuelunghus albus. Geuehardus de Luneburg. euerhardus de ſeueneken. et alii quam plures. Facta prope nouam erteneburc ſuper litus albie. Anno dominice incarnationis. M°.CC.XI°. Indictione XIII. Sexto idus Maii.

---

[1]) S. den Commentar zu dieſer Urkunde.

[2]) „Albertus. Albrecht Graf von Orlamünde. Er wurde von ſeiner Mutter Bruder. Waldemar II., nachher König von Dännemark, zum Statthalter der übereibiſchen Länder ernannt und erhielt auch von ihm 1203 Lauenburg, womit er aber 1226 ſich aus der Gefangenſchaft des Sächſiſchen Herzogs Albrecht löſen mußte. Fr. Phil. Strube Vindiciae juris Br. Luneb. in ducat. Saxo-Lauenb. p. 23." (W.)

„Comes Transalbinus. Sein vollſtändiger Titel iſt ſonſt in Siegeln: ALBERTVS DEI GRACIA COMES ORLAMVNDENSIS ET HOLSACIE COMES RACEBVRGENSIS WAGRIE AC STVRMARIE. Fortſetzung der allgemeinen Weltgeſchichte Th. 32 p. 514, wo auch das Wappen beſchrieben wird." (W.)

Vergl. auch die Siegel-Abbildung des Grafen Albrecht zu der Urkunde 387, aus dem Jahre 1212, in Lappenberg's Hamburgſchen Urkundenbuche Tab. III. Abbild. 11.

Urk. 33.

Abt Burchard zu St. Michaelis in Lüneburg beurkundet, daß Helene, Gemahlinn Wilhelm's, Herrn von Lüneburg, vier dem Kloſter gehörige Hufen zu Hagen gekauft hat.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. in den orig. Guelf. III 471.)

Bvrcharduſ dei gratia monaſterii beati Michahelis in Luneburg dictus abbaſ. vniverſiſ ad quoſ preſenſ ſcriptum peruenerit ſalutem. et ſinceram in chriſto dilectionem. Ad noticiam omnium cupio peruenire. quod domina mea Helena. vxor domini willehelmi in Luneborg. quatuor manſoſ in Hagene. iam dicto monaſterio pertinenteſ. meo aſſenſu accedente et cooperante. meiſ quoque fratribus approbantibus tale factum. pecunia ſua ſibi comparauit in perpetuum poſſidendoſ. Huius venditioniſ teſteſ ſunt. Marquardus prior. otto. Richardus. Hunerus. Johanneſ. Bertholdus. Hermannus. Alardus. et alii quam plureſ. Miniſterialeſ quoque wernerus dapifer. Geuehardus. Rvdericus et frater ſuuſ Heinricus. vlricus de bluchere. Lu-

dolfus paruuf. Fridericus de etendorp. Fridericus de lutwardeſhuſen et alii quam pluref. Ne igitur huiusmodi vendicioniſ contractus ab aliquo ſucceſſorum meorum. aut per improbitatem alterius cuiuslibet in poſterum valeat recindi. ad firmitatiſ cautelam hanc preſentem teſtimonialem paginam duobus ſigillif monaſterii et meo communiui. Anno ſcilicet incarnationiſ Milleſimo ducenteſimo quarto decimo. Indictione XIIII.

Rundes Siegel des Abtes BVRCHARDI DI . GR . . . . . , ſitzende Figur mit dem Stabe in der rechten und der Bibel in der linken Hand: beide Siegel an rothſeidenen Fäden.

Urk. 34.

Herzog Heinrich von Sachſen und Pfalzgraf bei Rhein überträgt dem Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg den Zehnten zu Hittbergen (Kirchd. im A. Artlenburg), welchen er vom Verdener Biſchofe zu Erbrechte erhalten hat. 1216.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 41 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

H. dei gratia dux ſaxonie. comes reni palatinus. Vniuerſa labentis temporis commendantur ſcriptis negocia. quatinus a ſucceſſoribus prauis maneant inconuulſa. Quocirca notum ſit tam preſentibus quam futuris. Quod nos ob reuerendam patris et matris noſtre memoriam. ac proprie ſalutis. decimationem quatuor manſorum in hethberge. ex decima quam a manu domini epiſcopi verdenſis iure hereditario tenemus. eccleſie beati michaelis in Luneburg perpetualiter conferimus. Sed ut hec ſcripta a ſucceſſoribus noſtris maneant incontaminata ſigilli noſtri inpreſſione corroboramus et confirmamus. Teſtes huius ſunt ſancti Egidii venerandus abbas albertus. Jordanis dapifer. Berterammus de ueltem. villicinus marſcalcus. Juſarius pincerna. Heinricus de dorſtat. Johannes de bornnem. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis. M°.CC°.XVI°.

Urk. 35.

Notiz über die Schenkung von 50 Mark an das Kloſter, durch den Bürger Johann von der Möhlen in Lüneburg am 1. Mai 1216 zu Gunſten der Armen vollzogen.

(Nach dem erſten Theile der Gebhardiſchen Manuſcripte Seite 501.)

Quinquaginta marcas donavit monaſterio noſtro Johannes de molendino civis ſenior in Luneborg die philippi et Jacobi Apoſt. An. Ch. N. M.CC.XVI iuxta Litteram donationis

annuatim Reditus V marcarum pauperibus ex peregrino venientibus dictribuendi quando veniunt petentes oſtiantenus propter deum ſtipem et ordinatum eſt hoc ab ipſo fundatore ſub comminatione anatematis. Videatur regiſtrum pauperum et Donationis Litterarum. Reditus annui ſunt V mℳ.

Urk. 36.

Fürſt Borwin von Meklenburg ſchenkt der Kirche St. Michaelis zu Lüneburg, in welcher ſein Vater Pribizlaus beerdigt iſt, mit Zuſtimmung ſeiner Söhne Heinrich und Nikolaus, das Dorf Cesemoue (ſpäter Michaelsberg genannt) [1]) mit 24 Hufen und dem Gerichte, und ſetzt den Abt Burchard in deſſen Beſitz. 1219.

(Inſerirt der Urk. 91 vom 15. Juni 1265. — Abgedr. bei Gebhardi de re literaria p. 39 ſq. §. 30. Wedekind Noten III 309 f.)

In nomine Sancte et individue trinitatis. Ego borwinus dei gratia Magno politanus dominus [2]), omnibus in perpetuum. Cum diuina diſpoſicio cuius nutu ſubſiſtunt omnia et ordinantur, nos ad hanc novam chriſtianitatis vineam deſtinauerit excolendam neceſſarium conſiderauimus perſonis religioſis tamquam columpnis, gubernationem nobis creditam ſuſtentare ne quod plantauit dei dextera noſtra neglientia aut trepidare areſcat ſed pocius vigilum chriſti miniſtrorum frequenti rigatione centuplum ſorciatur incrementum. Vt uero noſtra deuotio plenius eluceſcat et exemplo conſimili quique fideles accendantur. Ad notitiam ſacroſancte matris Eccleſie etatis ſcilicet tam futurorum quam preſencium peruenire deſideramus, quod nos pro remedio anime noſtre et parentum noſtrorum et precipue domini pribizlai patris noſtri Eccleſie Beati Michahelis archangeli in Luneburg vbi corpus dicti patris noſtri quieſcit, de conſenſu et adprobatione filiorum noſtrorum. Heinrici et Nicolai villam que Ceſemoue dicitur cum omni vtilitate ſua et attinenciis obtulimus. XX. et quatuor Manſos obtinentem cum cultis ſcilicet et incultis agris Silvis pratis et paſcuis et aquis aquarumque decurſibus et judicio juri noſtro renunciantes dominum burchardum predicti cenobij abbatem, peticionibus quoque et exactionibus et ſerviciis que wlgo burwerk et bnitgenwerk dicuntur [3]) necnon expedicionibus miſimus in poſſeſſionem. Vt autem hec noſtra ſolempnis donacio robur obtineat perpetue firmitatis, et a nullo heredum noſtrorum poſſit retractari uel irritarj. Hanc paginam ſigilli noſtri impreſſione roboratam eis porreximus ſed et banno domini brunwardi Zwerinenſis Epiſcopi promouimus confirmari. Eorumque nomina ſub quorum ſunt hec acta preſencia conſequenter fecimus annotarj. Dominus brunwardus Zwerinenſis Epiſcopus. Matheus abbas de Doberan. Johannes abbas de lubeke, Aluericus prepoſitus de Simevelde.

---

[1]) „III. Kal. Jan. (30. December) O. Prebiszlauf † ſr. nr. princeps Slauorum, qui primus procerum Slauie factus eſt Chriſtianus, pro quo filius eius Borewinus dedit ſancto Michaeli in Slauia uillam Szizzimouwe, que nunc dicitur mons s. Michahelis" (Necrologium Monast. S. Michaelis bei Wedekind Noten III 98).

Das Dorf Cesemoue oder Michaelsberg lag bei Karbow, zwiſchen Lübz und Plau, im Großherzogthume Meklenburg-Schwerin (Liſch Mecklenb. Jahrb. VI 175 f.).

[2]) „Sonſt ſchreibt ſich Borwin in Urkunden von 1192 und 1218: Magnopolitanorum et Kyzenorum princeps, und 1219: Princeps Slavorum. J. L. L. Gebhardi origo duc. Meclenburgic. (Luneb. 1761. fol.) p. 38, 40. Auf der folgenden Seite führt er aus, daß die Mutter ſeiner Gemahlinn Mathilde (II 399), die Tochter des Grafen Gotfried von Caſtell und der Mathilde Gräfinn von Longwy und Homberg geweſen ſey." (W.)

„Das Original von 1219 iſt verloren; man findet aber ein Siegel Borwins zum Jahre 1218, deſſen Wappenbild ein Greif iſt, abgebildet und erklärt in J. C. Gatterer's praktiſcher Heraldik (Nürnb. 1791. 8.) p. 124, tab. V. Der Büffelskopf kommt 1219 zuerſt vor." (W.)

[3]) „Das letzte Wort iſt unſtreitig verſchrieben. Aus mehr Urkunden dieſer Zeit, bei de Westphalen, II 2050, 2062, Borchwerk et Brucwerch, erſieht man, daß von Baufrohnen bei Veſten und Brücken die Rede iſt." (W.)

Walterus de buchowe. oue de Lubonne ſacerdotes, De laycis uero Janick Stoyzlauiz Zlanotech Neopra. heinricus Jermeriz Thedericus de Godebuz Johannes de Snakenborg et alij quam plures, quorum nomina ſuperfluum duximus recitare. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis Milleſimo ducenteſimo XIX. Data per manum Euſtachij notarii noſtri feliciter, amen. Nos uero abbas et conventus Sancti Michahelis in luneburg conſideratione diligenti prehabita et maturo conſilio habito prememorata bona cum integritate dilectis in chriſto domino Jordani et heinrico fratribus de bodenſtede, necnon harwico et henrico fratribus dictis de wittenloghe Jure porreximus feodalj. et hoc confitentes litteris et Sigillis noſtris preſentibus proteſtamur, datum luneburg Anno gratie Milleſimo Ducenteſimo Quinquageſimo Sexto in dominica qua cantatur Judica ante palmas, Iſtis uero fratribus ſcilicet domino Jordane et Heinrico dictis de bodenſtede uiam carnis uniuerſe ingreſſis ſine heredibus, cepimus repetere predicta bona ſecundum canonicas ſancxiones. Ventilata autem diu cauſa diſcretorum virorum tandem uſi conſilio in amicabilem conuenimus compoſicionem ut cunctis ſimultatibus et odijs amputatis. Eccleſia in eadem villa que dicitur monſ ſancti michahelis precipue noſtre libere cedat donationi et dimidietas bonorum tocius uille ad noſtros perveniat uſus, et dimidietatem heinrico et heredibus harwici de witenloge jure porreximus feodali profitentes partem noſtram ſicut et eorum cum omni fidelitate promovere. vt autem hoc ſtabile permaneat preſentem paginam ſigillis noſtris fecimus roborari preſentibus militibus. domino. Johanne de Moul. Ottone de bouceneburg. Ottone Magno. lippoldo de dorem. Gerrico de berſcampe, et aljs (*sic*) quam pluribus. acta ſunt hec anno gratie Milleſimo ducenteſimo Sexageſimo quinto In die beati vitj.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 37.

Biſchof Iſo zu Verden beſtätigt, auf Begehr ſeiner Pathinn (commater) Helene und ihres Sohnes Otto von Lüneburg, einen von den Kindern Georg's von Bodenſtedt und der Gemahlinn Konrad's von Boſſe und deren Sohne gemachten Tauſch. (Ohne Jahr) [1]).

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 9 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

J. Dei gratia verdenſis eccleſie Epiſcopus. Vniuerſis ad quos hec ſcripta peruenerint. ſalutem in domino. Ad noticiam tam futuri temporis quam moderni vniuerſorum uolumus peruenire. Quod nos ad uoluntatem nobilis ac dilecte commatris noſtre domine Helene et illuſtris filii eius Ottonis de Luneburg, Concambium de pueris Georgii de bodenſtede. et vxore Conradi de boterſlo et filio eius factam. ratum habemus. et eccleſie noſtre auctoritate confirmantes omni Jure quod in pueris predicti Georgii. videlicet thiderico. Georgio. et Adelheydi habebamus renunciamus. Loco ipſorum Rykezam vxorem predicti Conradi et thidericum eorundem filium acceptantes. Vt autem tam preſcriptis hominibus. quam eccleſie noſtre. errorem qui uenire in poſterum poterit caueamus Preſentem paginam Bulle noſtre appenſione iuſſimus roborarj.

---

[1]) Biſchof Iſo regierte von 1205 bis 5. Auguſt 1231. die Herzoginn Helene war Wittwe vom 12. December 1213 bis 22. November 1233. und Otto das Kind überkam die Regierung der Welfiſchen Lande im Jahre 1223; demnach mag die obige Urkunde um 1222 abgefaßt ſein.

Urk. 38.

Abt Johann zu St. Michaelis in Lüneburg beurkundet, daß er den Zoll, welchen einige Bürger daſelbſt

ſich bisher nach Lehnrecht angemaßt, abgelöſt hat für diejenigen 60 Mark Silber, für welche er der Herzoginn Helene einen Wichſcheffel Salzgut verkauft hat. (Ohne Jahr) [1]).

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedruckt in den orig. Guelf. IV 104. — Vergl. Urk. 39 de c. 1225.)

Omnibus chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis. J. dei gratia abbas in luneborch. ſalutem et orationes in domino. Notum ſit omnibus tam futuri quam preſentis temporis fidelibus. quod nos de generali conuentus noſtri conſenſu. domine noſtre duciſſe. Helene unum wichſcepele ſalis in domo que ekberding nominatur. pro ſexaginta marcis argentj. uenundantes. theloneum quod quidam ciues noſtrj feodali iure sibi actenus uſurpabant. per hanc ſummam pecuniae. ad libertatem eccleſie noſtre reduximus. Cuius rei teſtes ſunt. Geuehardus prior. Bertoldus camerarius. Alwardus. Geuehardus. Herimannus. Godeſcalcus. Heinricus. Hartmannus aduocatus. Alexander de werden. Ne quis igitur inpoſterum huic ordinationj noſtre contradicat. preſentem paginam. ſigillis noſtris fecimus roborari.

Siegel des Abts abgefallen, des Convents verletzt.

[1]) Abgefaßt um's Jahr 1225.

Urk. 38a [1]).

Abt Johann in Lüneburg erwirbt durch den Erlös für einen der Herzoginn Helene verkauften Wichſcheffel Salzgut den Zoll, welchen einige Bürger nach Lehnrecht ſich angemaßt hatten.

(Nach dem Abdrucke in den orig. Guelf. III 864.)

Omnibvs Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis J. Dei gratia Abbas in Luneborg, ſalutem et orationes in Domino. Notum ſit omnibus tam futuris, quam preſentis temporis fidelibus. Quod nos de generali Conuentus noſtri conſenſu Domine noſtre, Duciſſe Helene, vnum Wiſchepel ſalis in domo, que Ekberding nominatur, pro LX. marcis argenti venundantes, thelonium, quod quidam Ciues noſtri pheodali iure ſibi hactenus vſurpabant, per hanc ſummam pecunie ad libertatem Eccleſie noſtre reduximus. Cuius rei teſtes ſunt: Godeſcalcus. Henricus. Hartmannus Aduocatus. Alexander de Werden. Ne quis igitur impoſterum huic ordinationi noſtre contradicat, perſentem paginam ſigillis noſtris fecimus roborari.

[1]) In Gebhardi kurze Geſch. des Kloſters St. Michaelis S. 17 Note citirt als Urk. 47.

Urk. 39.

Abt Johann zu St. Michaelis in Lüneburg löst den vom König Otto II. der Kirche zu Lüneburg geschenkten und später verpfändeten Salzzoll vom Bürger Burchard daselbst wieder ein unter der Bedingung, daß die Summe von 95 Mark Silber [1]) dafür zum Ankaufe von Einkünften aus der Saline verwendet, letztere vom zeitigen Abte zu Lehn empfangen und die Söhne zur dereinstigen Belehnung vorab Dienstmannen des Klosters werden sollen. (Ohne Jahr) [2]).

(Gleichzeitige Aufzeichnung im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nouerint vniuersi tam presentes quam posteri quod ego Johannes dei gratia abbas sancti Michahelis In Luneborch. obligato theloneo nostro in salina. quod Gloriosus Dominus Otto Bone memorie sedis Romane Rex et semper augustus. pro remedio anime sue ecclesie nostre assignauerat perpetuo possidendum. argento difficulter contracto. redemi illud pro nonaginta quinque marcis argentj. a quodam Burchardo ciue in Luneborch. Ad quod redimendum uendidi Reuerende domine nostre Ducisse Helene unum wichschepel salis singulis fluminibus extorquendum pro quinquaginta marcis argentj. De quibus Domino meo Ottonj Illustri ducj dedj uigintj marcas. ut ad expediendum idem theloneum propicius et fauorabilis nobis esset. Prefato autem Burchardo exinde solui vigintj quinque marcas. pro alijs vigintj quinque marcis residuis ei dandis. redditus quatuor marcarum Lyneborgensium nummorum in salina donec redimi possint in pignore sibi positos obligauj. Ipse uero cum predicte redempcionis argento. consilio nostro infra salinam reddituſ quanto plures poterit comparabit. et de manu mea et successorum meorum illos cum filiis suis in beneficio recipiet et tenebit. In cuius beneficij reconpensacione nobis et ecclesie side semper et hominio tenebitur obligatus. filiis autem nichil in hoc recognoscimus. nisi sint ministeriales nostrj.

Ein Siegel hängt nicht an dieser Urkunde.

---

[1]) Behuf Anschaffung obiger Summe hat der Abt der Herzoginn Helene einen Wichscheffel Salzgut für 50 Mark verkauft, davon dem Herzoge Otto 20 Mark für dessen Zustimmung und dem Bürger Burchard 25 Mark bezahlt; für die übrigen noch schuldigen 25 Mark diesem aber 4 Mark Rente aus der Saline verschrieben.

Urk. 40.

Otto, Herr zu Lüneburg, bestätigt als Patron und Schutzherr des Klosters St. Michaelis daselbst, auf Bitten des Abts Johann, gerichtlich den Befehl und das Privileg des Kaisers Lothar, durch welches dem dasigen Abte und Convente verboten wird, Jemanden, der nicht Klosterdienstmann und ein tauglicher Lehnsträger ist, Kirchengüter zu Lehn zu ertheilen. 6. Juni 1225.

(Nach dem Orginale im Königl. Archive zu Hannover; beglaubigte Abschriften de 1382, 1723 und 1724.)

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Otto dominus de Luneborch. vniuersis hanc paginam inspecturis Salutem in eo qui est salus omnium. Transacti sicut et moderni temporis homines non irrationabiliter consueuerunt. ut in priuilegijs sub testibus annotatis suas conficerent actiones. quas suis non solum temporibus firmas esse sed etiam ad posterorum uellent noticiam peruenire. Notum igitur facimus tam futurjs quam presentibus vniuersis. quod nos ad cautelam venerabilis ecclesie Sancti Michahelis in Luneburg. cui deus nos patronum constituit et tutorem. et ad instantiam et petitionem domini Johannis reuerendi abbatis eiusdem. priuilegium domini Lotharij Romani Imperatoris. coram nobis et nostris ministerialibus legendo fecimus recitari. in quo didicimus hoc compertum ut nec abbati nec conuentui liceat umquam aliquibus personis bona ecclesie porrigere in pheodo. nisi illis dumtaxat personis qui ministerialium ecclesie censentur nominibus et bona pheodalia ydonei fuerint ad tenendum. quod

ſi alias fieret auctoritate imperiali deberet in irritum reuocari. Nos ſiquidem ea que uidemus ante nos rationabiliter eſſe facta uolentes pocius laudando approbare quam pro uoluntate noſtra in aliud forte deteriuſ commutare. dicti Imperatoris mandatum per ſententiam iudicij noſtri per fideles noſtros coram nobis inuentam noſtris duximus temporibus confirmandum. et a noſtris heredibus petimus. monemus atque confulimus perhenniter obſeruari. Vt Autem huius auctoritatis ſiue mandati confirmatio maiorem a nobis acciperet firmitatem ſcriptum iſtud inpreſſione et Appenſione Sigilli noſtri fecimus inſignirj. Actum Anno ab Incarnatione dominica. M.CC.XXV. VIII. Idus Junii. Preſidente apoſtolice Sedi Domino Honorio Romanorum Summo pontifice. Regnante illuſtriſſimo Conſanguineo noſtro Domino Romanorum Imperatore FRederico. preſentibus noſtris fidelibus wernero Dapifero. Geuehardo fratre ſuo. Segebando. Thiderico de monte. Ekkehardo Scacken. Ottone magno. Henrico de Grabowe. Bernngo aduocato. Alexandro de odem. wernero de merewede. FRederico puſteken. CRachtone ſcriptore noſtro.

Siegel abgefallen, aber beiliegend.

Urk. 41.

Herzog Otto von Lüneburg beſtätigt die mit 95 Mark Silber vom Abte Johann zu Lüneburg vollzogene Einlöſung des Salzzolles, welcher dem Kloſter St. Michaelis vom König Otto II. geſchenkt iſt. Im Auguſt 1225.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Rehtmeier Br.-Lüneb. Chronica p. 463, orig. Guelf. IV 103, Pfeffinger ad Vitriarium IV 1450.)

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Otto Dei Gratia Dux de Luneborch omnibus in perpetuum. Vniuerſa que aguntur in tempore fluxili negocia. fluunt ſimiliter et labuntur a memoria. niſi priuilegijs et atteſtacionibus fuerint ſtabilita. Omnibus igitur tam preſentibus quam futuris cupimus eſſe notum. quod theloneum in ſalina. per manum Glorioſi domini Ottonis ſecundi. Bone memorie Romanorum Regis et ſemper Auguſti. eccleſie ſancti Michahelis in Luneborch pro anima ſua datum. et ſuo priuilegio confirmatum. aliquando expoſitum et pro debitis fuerat obligatum. Dilectus autem noſter. Dominus Johannes venerabilis Abbas et conuentus eiusdem loci. argento non ſine graui dampno et difficultate contracto. illud redemerunt pro nonaginta et quinque marcis Argenti. ut vnicum dampnum utilitatem duplicem immo multiplicem reportaret. Huic ſiquidem facto. multi tam Burgenſes quam ciues noſtri interfuerunt. Et ne contradictio ſiue calumpnia predicte eccleſie ualeret inpoſterum obuiare. id factum priuilegio noſtro duximus roborandum. Actum eſt hoc anno dominice Incarnationis. M.CC.XXV. In menſe Auguſto. Preſentibus noſtris fidelibus. wernero de Louenborch. Geuehardo fratre ſuo. Segebando. Thiderico de monte. Paridamo mareſcalco. Ekkehardo scakk. Hartmanno aduocato noſtro. Adam ciue. Leonhardo. Thiderico Ante portam. Abbone. Nicolao. Oltberno. Lamberto nipere. Thetmaro. Ludero dorlin. et Crachtone.

Siegel abgefallen.

Urk. 42.

Biſchof Lüder zu Verden, Graf Günzel von Schwerin und Graf Bernhard von Dannenberg thun kund, daß der Hildesheimer Domherr Friedrich, Bruder des Grafen Heinrich von Schwerin, dem Kloſter Ebſtorf ſeine Erbgüter zu Lehmke (Kirchd. im A. Bodenteich) geſchenkt hat. — Unter den Zeugen der Abt Johann zu Lüneburg. 1227.

(Nach der Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten in der Königlichen Bibliothek zu Hannover IV 983, „ex archiv. Ebſtorp.“)

Luderus dei gratia Verdenſis Eccleſie Epiſcopus Gunzelinus Comes de Zwerin Bernhardus C. de Danneberg omnibus preſentis pagine inſpectoribus ſalutem in eo qui dat ſalutem Regibus et principibus. Quoniam in negotiis humanis nichil eſt perpetuum et nichil firmum vel ſtabile perſeverat neceſſarium eſt ut ea quae geruntur in tempore ne ſimul labantur cum tempore ſcriptis commendentur hinc eſt quod tam preſentis quam poſtere etatis Hominibus notum eſſe volumus quod dominus Frethericus canonicus Hildenſemenſis frater Comitis Henrici Zwerinenſis cum conſenſu verorum heredum Monaſterio in Ebbekeſtorpe contulit Bona ſua in villa Lenbeke cum omni iure que ad eum Jure hereditario fuerunt devoluta libera et expedita predicto Cenobio tradidit perpetuo poſſidenda. Et hec collatio facta fuit in prato Lovenborch in ripa Albie et hoc vidimus et audivimus et preſentibus litteris proteſtamur me videlicet Epiſcopo adhuc Canonico exiſtente coram Venerabili Domino noſtro Yſone Epiſcopo et Alberto Duce Saxonie et Abbate Johanne Luneborg et coram Comite Henrico de Woldenberg et Heirico Guelke. Preterea quidam Miniſteriales de Luneborg affuerunt Olricus Vultur Bernardus Sprengere Olricus de Bluchere Manegoldus Nicolaus Dapifer Geuehardus de Maldeſſen Wichbertus Conradus de Palude Henricus Scake Ricwardus et alii quam plures. Hec acta ſunt Anno Incarnationis Dominice M CC XX VII.

Urk. 43.

Abt Johann zu Lüneburg beſtätigt die Beſtimmung des Abtes Burchard, ſeines Vorgängers, daß der Bürger Oltbern und deſſen Söhne umwechſelnd Verwalter der Kloſtergüter in der Saline aus dem Hauſe Alverdinge und Wolderſcinge ſein und dafür dem Kloſter bei jedesmaliger Fluth 24 Fuder Salz [1]) entrichten ſollen. 17. September 1227.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 8. Mai 1244.)

Johannef dei gratia abbaf in Ivneborg. totusque conuentus eiusdem loci. cunctif fidelibus tam preſentibus quam futurif in perpetuum. Antiquorum ſollertia inſtructi. qui rationabilia facta. poſterorum noticie tradere uolentef. ſcripto tenenda firmauerunt. noſ quoque eorum ueſtigijſ inherentef. ea que noſtrif temporibus. non ſine deliberatione geſta ſunt. litterali ſeruanda cuſtodie conſignauimuſ. Vniuerſitati igitur noſtre notificamus. quod ea que predeceſſor noſter abbas Burchardus cum communi conſenſu conuentus. circa oltbernum ciuem in Ivneburg filioſque eius ordinauit. ſcilicet ut ea lege que uulgo vorhur dicitur ſucceſſiue prouiforef reddituum eccleſie in ſalina conſtitutorum. uidelicet in ſuperiori parte dimidie domus que aluerdinge dicitur et in ſuperiori parte dimidie domus que dicitur wolderſcinge. eandem ordinationem. auctoritate noſtra ratam et firmam eſſe ſtatuenteſ confirmamus. Ne uero aliqui poſterorum dubitare ualeant quanti ſint redditus ſupradictj. nouerint quod idem oltbernus. filijque ſui poſt eum. de predictiſ duabus dimidijs domibus. ad quodlibet flumen viginti quatuor plauſtrata ſaliſ. eccleſie Ivneborg debent perſoluere. Ne quiſ autem in poſterum huic noſtro rationabili facto temere obuiare preſumat. teſtium approbatione. et ſigilli noſtrj. atque conuentus appenſione. preſenteſ litteraſ dignum duximus roborare. Teſteſ huius ordinationiſ ſunt. Gerevridus mileſ et fratreſ eius de ekchum. Fridericus mileſ de Livdverdeſhuſen. Nicolaus ciuis uir Bien et eius filius nicolauſ. Helmwicuſ et oltbernus filius eius. Nicolaus puer. Jahan et eius frater Ricmarus. Jahan et eius filius vredeger. Jahan filius Todonis. Godeſcalcus et eius frater Ivdvardus. Jahan filius enniken. Jahan filius Marquardi. Walterus pellifex. Actum

[1]) Die urſprünglichen 18 Fuder hat Oltbern jetzt auf 24 erhöht.

eſt iſtud. Anno dominice incarnationis. M.CC.XXVII. in die exaltationiſ ſancte crucif. Sciant quoque poſteri noſtri et conſiderent. quod hec ordinatio eo tempore facta eſt. quo predicti redditus ſaliſ nullatenus plus ſoluebant quam. XVIII. plauſtrata. ſed pro ſucceſſiua hereditate adauxit predictus oltbernus. VI. ut iugiter. XXIIII. plauſtrata eccleſie perſoluantur.

Länglich rundes Siegel „† JOHANES DI GR ABBAS IN LVNEBVRH“; ein zweites Siegel abgeriſſen.

Urk. 44.

Abt Johann und das Capitel der Kirche zu Lüneburg nehmen den Dechanten und Convent zu Ramelsloh in ihre Brüderſchaft auf. (1228.)

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Wedekind Noten III 140. Pfeffinger Hiſt. I 226. II 119. ad Vitriarium III 1450.)

Venerabilibus in chriſto fratribus et dominiſ. M. decano. totique Rameſloenſis eccleſie conventuj. J. dei gratia abbas. totumque luneburgenſis eccleſie capitulum. cum deuotiſ. orationibus paratum ſue poſſibilitatiſ obſequium. Vniuerſitatj ueſtre multimodaſ gratiarum actiones referimuſ. pro eo quod fraternitatis noſtre ſocietatem. quam ueſtre ſanctitatj dignum erat a nobiſ offerj. uoſ affectionis et deuocioniſ ueſtre indicio. a noſtra paruitate requirere uoluiſtiſ. Veſtre igitur honeſtatis uenerabile propoſitum quo ueſtram eccleſiam, cum noſtra. fraternitatis uinculo uniri peroptatis vnanimj conſenſu approbanteſ. modum et formam eiusdem fraternitatiſ. quam ſine ueſtre preiudicio diſcretionis. inuicem a nobis perſoluendam invenimus. ſanctitati ueſtre ſignificamuſ. ut ſcilicet in prima obitus denunciatione. cum compulſatione fiant uigilia et miſſe. et triceſimus Agatur in communi. et In anniuerſariis defunctj lignetur in Regula. et ſic de ſingulis.

Siegel abgefallen.

Urk. 45.

Herzog Otto von Braunſchweig erlaubt allen Salinebegüterten, ſich von Jahr zu Jahr einen Brunnenmeiſter zu wählen, und ertheilt ihnen die Gerechtſame, jährlich bis zum 2. Februar einen Soolbrunnen zum Sieden zu präpariren. Lüneburg, 1. November 1228.

(Nach dem Abdrucke in den orig. Guelf. IV 112 ſq., Jung de jure ſalinar. p. 75.)

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Dei gratia Otto Dux de Bruneſuic omnibus in perpetuum. Vt ea, que in tempore labili geruntur, negotia priuilegiis et atteſtationibus perpetuo confirmentur, humana edocet conſuetudo. Notum igitur facimus preſentibus ac poſteris vniuerſis, quod nos omnibus eis, qui bona habent et poſſident in Salina, illam conceſſimus libertatem, vt de anno in annum Magiſtrum Putei ſibi ſtatuant et communiter eligant, qui ad hoc officium vſui ipſorum maxime expediens et vtilis videatur. Conſenſus autem noſter ſiue conſilium ad huiuſmodi electionem nullatenus requiretur. Statuimus quoque, ipſos gaudere ſemper et perfrui tali iure, ut in feſto purificationis S. Mariae, vnoquoque anno Puteum Salinarem ad decoquendum ſalem incipiant praeparare, et ille ſit vltimus eis ad hoc terminus deputatus, niſi neceſſitate temporis, ſiue anni, pro communi bono, uoluntate omnium, prorogetur; neque noſtrum ad id conſilium requiretur. Predictum vero terminum eisdem anticipare et preuenire licebit, ſine noſtro conſenſu, iuxta quod ipſorum interereit, et placuerit voluntati. Sane vt hoc factum noſtrum firmum ſemper ac ſtabile perſeueret, et ne a nobis et vniuerſis heredibus et ſucceſſoribus noſtris valeat aliquatenus diſturbari, preſenti ſcripto

apponi iuſſimus bullam noſtram in teſtimonium et in ſignum. Actum eſt hoc apud Luneburg primo menſis Nouembris, qui erat infra annum illum, in quo a captiuitate noſtra fuimus, diſponente Domino, liberati. Hi etiam fideles noſtri aderant tunc prefentes: Wernerus de Barde. Segebandus et Thidericus de Monte, fratres. Wernerus Marſchalcus et fratres eius omnes. Hildemarus Scakken. Bernhardus Moge. Olricus de Blugere. Geuehardus ſenior et iunior. Thidericus Bor, tunc temporis Aduocatus. Olricus Gyr. Alexander de Odem. Otto de Boyzeneborg. Hartmannus, Wafmodus, Wernerus de Wettewede. Adam, Leonhardus, Thidericus ante portam, Lampertus, Oltbernus, Abbo. Thidericus Holle. Hermannus Magiſter ciuium. Magiſter Reinerus. Thetmarus Theolonearius. Jacobus de Harena, Widekindus, Johannes Kornkeſte, Johannes de Ghude. Arnoldus Magiſter ciuium in Harena. Crachto Notarius noſter, et alii quam plures.

Urk. 46.

Papſt Gregor IX. nimmt den Abt, Convent, das Kloſter St. Michaelis und deſſen Beſitzungen in ſeinen Schutz. Perufia, 9. November 1229.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs. Abbatj et Conuentuj Monaſterij ſancti Michaelis de Luneburch. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia deuotos et humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſueuit. et ne prauorum hominum moleſtijs agitentur, eos tamquam pia mater ſue protectionis munimine conſouere. Ea propter dilectj in domino filij ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas ueſtras et locum, in quo diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poteritis adipiſci. ſub beatj Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis et confirmationis infringere. uel ej auſu temerario contrauenire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dej. et beatorum Petri et Paulj apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Perufii. V. Idus Nouembris. Pontificatus noſtrj Anno Tertio. , .

. Anhängend das Plumbum „GREGORIVS. PP. VIIII. an gelb- und rothſeidenen Fäden.

Urk. 47.

Biſchof Iſo zu Verden weiht im Jahre 1230 den Altar St. Crucis (in der Kirche St. Michaelis zu Lüneburg).

(Nach der zu Urk. 10 allegirten narratio de conſecratione Mon. S. Michaelis. — Abgedruckt bei Wedekind Noten I 421.)

Anno ab incarnatione domini Milleſimo ducenteſimo triceſimo. conſecratum eſt altare ſancte crucis a uenerabili epiſcopo yſone. epiſcopo uerdenſi. imperante fritherico imperatore ſecundo. exiſtente principe luneburhc ottone filio willihelmi ducis. Conſobrino regum richardi regis anglorum et waldemari danorum. eiuſdem cenobii abbate Johanne. Continentur autem ibi he reliquie. de ligno ſancte crucis — —.

Sub onichino lapide qui portatur in collo iſte continentur reliquie. de ſancta cruce. s. philippi apoſtoli — —.

Urk. 48.

Herzoginn Helene und ihr Sohn Herzog Otto von Lüneburg und Braunſchweig überlaſſen dem Abte Johann und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg die Kapelle Kanuti gegen die Kirche zu Winſen (a. d. Luhe) und das Patronatrecht über dieſelbe, und eximiren [1]) dieſe Kirche von der Kirche zu Pattenſen (beide im A. Winſen a. d. Luhe). Lüneburg, 1233.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt in den orig. Guelf. IV 137.)

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Helena dej Gratia Ducissa. et O. filius eius Dux de Lvneburg et de Brvnswic. omnibus in perpetuum. Necessarium quidem et utile est gesta hominum priuilegijs et testimonio commendari. ne cum tempore labilj in obliuionem transeant et in irritum reducantur. Ad noticiam igitur omnium presentium et futurorum uolumus peruenire quod nos cum Domino Johanne abbate sanctj michahelis in Lvneburg et conuentu suo de cappella sancti kanutj que nostra erat et de ecclesia winhusen cuius patronatus ad ipsos pertinebat commutauimus talj modo. Dedimus enim et penitus assignauimus predictam Cappellam memorato abbatj et conuentuj suo cum omnibus redditibus et prouentibus spectantibus ad eandem. recipientes ab ipsis per commutationem ecclesiam winhusen et patronatum ejus. nobis et nostris heredibus perhenniter permansurum. Item consensu et uoluntate Domini nostri verdensis episcopi Luderj et Domini Heremanni Scolastici. in patthenhusen Archidiaconi. et consenciente Adeloldo rectore de patthenhusen ecclesiam winhusen ab ecclesia Patthenhusen taliter duximus eximendam quod sacerdoti de patthenhusen et omnibus successoribus suis duas marcas denariorum dedimus. de Rothorp et Sankenstede annis singulis persoluendas. ita ut ecclesia nostra winhusen ab ecclesia patthenhusen penitus et perpetuo sit exempta. et in sepultura et baptismate et ceteris ecclesiasticis sacramentis plena semper gaudeat libertate. Vt Autem huiusmodj commutationes stabiles hinc inde permaneant scripta ista sigillorum nostrorum testimonio iussimus insignirj. Acta sunt hec Apud Lvneburg Anno dominice incarnationis M.CC.XXXIII. Presentibus Domino Lvdero verdensi episcopo. Domino Johanne abbate et toto Conuentu suo. Hermanno Scolastico verdensi. Friderico rectore ecclesie jn Lvneburg. Thebaldo. Hartmanno. et Johanne de Movle. et Adeloldo sacerdote. et alijs multis.

Beide runde Siegel verletzt (jetzt in Holzcapſeln). Vergl. die Abbildung des Siegels des Herzogs Otto und der Herzoginn Helene in den orig. Guelf. III Tab. XXV ad p. 384.

[1]) Der Prieſter zu Pattenſen erhält dafür, unter Einwilligung des Biſchofs Lüder zu Verden, des Scholaſters Hermann als Archidiakonen zu Pattenſen und des Pfarrers Adelold eine Rente von 2 Mark Pfennigen aus Rottorf und Sangenſtedt (im K. Handorf A. Winſen a. d. Luhe).

Urk. 49.

Herzog Otto von Braunſchweig ſchenkt, mit Zuſtimmung ſeiner Gemahlinn Mathilde, der Kirche St. Michaelis in Lüneburg ein Allod zu Reppenſtedt und zwei Allode zu Hagen (im K. Lüneburg A. Lüne) mit den Leuten und Gerechtſamen [1]), außer der peinlichen Gerichtsbarkeit, ferner die Vogtei über die Abtsmühle in Lüneburg und beſtätigt die dem Kloſter von ſeinem Großvater dem Herzoge Heinrich ertheilte Schenkung dieſer Mühle. 1234.

[1]) Die Hälfte der Einkünfte ſoll der Abt an den Anniverſarien ſeiner Eltern, des Herzogs Wilhelm und der Herzoginn Helene, unter die Mönche, die andere Hälfte unter die Armen vertheilen.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Wedekind Noten III 304. orig. Guelf. IV 142. Bilderbeck Deductio, daß dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg die jurisdictio omnimoda zuſtehe. Beil. № 23.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Otto dei gratia dux de Bruneſwic vniuerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem in domino. Cum in humanis actibus nichil fere incommutabile reperiatur et ſtabile ſuper terram. ea que racionabiliter aguntur in tempore ne de memoria hominum labantur cum tempore. litteralis non immerito conſueuit uiuacitas confirmare. Ad noticiam itaque tam preſentium quam futurorum vniuerſorum chriſti fidelium uolumus peruenire quod noſ de conſilio et conſenſu vxoriſ noſtre domine Mahtildis et heredum noſtrorum, obtulimus et contulimus eccleſie beatj Michahelis in luneburg pro animabus parentum noſtrorum tria allodia. vnum in villa Repenſtede et duo in villa hagene cum hominibus in eiſdem manentibus et cum aduocacia et omni utilitate et iure quo noſ illa habuimus excepto iudicio quod pertinet ad corporis dampnationem. Statuimus eciam quod abbas loci illius eadem bona in poteſtate ſua habeat. et de medietate rerum inde procedentium bis in anno ſcilicet in anniuerſario dominj Willehelmj ducif patris noſtri pie memorie. et in anniuerſario domine Helene matris noſtre fratribus faciat conſolationem. et de alia medietate pauperibus ſecundum ſtatum temporiſ et reddituum eſtimationem ſimiliter faciat conſolationem competentem. Preterea dedimus eidem eccleſie pro peccatiſ noſtriſ aduocaciam de molandino quod ſitum eſt iuxta aquam in ciuitate luneborg et ſedulo confirmauimus donationem que auus noſter dux Heinricus fecerat eccleſie in eodem molendino. Poſtea uero venerabilis dominus Johannes abbas banno confirmauit factum noſtrum nobis audientibus et conſencientibus. Huius facti teſtes ſunt. comeſ de Glichen cognatus noſter. dominuſ Hermannus hode. Clericj vero dominuſ fridericus plebanus ſanctj Cyriacj. Bernardus plebanus de modeſtorp. Thebaldus canonicus lubiſenſis. Miniſteriales noſtrj Segebandus et Thidericus frater ſuuſ. Wernerus marſchalcus et frater ſuuſ fridericus. Otto magnus et frater ſuuſ wernerus. Otto de Boyzenborg et frater ſuus Thidericus. Gerardus de Doren. Waſmodus et frater ſuuſ Otto. Olricus wltur. Eckehardus ſchaco. Geuehardus iuueniſ. Harmannus aduocatus. Alexander de Odem. Olricus de Blugere. Gefridus de Echem. Johanneſ de mule et frater ſuuſ wernerus. et alij quam pluref. Ut autem hoc factum noſtrum ratum permaneat et ab heredibus noſtris immutatum iuſſimus hanc teſtimonialem paginam ſigillo noſtro communirj. Acta ſunt hec anno gratie M.CC.XXXIIII. Regnante domino noſtro iheſu chriſto.

Großes rundes verletztes Siegel des Herzogs mit dem ſchreitenden Löwen.

Urk. 50.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ſchenkt, auf Bitten ſeiner Gemahlinn Mechtild, dem Abte und Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg alle Vogteigerechtſame über die Güter des Kloſters in Bienenbüttel (Kirchd. im A. Medingen), Neetze (Kirchd. im A. Scharnebeck), Baſtorf (im K. Wendhauſen A. Lüne), Rieſte (im K. Bienenbüttel A. Medingen) und andern daneben liegenden Ortſchaften, unter Vorbehalt des Rechts an den von den Kaufleuten zu benutzenden gemeinſamen Straßen. Lüneburg, 14. Auguſt 1238.

(Nach dem Copialbuche IX № 1 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck deduction etc. Beil. № 9.)

Nos Otto Dei gratia Dux de Brunſw. et Luneborg notum eſſe volumus preſentium inſpectoribus et lectoribus univerſis, pro nobis et poſteris noſtris in perpetuum, quod ob reverentiam corporis Chriſti Salvatoris noſtri, et ad inſtantiam Cariſſimae uxoris noſtre Mech-

tildis, donavimus et conceſſimus Abbati et Conuentuj Sancti Michaelis in Luneborg omnia iura, et proprietatem dominationis eius, que Advocatiam tenet et Vogedye dicitur vulgariter, in omnibus ſuis bonis, Curijs et caſis, que habent in villis Bienenb. Netze. Vaſtorpe. Riſtede. ac ceteris ibidem circumſtantibus villis. nec quidquam nobis in ijſdem iuris, quam quod ad ſtratas communes a Mercatoribus hactenus uſas et utendas ſpectat. et Nos pro nobis et poſteris noſtris tantum retinemus. dehinc relinquitur, Cetera omnia ſupra vocato Abbatj et Conuentuj adiudicamus perpetuo fruenda et tenenda. Proinde mandamus ſevere et volumus conſtanter, ut filii et poſteri noſtri, qvin et Advocati, quos nos habemus et habituri ſumus. deinceps et dicti liberi et poſteri quos habebunt, ſub obtentu gratie noſtre, noſtrorumque et perennis maledictionis poene vitatione irrefragibiliter hoc ſervent et non attentent violare. et annihilare hanc donationem, quam nos hodie iurando fecimus, et dicto Abbati preſenti dedimus ſancte in omnem aeternitatem. Teſtes aſſuere Segebandus de Wittorp miles et Caſtellanus noſter, Johannes de Lobeck, Hinricus de Oedem, Manegoldus de Eſtorpe, et Hartmannus Advocatus noſter in Luneborg aliique quam plures Manni noſtri, fide digni. Ad huius rei teſtimonium etiam huic ſcripto ſigillum noſtrum appendi curavimus. Datum Luneborg anno gratie a Chriſto reparate M°.CC°.XXX°.VIII°. In Vigilia aſſumptionis Matris beate Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Urk. 51.

Herzog Otto von Braunſchweig beſcheinigt, daß der Schuſter Rikward gerichtlich erklärt hat, an den Gütern in zwei Pfannen des Hauſes Volcwarding nur die Rechte zu beſitzen, welche ihm Abt Thomas und der Convent bewillige; dann aber gegen Erlegung von 10 Mark und die Uebernahme der Verpflichtung, den Mönchen jährlich Schuhe zu liefern, mit ſeiner Genehmigung dieſe Güter vom Abte auf Lebenszeit erhalten hat. Lüneburg, 2. November 1239.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Pfeffinger Hiſt. II 128. orig. Guelf. IV 182.)

In nomine ſancte et individve trinitatis. Dej gratia Otto dux de bruneſvic omnibus in perpetuum Res dignaſ memoria ne ſimul cum tempore a memoria excidant utile eſt ſcriptis et teſtium nominibus roborari Nouerit igitur preſens etas et futura plenius intelligat et cognoſcat quod friderico de Hoſeringe aduocato noſtro iudicjo preſidente, Riwardus ſutor ab eodem requiſitus aduocato qujd juris sibi addiceret in bonif volcwardinge in duabus ſartaginibus in ipſa domo in occidentalj parte poſitis. omnibus caſtellanis noſtris. Conſulibus. et Burgenſibus ciuitatiſ aſtantibus uoce publica fuit proteſtatus in omnium audientia jta djcens quia nichil sibi in bonif prehabitis de jure aſſcriberj niſi quantum de uenerabilis Thome tunc abbatis et conuentus poſſet gratia obtinere. Facta Autem hac proteſtatione ſollempni coram noſtro aduocato et caſtellanis et conmuni ciuitatiſ bona ſepius dicta Abbati et ſuo conuentuj ſunt a Ricwardo nominato libera judicata. Poſtmodum jdem Ricwardus danſ abbatj decem Marcas nummorum talem conuentionem jnijt ut eadem bona ab abbate teneret ad ujte ſue tempora et monachis annuatim inde calcjoſ miniſtraret. Ipſo uero Ricwardo diſcedente uel caſualiter recedente bona eccleſie cederent libera jta ut nullus de ſuis heredibus ſibj ius in bonis illis uſurparet nec gratiam debere fieri allegaret. Sane ut hoc factum reuerendi Thome abbatis nullis ualeat in poſterum irritare preſentem paginam inde conſcriptam ſigillo noſtro muniuimus ad cautelam et noſtrum aſſenſum huic facto adeſſe apertiſſime proteſtamur. Hujus rei teſtes ſunt Jordanis dapifer noſter. Baltwinus frater ſuus. Druchtlevus. Euerardus de Odem. Wernerus de Medinge. Manegoldus de Eſtorp. Olricus vultur et lambertus. Johannes et Fredericus de Movle. Gerſridus. Waſmodus. Segebandus de witthorp. Milites. Burgenſes

uero. lambertus Nipere. Olbernus. Nicolauſ puer. Theodericus de valua. Alardus et frater ſuus Richernuſ. Fridericus aurifaber. Bertrammus monetarius. Jacobus de Harena. Johannes de dhvde. Widekinus. Ludengerus. et alij quam plures. Facta ſunt hec Luneborch Anno dominice incarnationiſ. M.CC.XXXIX. Quarto Nonas Novembris.

Anhängend großes rundes „† SIGILLV ..... WIC“ mit dem ſchreitenden Löwen.

Urk. 51 a.

Graf Johann von Holſtein, Wagrien und Stormarn erläßt nebſt ſeinen Brüdern den Bürgern zu Lüneburg jegliche zur Zeit ihres Vaters, des Grafen Adolf, der Stadt Hamburg zugefügte Ungerechtigkeit und Erpreſſung, wie der Herzog von Braunſchweig bei ſeinem Zuge nach Preußen gegenſeits den Bürgern zu Hamburg wegen ihrer Dienſte jegliches zu ſeiner Zeit der Stadt Lüneburg zugefügte Unrecht verziehen hat. Hamburg, 21. December 1239.

(Nach einem notariellen Transſumte vom 8. Mai 1417. — Abgedruckt in den orig. Guelf. IV 176.)

Olricus Dei gracia Abbas Monaſterii Sancti Michaelis in Luneborch Ordinis Sancti Benedicti Verdenſis Dioceſis Ad omnium et ſingulorum quorum aſpectibus preſentes noſtras literas exhiberi contigerit, et quorum intereſt ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum indubitatam noticiam tenore preſencium deducimus. quod in noſtra. ac Notarii et teſtium infraſcriptorum preſentia conſtituti Honorabiles et circumſpecti Viri Domini Hinricus Viſkule. Otto Garlop et Hinricus Bere Proconſules opidi Luneburgenſis ejusdem Dioceſis nobis exponere curauerunt. Quod cum ipſi quadam litera quondam Illuſtris Principis et Domini Johannis Dei gracia Comitis Holzacie etc. ſigillo ſolito et conſueto ut apparuit ſigillata ibidem coram nobis producta. lecta et exhibita interdum quod certis ſuis negotiis et preſertim pro cauſis in eadem litera contentis opus haberent. effetque periculoſum eis ut afferuerunt dictam literam cum ſimilem non haberent. de loco ad locum propter viarum diſcrimina Sigillique fortaſſis incautam cuſtodiam. aliaque legitima impedimenta deſtinare. Nobis humiliter ſupplicarunt. ut eandem literam de verbo ad verbum per notarium infraſcriptum tranſſumi et exemplari. et cum interpoſitione Decreti et appenſione Sigilli noſtri in publicam formam redigi mandaremus. Verum quia prefatam literam ſanam et integram. ac omni ſuſpicione carentem vidimus et repperimus. Nos hujuſmodi ſupplicacionibus rationalibus inclinati. predictam literam ex cauſis prenarratis tranſſumendam et exemplandam. et per infraſcriptum Notarium in publicam formam redigendam. et appenſione Sigilli noſtri communiendam fore decreuimus et mandauimus. ac tranſſumi et exemplari et in publicam formam redegi. decernimus et mandamus. volentes et decernentes ut preſens tranſſumptum fidem indubitatum faciat. et ei ſicud eidem litere Originali per omnia ſtetur et credatur. Tenor vero predicte litere de verbo ad verbum ſequitur et eſt talis. Johannes Dei gratia Comes Holtzacie, Wagrie Stormarie una cum fratribus ſuis omnibus in perpetuum. Sicud dies labuntur et tempora, pari modo omnia que fiunt ſub tempore defluunt. niſi ſcriptis et teſtium nominibus roborentur. Ad noticiam igitur tam preſencium quam futurorum volumus peruenire. quod hos eodem tempore cum dux de Brunſwich iter arriperet verſus Pruciam. et ob diuine retribucionis meritum. omnem injuſticiam et exactionem indebitam depoſuiſſet. que ſuis temporibus Luneborch fuerunt inſtituta. et a Burgenſibus noſtris de Hammenburg ibidem requirebantur eaque ob ipſorum Burgenſium ſeruicia precedencia omnino relaxaſſet. Volens ut inde amplius ſint ſoluti. nec illa a ſuis heredibus impoſterum imponi valeant uel reſumi. Similiter omnem iniuſticiam et exactionem indebitam temporibus Patris noſtri Comitis Adolfi Hammenborg inſtitutam Burgenſibus de Luneborg omnino relaxamus. ita ut nos per nos. nec per noſtros heredes impoſterum inponatur aut reſumatur. Sane ut hoc pium factum noſtrum a nullo valeat,

infringi hanc paginam in teſtimonium inde conferibi fecimus, et Sigillo noſtro veluti Dominus Dux de Brunſſwich cum noſtris Burgenſibus de Hammenborg ſuum dedit Privilegium facere decreuit ad cautelam juſſimus inſigniri. Hujus rei teſtes ſunt Godeſchalcus prefectus. Volradus Dapifer. Georgius Aduocatus. Herbordus ſcriptor Halingbernus et Fredericus de Datfekendorpe. Hillebrandus et Hartwicus de Erteneborg. Bernardus. Ludolfus et Hinricus milites. Leo. Hinricus Wunerus. Fredericus Rotholfus. Hermannus. Geroldus. Conſules Ciuitatis et alii quam plures. Acta ſunt Hammenborg Anno incarnacionis milleſimo Ducenteſimo XXXIX. die Thome Apoſtoli. Sigillum vero Comitis predicti eidem litere in filis ex glauco viridi. et rubro appenſum. interius et exterius de cera glauca erat. formam rotundam habens. apparebatque in medio Sigilli imago cujusdam viri in equo ſedentis et in manu dextra gladium euaginatum brachio extento tenentis. Et in circumferentia Sigilli ab intra he litere apparebant. Sigillum Johannis Comitis Holtzacie et Stormarie. In quorum omnium euidens teſtimonium et fidem indubitatam preſentes noſtras literas per Hinricum Cremer Notarium publicum infraſcriptum tranſſumi et exemplari et in publicam formam redegi noſtrique Sigilli appenſione fecimus roborari. Datum et Actum Luneborg in domo habitacionis noſtre. Anno Domini M CCCC XVII. Indictione decima menſis Maji die viij hora veſperorum uel quaſi. Sede papali vacante. Preſentibus honorabilibus et diſcretis viris Dominis Johanne Kint Monacho Monaſterii noſtri Sancti Michaelis ſupradicti. Hinrico Gartze Prothonotario opidi Luneburgenſis memorati Hinrico Vrymann. Ludolfo Horne. Hinrico Voghet. Commendatariis iam dicti Monaſterii et Hermanno Sproſſel. presbiteris et clericis antedicte Verdenſis Dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Et ego Hinricus Cremer clericus Lubicenſis dioceſis Publicus Imperiali Auctoritate Notarius. Quia hujuſmodi litere productioni. ſupplicacioni auctoritatis et decreti interpoſicioni Omnibus aliis et ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur per prefatum venerabilem patrem dominum, dominum Olricum Abbatem et coram eo agerentur et fierent una cum prenominatis teſtibus preſens interfui et ipſam literam vidi et legi. ac ipſo Domino Abbate mihi mandante nihil addens nihil minuens exemplaui. et in hanc publicam formam redegi. quam ſigno et nomine meis ſolitis et conſuetis ſignaui. rogatus et requiſitus in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum

†. Secretum Olrici Abbatis in Luneborgh.

Urk. 52.

Biſchof Lüder zu Verden gründet und dotirt das Kloſter Scharnebeck und beſtätigt ihm den Beſitz ſeiner Güter. — Unter den Zeugen Abt Thomas zu Lüneburg. 1244.

(Nach dem Abdrucke bei Pfeffinger Hiſt. II 36 ff., Schlöbken chron. von Bardowick S. 232.)

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. Luderus, Dei Gratia Verdenſis Eccleſie Epiſcopus, univerſis Chriſti (*sic*) in perpetuum. — — pacem ſtatuimus inconvulſam eaque Dei omnipotentis et Noſtra authoritate firmiter confirmamus. Fiant igitur in Verbo Divini, ſicut Dathan et Abyran et ſicut Ananias et Saphira, omnes, qui locum illum et omnia que ad ipſum pertinent aliqua preſumpſerint injuria moleſtare. Permittimus igitur ejuſdem loci Abbati ſecuram libertatem Ordinis ſui, ut nulla in Eum a ſucceſſoribus Noſtris fiat exactio vel gravamen aliquod contra Ordinem ſuum a Sanctis patribus inſtitutum. Iſta vero nove plantationis inſtituta, undique, ſicut decuit, noſtra authoritate Epiſcopoli firmata Sigilli Noſtri impreſſione ſignavimus et banno. — — Hujus geſtae rei teſtes ſunt Dominus Thomas Abbas de Lunenburg, Hermannus ſummus Decanus Verdenſis, Amelungus de S. Andrea Prepoſitus, Gerardus Major Scholaſt. Wernerus Marſcalcus, Fridericus, frater ſuus. Joh. de Mule. et plures Clerici et Laici. Acta ſunt hec publice Anno Dominice Incarn. MCCXLIV. Indict. V. Pontif. Noſtri Anno XIII^mo.

Urk. 53.

Abt Thomas zu Lüneburg bewilligt dem Vogte Segeband zu Lüneburg den Verkauf einiger von ihm zu Leben beſitzender Aecker, jenſeits der Elmenau bei Lüneburg gelegen, nachdem derſelbe einige Hausſtellen in Bardowiek ihm reſignirt und von ihm zu Leben genommen hat. 7. April 1244.

(Nach dem registrum principum in der Königlichen Bibliothek zu Hannover. — Abgedruckt bei Sudendorf Urkundenb. zur Geſchichte des Herzogth. Braunſchweig und Lüneburg I 19.)

Thomas dei gratia abbas de Luneburg omnibus hoc ſcriptum inſpecturis Salutem in eo qui eſt ſalus omnium. Multis incommodis et magnis occurrimus cum etatis noſtre negocia, litterarum teſtimonio perhennamus. Sciant igitur tam preſentes quam futuri, quod noſ de communi conſilio. Domino Segebando aduocato de Luneburg, quoſdam agroſ vltra elmenoue (apud) luneburg ſitos, in pheodo porreximus quoſ ipſe poſtmodum ciuitatj luneburg vendidit per conſenſum noſtrum, et aſſenſum. Verum ne eccleſia noſtra dampnum de tali venditione pateretur. dominus Segebandus iam prefatus quaſdam areas in Bardevich de ſua proprietate ad recompenſationem nobis reſignaut. quaſ iterum ivre pheodalj de manu noſtra recepit. Ne igitur factum noſtrum in poſterum ab aliquibus valeat caſſari preſentem litteram ſigilli noſtri munimini et teſtium approbatione dignum duximus roborarj. Huius rei ſunt teſtes. Wernerus prior. Alwardus camerariuſ. Riquardus capellanus. Hinricuſ eiko qui ſcripſit litteram. Gertfridus miles de ecchem. albertus magiſter putei. Gerarduſ filius dominj Lambertj. Jordanus filius ade. Johannes niemarket. et alij quam plures. Actum eſt hoc VII. idus aprilis. Anno dominice incarnationiſ. M.CC.XL.IIII.

Urk. 54.

Abt Thomas und der Convent zu Lüneburg übertragen dem Olbern und deſſen Söhnen Friedrich und Olbern die Verwaltung zweier Pfannen im Hauſe Alverdinge und zweier Pfannen im Hauſe Wolderſcinge gegen Entrichtung von 10 Wiſpel Salz bei jeder Fluth [1]) und der „Boninge" nach Gebrauch. 8. Mai 1244.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 17. September 1227.)

Th. dei gratia abbas. totusque conuentus de luneborch. omnibus hoc ſcriptum inſpecturis. ſalutem in eo qui eſt ſalus omnium. Antiquorum ſollercia inſtructj. qui rationabilia facta. poſterorum noticie tradere uolentes. ſcripto tenenda firmauerunt. Nos quoque eorum ueſtigijs inherentes. ea que noſtris temporibus non ſine deliberatione geſta ſunt. litterali ſeruanda cuſtodie conſignauimus. Nouerint igitur tam preſentes quam futuri. quod nos de communj conſilio et conſenſu. amico noſtro olberno et duobus filiis ſuis. uidelicet friderico. et olberno. commiſimus quedam bona noſtra in ſalina. ſcilicet duas ſartagines in ſuperiori parte dimidie domus que aluerdinge dicitur. et duas in ſuperiorj parte dimidie domus que dicitur wolderſcinge procurandas. ſub hac forma. quod ſingulis fluminibus perſoluant eccleſie de eiſdem ſartaginibus decem choros ſalis. et de hoc quod dicitur boninge. ſimili modo perſoluant. ſecundum conſuetudinem ſaline in principio. et in fine anni. Adicimus inſuper. quod medietas decimi chori cedat iohanni filio eiuſdem olberni canonico rameſlenſi. donec ipſe integram in eccleſia ſua percipiat prebendam. Ex tunc autem eadem medietas chori eccleſie remanebit ad uſus hoſpitalis. Alia uero medietas chori ſimiliter remanebit hoſpitali. exceptis viginti quatuor ſolidis. qui diſtribuentur in anniuerſario ſuo et uxoris ſue. ſic ut fratres

[1]) Die Hälfte des zehnten Wiſpels ſoll dem Canonicus Johann zu Ramelsloh, Sohn jenes Olbern, verbleiben, bis er in ſeiner Kirche eine vollſtändige Präbende erhält. Dann ſoll auch dieſe Hälfte dem Hoſpitale, wie die andere, verbleiben. Sechs Schillinge ſollen davon Mönchen, achtzehn den Armen vertheilt werden.

habeant de ipſis ſex ſolidos. et pauperes decem et octo. et quicquid ſuperſuerit hoſpitali integraliter remanebit. Ne quis autem in poſterum huic noſtro rationabili facto temere obuiare preſumat. teſtium approbatione. et ſigilli noſtrj atque conuentus appenſione preſentes litteras dignum duximus roborare. Huius rei teſtes ſunt. Wernerus prior. Aluwardus camerarius. Conradus. Riquardus. totusque conuentus. Segebandus aduocatus. Gerefridus miles. Albertus magiſter putei. Johannes filius todonis. Alardus. Hermannus ſimodis. Jordanis filius ada. Gerardus filius lamberti Nicolauſ prope aquam. Lambertus inſtitor. iohannes de nouo foro. luduwart filius heleri. hogerus filius iacobi. Nicolaus puer. Thidericus filius willebrandi. Actum eſt hoc. Anno dominice incarnationis. M.CC.XLIIII. Dominica ante aſcenſionem domini. vocem iocunditatis.

Drei Sieget abgefallen.

Urk. 54 a.

Abt Gerhard und der Convent zu Lüneburg übertragen dem Olbern, deſſen Söhnen Friedrich und Olbern, und Großſöhnen die Verwaltung beſtimmter Salzgüter [1]). 8. Mai 1244.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 54 vom 8. Mai 1244.)

G. dei gratia abbas. totusque conuentus de luneborch. omnibus hoc ſcriptum inſpecturis. ſalutem in eo qui eſt ſalus omnium. Antiquorum ſollercia inſtructi. qui rationabilia facta. poſterorum noticie tradere uolentes. ſcripto tenenda firmauerunt. Nos quoque eorum ueſtigiis inherentes. ea que noſtris temporibus non ſine deliberatione geſta ſunt. litterali ſeruanda cuſtodie conſignauimus. Nouerint igitur tam preſentes quam futuri. quod nos de communi conſilio et conſenſu. amico noſtro olberno et duobus filiis ſuis. uidelicet friderico et olberno eorumque duobus et non pluribus filiis. commiſimus quedam bona noſtra in ſalina. ſcilicet duas ſartagines in ſuperiori parte dimidie domus que aluerdinge dicitur. et duas in ſuperiori parte dimidie domus que dicitur wolderſcinge procurandas. ſub hac forma. quod ſingulis fluminibus perſoluant eccleſie de eiſdem ſartaginibus decem choros ſalis et de hoc quod dicitur boninge ſimili modo perſoluant. ſecundum conſuetudinem ſaline in principio et in fine anni. Adicimus inſuper quod medietas decimi chori cedat iohanni filio eiusdem olberni canonico rameſienſi. donec ipſe integram in eccleſia ſua percipiat prebendam. Ex tunc autem eadem medietas chori. eccleſie remanebit. ad uſus hoſpitalis. Alia uero medietas chori ſimiliter remanebit hoſpitali. exceptis triginta ſolidis. qui diſtribuentur in anniuerſario ſuo. et uxoris ſue. ſic. ut fratres habeant de ipſis. ſex ſolidos. et pauperes uiginti quatuor. et quicquid ſuperſuerit hoſpitali remanebit. Adicimus etiam quod ſi ſtatus ſaline viluerit ita ut prefatam ſummam perſoluere non poſſint. tunc domini pro honeſtate ſua eis deferant et procurant. quantum in gratiam ipſorum poterint inuenire ita quod ipſi eccleſie poſtmodum iterum ualeant deſeruire. Adicimus inſuper quod idem filii domini olberni debent dare ad quodlibet flumen in hoſpitale de eiſdem bonis duas ſus ſalis. et quolibet die tres tinas carbonum. ad procurationem pauperum. Ne quis autem in poſterum huic rationabili facto temere obuiare preſumat. teſtium approbatione. et ſigilli noſtri atque conuentus appenſione preſentes litteras duximus roborare. Huius rei teſtes ſunt Wernerus prior. Aluwardus camerarius. Conradus. Riquardus. totusque conuentus. Segebandus aduocatus. Gerefridus miles. Albertus magiſter putei. Johannes filius todonis. Alardus. Hermannus ſimodis. Jordanis. Gerardus. Nicolaus. Lambertus. Luduwart. hogerus. Nicolaus Puer. Actum eſt hoc. Anno dominice incarnationis. M.CC.XLIIII. Dominica ante aſcenſionem domini. Uocem iocunditatis.

Beide Sieget abgefallen.

[1]) Bedingungen wie in der Urk. 54, nur ſollen 24 Schillinge unter die Armen vertheilt werden.

Urk. 55.

Erzbiſchof Sigfried zu Mainz beſtätigt als Metropolitan dem Abte und Convente zu Lüneburg die ſeit über 40 Jahren hergebrachte Gewohnheit, in der Burg Lüneburg zu taufen, Kranke zu beſuchen und Sacramente zu verleihen. Frißlar, 31. Mai 1244.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Wedekind Noten III 307.)

Sifridus dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. dilectis in chriſto .. Abbati et Conventuj de Luneburg. ordinis ſanctj Benedicti. Verdenſis diœceſis. Salutem in domino. Juſtis petentium deſiderijs dignum eſt nos facilem prebere conſenſum et uota que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Ea propter dilectj in domino filij iuſtiſ ueſtris precibus inclinati, conſuetudinem in cuius quaſipoſſeſſione per quadraginta annos et amplius, abſque contradictione fuiſtis, in baptizando paruulos. uiſitando infirmos. et alia ſacramenta que ad ſalutem animarum pertinent miniſtrando illis qui in Caſtro Luneburg commorantur, prout exhibita nobis ueſtra petitio continebat, uobis auctoritate Metropolitica confirmamus. ſicut venerabilis frater noſter dioceſanus verdenſis Epiſcopus uobis eam per ſuas litteras confirmavit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei, beatj Martini et noſtram ſe nouerit incurſurum. Datum Friſlarie anno Incarnationis dominice Milleſimo Ducenteſimo XLIIII. II. kalend. Junij. Pontificatus noſtrj anno Quarto decimo; —

Länglich rundes Siegel: „+ SIFRI. D ..... AREPS“, ein ſitzender Biſchof mit dem Stabe in der rechten und der Bibel in der linken Hand.

Urk. 56.

Die Ritter Gebhard und Werner in Lauenburg übertragen dem Kloſter Medingen eine Geldrente aus Medingen und den Zehnten zu Carpentin. — Unter den Zeugen Abt Thomas zu Lüneburg. Medingen, 14. Juni 1244.

(Nach der Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten in der Königlichen Bibliothek zu Hannover II 45.)

Gevehardus et Wernerus milites in Louenborch Omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem. Notum facimus omnibus tam preſentibus quam futuris quod nos Dei inſtinctu tam in remiſſionem noſtrorum predeceſſorum peccaminum quam noſtrorum peccatorum eccleſie S. Marie in Medinghe ad utilitatem Conventus ejuſdem loci contulimus viginti octo marcas argenti de ipſo loco in quo morantur et chorum filiginis in molendino Carpentin decimam in ſlavicali villa cum omni jure perpetuo ac libere poſſidendam. ſed ne aliqua in poſterum calumpnia poſſit ſuboriri ſigilli noſtri appenſione et teſtium ſcriptione preſentem paginam fecimus roborari quorum nomina ſunt hec. Thomas Abbas in Luneborch et Abbas Heynricus in Ulſen Prepoſitus Helmericus in Ebbekeſtorpe Geuehardus de Louenborch Otto Magnus Ludolfus Hermannus Johannes de Bluchere Fredericus de Bevenhuſen Rudericus Johannes de Aken Thedericus Scacman Ulricus de Remſtorp et alii quam plures Datum Medingo Anno Domini M.CC.LIV. Id. Junii in vigilia S. Viti.

Urk. 57.

Abt Gerhard und der Convent zu St. Michaelis in Lüneburg beurkunden, daß bedingte Auflünfte aus Salzgütern, welche ſie von Offeko und deſſen Frau Adelheid gekauft und theils der Küſterei, theils dem Krankenhauſe und ihrer Kirche angewieſen haben, der Adelheid, dem Jordan und deren Erben verbleiben ſollen. 1247.

(Nach dem Originale in Duplo im Königlichen Archive zu Hannover.)

Gerhardus dei gratia abbas totusque conuentus ſancti Michahelis in luneburg. Omnibus hoc ſcriptum cernentibus ſalutem in vero ſalutari. Mvndus defluit et tempus cum mundo preterit. Vnde que geruntur in tempore ne labantur cum tempore. et ne in irritum revocari poſſint in poſterum. priuilegialis debet auctoritaſ poſterorum noticie exhibere. Hinc eſt quod vniuerſiſ hanc paginam inſpecturiſ notum eſſe volumus quod noſ in ſalina in domo aluerdinge in parte auſtrali emimus ab offekone et vxore eius adelheide et heredibus eorum. vnum chorum ſalis ſingulis fluminibus perſoluendum. et illum aſſignauimus ad cuſtodiam adilluminaturam. Item. Emimus ab ipſis dimidiam plauſtratam ſaliſ in eadem domo et in eiſdem ſartaginibus in quibus predictum chorum emeramus. et illam aſſignauimus ad domum infirmorum. Preterea notum eſſe volumus quod eccleſia noſtra in eiſdem ſartaginibus ſingulif anniſ in feſto ſancti Michahelis habuit et adhuc habet. III. marcas denariorum. ad cenſum. et talentum piperiſ et dimidium. et in feſto thome XVIIIo. denarios pro panhvre. et quicquid ſupereſſe poterit in predictiſ ſartaginibus, hoc totum recognoſcimus eſſe domine adelhediſ et iordaniſ et heredum ipſorum. et precipue filie domine Adelheidis. Inſuper ſi iordaniſ moritur habebimus in predictiſ boniſ in anniuerſario ſuo VIII. ſolidos ad conſolationem fratrum et in Anniuerſario domine adelheidis ſimiliter VIIIo ſolidos ſi ipſa prius moritur. ſed poſt mortem amborum iam dicti VIII ſolidi ſoluti ſunt. et noſ habebimus vnam plauſtratam ſaliſ quolibet flumine. de qua agemus anniuerſarium iordanis ſicut alicuius fratris noſtri. et Anniuerſarium domine adelheidis. et patriſ eius marqvardi cuius anniuerſarius eſt ſymoniſ et iude. et matriſ eius Reinſwidis cuius Anniuerſarius eſt coſme et damiani. et filie eius Hildeburgiſ cuius Anniuerſarius eſt in inventione ſancte cruciſ. Huius facti teſteſ ſunt domini noſtri. wernerus prior. Couradus. Hermannus. Alwardus. Riqvardus. Helmericus. Halt. Ludolfus de Barenſtete. Henricus de merſche. Henricus et alii fratreſ noſtri. De Ciuitate uero Lambertus De ypere. Lutwardus filius edeleri. et ſocer ſuuſ. iordanis. iohannes ſartor. Hoierus de pomerio. Nikolaus de lvbeke. Lvdingerus. Jacobus. Hermannus albus. Gereberbertus. Fridericus aurifaber. Johannes filius todoniſ. Leonardus. Johannes de nouo foro. Alardus de ſancta maria. et alii quam plureſ. Acta ſvnt Anno Gratie Milleſimo CC.XLVII. vt Autem hoc factum noſtrum ratum permaneat. iuſſimus hanc paginam tribus ſigillis noſtro et eccleſie et ciuitatiſ Roborari.

Königlich runder Siegel + GERHARDVS DI GRA ABBAS IN LVNEBORH*, der Abt ſtehend mit dem Stabe in der rechten und der Bibel in der linken Hand.

Ein zweites Original hat als Zeugen:

domini noſtri. wernerus prior. Hermannus Alwardus. Ricquardus. Helmericus. Conradus. Balt. Ludolf de Barenſtete. Henricus de merſche. Heinricus et alii fratres noſtri. De Ciuitate uero. Lambertus de Ypere. Lutwardus filius edeleri. et ſocer ſuus Jordanis. Johannes Sartor. holerus de pomerio. Nicolaus de Lvbeke. Ludengerus. Jacobus. hermannus albus. Gerherbertus. Fridericus aurifaber. Johannes filius todonis. Leonardus. Johannes de nouo foro. Alardus de S. Maria Richertus. Gerhardus. Johannes filius Lamberti et alii quam plures. Acta ſunt anno etc.

Urk. 57a.

Biſchof Lüder zu Verden überträgt dem Kloſter Scharnebeck den Zehnten vom Kampe Adenbruch, welchen Nikolaus, Sohn Vie, dem Kloſter verkauft und ihm reſignirt hat. — Unter den Zeugen Abt Gerhard zu Lüneburg. Lüneburg, 1247.

(Aus dem Copialbuche des Kloſters Scharnebeck im Königlichen Archive zu Hannover S. 1.)

Luderus dei gratia verdenſis eccleſie epiſcopus — —. Decima campi qui dicitur adenbroch — —. Teſtes autem qui interfuerunt hij ſunt. Dominus gherhardus Abbas de luneborch. Fredericus canonicus de bardewic. waltmannus plebanus de mordorp. Hugoldus plebanus de ciuitate — —. Datum in luneborch anno gratie milleſimo ducenteſimo XLVII. Indictione quinta.

Urk. 58.

Herzog Otto von Braunſchweig beſtätigt den Bürgern in Lüneburg die von ſeinen Vorgängern ertheilten Begünſtigungen und vermehrt dieſelben [1]). Lüneburg, 28. April 1247.

(Nach dem Abdrucke in den orig. Guelf. IV 213—216, Rehtmeyer Br.-Lüneb. Chron. III 1832.)

In nomine ſanctae et indiuidue Trinitatis. Dei gratia Otto Dux de Bruneſwic, omnibus in perpetuum. Fidele teſtimonium habet littera, quae et ciuitatum iura et hominum facta ſibi commiſſa non obliuiſcitur, et de generatione in generationem ipſis tamen intercuntibus non patitur interire. Nos igitur praedeceſſorum noſtrorum Principum veſtigiis inhaerentes, largitionem et gratiam, quam Burgenſibus noſtris de Luneburch ciuitate liberaliter contulimus, tam praeſentibus quam futuri temporis Chriſti fidelibus cupimus innoteſcere, ab ipſa re exordium capientes. Primo ſiquidem ſtatuimus de areis aedificandis vt libero iure poſſideantur: Et ſi quis in ipſa ciuitate annum et diem tranſegerit non requiſitus a Domino ſuo, pro libero homine teneatur, et a nemine in poſterum impetatur. Si quis degens in ipſa ciuitate in lecto aegritudinis conſtitutus habens vires ſe erigendi, et per ſe marcam librandi, pro anima ſua vel alias, vbicunque ſibi placuerit, omnia bona ſua conquiſita conferendi habeat facultatem. Inſuper concedimus, vt quicunque extra ciuitatem vxorem duxerit, ea ſine liberis mortua maritus obtineat eius ſuppellectilem, quae Rade dicitur, conſanguineis vxoris defunctae extra ciuitatem manentibus nullam in ea habentibus actionem. Et quae filios habuerit ſine filiabus, filii mortuae matris ſuppellectilem, Rade videlicet, accipiant infra domum, idemque circa filias, ſi fratres non habeant, in Herewede patris earum volumus obſeruari. Praeterea ſi quis infra ciuitatem homicidium vel aliud ſimile in collum ſuum exceſſerit, et caſu effugerit, eo manente profugo ſiue ſatisfaciat, ſiue non, iudex bona ſua, quae relinquit, haeredibus ſuis nullatenus praeoccupabit. Et ſi vir aduena talium aliquid vt praemiſimus in collum ſuum perpetrauerit, et elapſus euaſerit per fortunam, ciuitas ſe de bonis illius per annum et diem ſub teſtimonio iudicis intromittet. Quodſi venerit ille volens ſatisfacere actoribus et ciuitati, iuuetur ad id cum propriis bonis, ſi infra vel poſtea morte praeuentus fuerit, aut viuens ſatisfacere

1) Von den in der Stadt Lüneburg wohnenden Leuten des Kloſters St. Michaelis ſoll der Abt nur „Rade und Herewede“ beziehen.

noluerit, ciuitas duas partes bonorum illius. iudex vero tertiam fortietur. ſi vero frater ſuus aut alius ſibi proximus veniens pro eo ſatisfecerit, ſicut ſucceſſit in onere, ſic in haereditate ſucceſſor legitimus habeatur. Quicunque etiam aduena in ciuitate moriens nec habens aliquem, qui bona que relinquit de iure tollere debeat, ciuitas et iudex de pari conſilio tollent et infra annum et diem reſeruabunt, et ſi infra dictum tempus frater vel aliquis conſanguineus ſuus bona illa requiſierit, et per iuſtitiam poterit obtinere, illi debent praeſentari, ſin autem infra tempus praeſcriptum nullus ea requiſierit, duas partes ad ſtructuram ciuitas, et iudex tertiam partem tollet. Adicimus etiam, vt quicunque infra Wicbelede haereditaria bona comparauerit, et per annum et diem quiete poſſederit, vicinior erit cum iuſtitia ſua obtinere. quam aliquis ab ipſo exquirere ea poſſit. Et ſi aliquis ipſum ſuper hiiſdem impulſauerit, et poſſeſſor euicerit. victus componet iudici ſexaginta ſolidos, ciuitati tres marcas denariorum, victori ſexaginta ſolidos. quia bona ſua poſuit in queſtione. Item ſi quis aliquem conuenerit ſuper debitis et debitor debitum recognoſcens infra quatuordecim dies non ſoluerit, iudex non dabit illi inducias longiores. ſed debitum ſoluet ipſa die, et quia inducias ſuperſedit, pro eo octo ſolidos iudici vadiabit. Ciuitas noſtra Luneburch vtens huius priuilegii libertate multas vexationes pertulit a nobis aliquando. Erant namque in ciuitate homines quidam, qui proprii noſtri erant, quorum quidam ſe nobis recognouerunt, quidam non, et illorum Herewede et Rade indifferenter accepimus, in quo iura ciuitatis et ſtatuto priuilegii infringere videbamur. Multis ergo et magnis dilecti noſtri Burgenſes nobis praecibus inſiſtentes, vt ab huiuſmodi iniuria ceſſaremus, inſtantiſſime ſupplicarunt. et tandem conuenimus tali modo, quod pro danda libertate omnibus illis, qui proprii noſtri erant, ſummam quandam acceptauimus, quam quia de ſuis facultatibus habere non poterant, communitas ciuitatis eis ſubſidium praeſtitit, tum propter hoc vt nulli in ciuitate manenti vel per nos vel per aliquem haeredum noſtrorum, ſeu per aliquem aduocatorum noſtrorum, ſiue per aliquem de parte noſtra violentia vel iniuria inferatur. Acceptis igitur CCC. et L. marcis puri argenti omnes in ciuitate manentes, qui noſtri proprii fuerant, damus perpetuo et per omnia liberos eorumque ſucceſſores; ita vt nec nos, nec filii noſtri, Albertus, Johannes, et Otto, neque filiae noſtrae, neque aliqui ſucceſſorum noſtrorum quicquam iuris in ipſis habeant, neque in Herewede neque in Rade accipienda, nec in aliquibus bonis eorum, ſed liberaliter et totaliter liberi ſint a nobis. Miniſteriales autem noſtri in ciuitate manentes, qui dant ad conſagitationem et peticionem, quod dicitur Schot et Schulde, nec Rade nec Herewede dabunt, nec in propriis bonis eorum aliquid iuris nobis venditabimus. Homines autem ſancti Mychaëlis in ciuitate manentes, qui ſe Eccleſiae recognoſcunt, Abbas in bonis eorum nichil omnino iuris habebit niſi in exuuiis tollendis, quae Rade et Herewede nuncupantur. Et in eis bonis eorum per nos vel per aliquem de parte noſtra iniuria vel violentia nulla fiat. Volumus etiam quod Aduocatus noſter nulli in hac ciuitate manenti bona ſua occupet vel impediat vllo modo, quam diu iuſtitiam facere vult. Si vero iuſtitiam facere recuſat, tam diu cum bonis ſuis eſt cogendus, quo vſque iuſtitiam faciat. Item ſi Aduocatus noſter ſuper magna cauſa aliquem voluerit incuſare, de loco iudicii ſurgere debet et ponere alium iudicem loco ſui, acceptoque prolocutore procedere debet contra illum per iuſtas ſententias quantum poteſt. Ex habundanti autem gracia ſuperaddimus, quod Burgenſes praehabitae ciuitatis ab omni exactione et theloneo ſint ſoluti, excepto theloneo quod de ſale datur, quod debito more ſoluent. Verum ſi thelonarius noſter aliquem incuſauerit, dicens quod theloneum deduxerit, ille ſe cum duobus Burgenſibus domos in ciuitate habentibus expurgabit, ſi vero aliquis conuictus fuerit de eo, quod theloneum deduxerit, idem theloneum nouempliciter nobis ſoluet. Vltimo autem omnium omnia illa iura, quae ciuitas a prima ſui fundatione habuit vſque ad tempus hodiernum, et ſtabilimus et praeſenti priuilegio confirmamus. Ne igitur haec donatio libertatis et iuris confirmatio a nobis

publice celebrata ab vllo haeredum vel ſucceſſorum noſtrorum mutari valeat vel infringi, praeſentem paginam inde conſcriptam in augmentum fidei et teſtimonium veritatis ſigillo noſtro fecimus roborari. Huius rei teſtes ſunt: Olricus Comes de Regenſtein. Ludolfus Comes de Halremunt. Burchardus Comes de Woldenberge. Hermannus nobilis de Werberge. Ekbertus de Aſſeburch. Anno de Heimborch. Baldewinus de Blankenborch. Jufarius Pincerna noſter. Anno Dapifer noſter. Henricus Grubo Marſchalcus noſter. Herewicus Camerarius noſter. Fridericus de Eſbeke. Heino de Weneden. Geuehardus de Bortuelde. Otto Magnus. Gerhardus de Doren. Werner de Medinge. Geuehardus Juuenis. Otto de Boiceneburch. Segebandus et Luderus fratres de Monte. Manegoldus et Alardus fratres de Eſtorpe. Segebandus de Marboldeſtorpe. Nycolaus Aries. Tydericus de Area. Euerhardus de Odeme. Segebandus Aduocatus noſter. Milites. Burgenſes vero: Nicolaus de Lukeke. Hogerus. Jordanis. Gerhardus filius Lamberti Nipere. Hartmannus iuxta cimiterium. Lambertus Inſtitor. Waſmodus. Lutwardus filius Eleri. Bertrammus Monetarius. Gerbertus. Johannis Todonis. Richernus. Bernardus Zabel. Volquardus. Johannes Sartor. Johannes Lamberti et frater eius. Nicolaus. Jacobus et Johannes filii Jacobi. Ludengerus. Olbernus. Fridericus Aurifaber. Leonardus. Florentius, et alii quam plures, viri probi et honeſti. Datum in Luneburch per manum Heinrici Notarii noſtri. Anno Dominicae Incarnationis MCCXLVII. Die Vitalis.

Urk. 59.

Papſt Innocenz IV. beſtätigt allen Aebten und Conventen des Ciſterzienſerordens alle ihnen durch Päpſte verliehenen Freiheiten und Immunitäten, und jegliche ihnen durch Könige und Fürſten oder andere Chriſten bewilligte Freiheit und Exemtion von weltlichen Abgaben. Lyon, 1. October 1247.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Dreger cod. dipl. Pomeran. I 256. — Vergl. die Urk. vom 4. September 1308 und 24. Auguſt 1342.)

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs. Abbatj Ciſtercij eiuſque Coabbatibus et Conuentibus Vniuerſis Ciſtercienſis ordinis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica pijs uotis. et honeſtis petentium precibus fauorem beniuolum impertiri. Eapropter dilectj in domino filij ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu. omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ſiue per priuilegia ſeu alias indulgentias ordini ueſtro conceſſas necnon libertates et exemptiones ſecularium exactionum a Regibus et principibus uel alijs chriſti fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ej auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dej et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugdun. kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Blumbum „Innocentius . PP. IIII.“ an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 60.

Papſt Innocenz IV. ertheilt allen Aebten und Conventen des Ciſterzienſerordens das Privileg, daß ſie in den Parochien, worin ſie den Zehnten beſitzen, auch die Neubruchzehnten nach Verhältniß ihrer Zehntberechtigung beziehen ſollen. Lyon, 1. October 1247.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 4. September 1308.)

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs. Abbatj Ciſtercij eiuſque Coabbatibus et Conuentibus Vniuerſis Ciſtercienſis ordinis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſiderijs dignum eſt nos facilem prebere conſenſum et uota que

a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in domino filij ueſtris iuſtis precibus inclinatj. auctoritate uobis preſentium indulgemus. ut in parrochijs illis in quibus ueteres uobis decime ſunt conceſſe. Noualium quoque de quibus aliquis hactenus non percepit pro portione qua ueteres uos contingunt percipere ualeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere. uel ej auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis dej et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugdun. kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Plumbum „Innocentius . PP. IIII." an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 61.

Papſt Innocenz IV. ertheilt allen Aebten und Klöſtern des Ciſterzienſerordens das Privilegium, daß nur die von Aebten beſtellten Aebte und Mönche Viſitationen des Ordens vornehmen ſollen. Lyon, 1. October 1247.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Dreger l. c. I 256. — Vergl. Urk. vom 4. September 1308.)

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs .. Abbatj Ciſtertij. eiuſque Coabbitibus et Conuentibus Vniuerſis Ciſtertienſis ordinis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Theſauro uirtutum ſic preclare ueſtra religio ſuum ſemper aſtrinxit affectum. quod habetur et in conſpectu regis eterni placita. et in oculis hominum gratioſa. Ipſa quidem ut columba mitis et humilis et electa domini ſpecialis pulcra per totum aſpicitur omnem a ſe rugam enormitatis abiciens, et maculam deformitatis excludens, uigilantibus illis qui paterne ſollicitudinis in ea gerunt officium, quod ibidem nulle poſſint uitiorum ſpine ſuccreſcere. ſed ipſa florum honoris et fructuum honeſtatis in inarceſcibili polleat ubertate. Propter hunc etenim ſancte operationis effectum numquam ordo ueſter officio aliene uiſitationis uel correctionis indiguit, ſed de ipſo aliquibus alijs reformationis beneficium ex prouidentia ſedis apoſtolice iam prouenit. Cum itaque nos qui ex huiusmodi uirtuoſis actibus ſpiritu in domino exultamus claris agnoſcamus indicijs dictum ordinem eſſe alijs recte uite ſpeculum et ſalutifere conuerſationis exemplum. quod ipſe ſicut olim ſic et in poſterum ab eiſdem dumtaxat Abbatibus ac Monachis idoneis quos uos filij Abbates ad hoc prouideritis deputandos. et a nullo alio uiſitari poſſit aut corrigi auctoritate preſentium duximus ſtatuendum. eadem auctoritate nichilominus decernentes, ut ſi aliquid contra ſtatutum huiuſmodi a quoquam propria extiterit temeritate preſumptum ſit irritum et inane. et ſi forte alique ſententie in uos occaſione huiuſmodi prolate fuerint nullum robur obtineant firmitatis. Mandato ſedis apoſtolice ſemper ſaluo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis infringere, uel ej auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dej. et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugdun. kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Plumbum: „Innocentius PP. IIII." an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 62.

Papſt Innocenz IV. ertheilt allen Aebten und Klöſtern des Ciſterzienſerordens das Privilegium, daß untadelhafte Mönche des Ordens ohne vorhergehende Examination ordinirt werden dürfen. Lyon, 1. October 1247.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Dreger l. c. I 260. — Vergl. Urk. vom 4. September 1308.)

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs. Abbatj Ciſtercij. eiusque Coabbatibus et Conuentualibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Meritis ueſtre ſacre religionis inducimur ut fauoris benigni gratia uos iugiter proſequamur. ſed in hijs precipue que noſcuntur ad cultum diuini nominis pertinere. Cum itaque ſicut lecta coram nobis vniuerſitatis ueſtre petitio continebat, Monachi ordinis ueſtri ab inſtitutione ipſius ſoliti ſint a prelatis eccleſiarum ſine aliqua examinatione ad ordines promoueri. nos deuotionis ueſtre precibus inclinatj. ut hoc ipſum circa Monachos eiuſdem ordinis eis dumtaxat exceptis in quibus fuerit notorium crimen uel enorme corporis uitium a prelatis eiſdem perpetuis temporibus obſeruetur. auctoritate preſentium duximus ſtatuendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſte conſtitutionis infringere. uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis dej et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugdun. kal. Octobris. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Plumbum: „Innocentius pp. IIII." an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 63.

Papſt Innocenz IV. beſtätigt allen Aebten und Klöſtern des Ciſterzienſerordens das Privileg der Exemtion von Synodal-, Straf- oder andern Gerichten, da die Aebte des Ordens jedes Vergehen nach ihren Statuten zu beſtrafen bereit ſeien. Lyon. 1. October 1247.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Dreger l. c. I 257. — Vergl. Urk. vom 4. September 1308.)

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs .. Abbatj Ciſtercij eiuſque Coabbatibus et Conuentibus Vniuerſis Ciſtercienſis ordinis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum. tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ex parte ſiquidem ueſtra fuit propoſitum coram nobis. quod licet ordini ueſtro per priuilegia ſedis apoſtolice ſit indultum, ut nullus Epiſcopus ſeu alia perſona ad ſynodos uel forenſes Conuentus niſi pro fide uos ire compellat, aut in uos uel Monaſteria ſeu etiam perſonas dictj ordinis, excommunicationis ſuſpenſionis, aut interdictj ſententias promulgare preſumat. que ſi promulgate fuerint tanquam contra apoſtolice ſedis indulta prolate decernuntur per eadem priuilegia irrite ac inanes, nichilominus tamen plerique prelatj et Judices ordinarij ac alij eccleſiarum Rectores, eadem priuilegia quibus munitj eſtis euacuare ſuperſticioſis adinuentionibus molientes afferant uos pro quauis offenſa ratione delictj exiſtere fori ſui, ſicque uocantes uos ad placita capitula et penitentiale. forum ſicut alios clericos ſeculares, uos ſuper hoc multiplici uexatione fatigant. quamquam exceſſus ueſtri tam per generale quam etiam cotidiana capitula que fiunt in ſingulis Monaſterijs ueſtri ordinis congrua penitentia puniantur. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis ut preſumptionem talium cohibere paterna ſollicitudine curaremus. Nos igitur attendentes quod et ſi ex ſuſceptj cura regiminis de vniuerſis ſancte matris eccleſie filijs curam et ſollicitudinem gerere teneamur, de illis tamen ſpecialius cogitare nos conuenit. qui poſtpoſitis uanitatibus ſeculi iugem impendunt domino famulatum, ac uolentes quietj ueſtre ſuper premiſſis paterna in poſterum ſollicitudine prouidere, ut nullus uos ſeu Monaſteriorum ueſtrorum perſonas, ad ſinodos uel forenſes conuentus niſi pro fide dumtaxat uel huiusmodi placita ſeu capitula uel forum penitentiale abſque mandato ſedis apoſtolice ſpeciali, euocare etiam delicti ratione preſumat, maxime cum uos filij Abbates punire exceſſus quoſlibet ſecundum ſtatuta ueſtri ordinis paratj ſitis auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus. decernentes eadem auctoritate ſententias ſi quas hac occaſione per pre-

ſumptionem cuiuſpiam promulgari contigerit irritas et inanes. Saluo in omnibus apoſtolice ſedis mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis et conſtitutionis infringere. uel ej auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis dej. et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugdun. kal. Octobris. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Plumbum: „Innocentius PP. IIII.“ an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 64.

Papſt Innocenz IV. verbietet den Erzbiſchöfen, Biſchöfen, Aebten und andern Prälaten, über die Klöſter und Mitglieder des Ciſterzienſerordens eine Gerichtsbarkeit auszuüben, und über ſie Bann, Suſpenſion und Interdict zu verhängen. Lyon, 1. October 1247.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Dreger l. c. I 258. — Vergl. Urk. vom 4. September 1308.)

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Uenerabilibus fratribus Archiepiſcopis et Epiſcopis. et Dilectis filiis. Abbatibus Prioribus prepoſitis. Decanis. Archidiaconis. Archipreſbiteris, Officialibus et alijs eccleſiarum prelatis ad quos littere iſte peruenerint. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Dilectj filij. Abbas Ciſtercij, eiuſque Coabbates et Conuentus vniuerſi Ciſtercienſis ordinis ſuam ad nos querimoniam deſtinarunt quod licet eis a ſede apoſtolica ſit indultum. ut a forenſibus conuentibus ſint immunes nullique liceat in eos uel eorum Monaſteria ſeu confratres inibi commorantes excommunicationis ſuſpenſionis aut interdictj contra id quod ab origine ordinis obſeruatum fuiſſe dinoſcitur ſententias promulgare, que ſi promulgate fuerint decernuntur per huiusmodi indulgentiam irrite ac inanes, uos tamen eorum quietj et libertatibus de quo miramur non modicum inuidentes, ac molientes infringere indulgentiam ſupradictam in eos contra indultum huiuſmodi de facto predictas ſententias promulgatis, quos ut fatigetis laboribus et expenſis, interdum ad forenſes conuentus accedere quandoque ſententiarum ueſtrarum executiones quacumque ſint auctoritate prolate ſuſcipere inuitos compellitis pro ueſtre arbitrio uoluntatis. quamquam ex generali quod ſuſcepiſſe dicimini apoſtolice ſedis mandato teneamini eoſdem in ſuis libertatibus et priuilegijs contra prauorum preſſuras et moleſtias defenſare. ſicque ſit ut indulgentia conceſſa eis cauſa ſolacij et quietis, ſit ipſis uobis contra ipſam quaſi conſpirantibus, cauſa diſpendij et laboris. Cum igitur ſicut in lege dicitur parum ſit in ciuitate ius eſſe niſi qui illud tueatur exiſtat. dignumque ac conueniens uideatur, ut indulgentie ac priuilegia que deuotis et benemeritis indulgentur, contra preſumptorum audaciam cum expedit defendamur. Vniuerſitatem ueſtram rogamus monemus et hortamur attente per apoſtolica uobis ſcripta in uirtute obedientie diſtricte precipiendo mandantes, quatinus priuilegia indulgentias et libertates eiſdem ab apoſtolica ſede conceſſa. et eorum conſuetudines rationabiles et antiquas firmas et illibatas eis de cetero pro apoſtolice ſedis et noſtra reuerentia obſeruantes. ab ipſorum ſuper premiſſis coactione ac moleſtia penitus quieſcatis. ita quod ipſi conceſſa eis ualeant tranquillitate gaudere. ac ſuper hoc per ſedem eandem non oporteat aliter prouideri. Datum Lugdun. kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Plumbum: „Innocentius. PP. IIII.“ an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 65.

Papſt Innocenz IV. ertheilt allen Aebten und Conventen des Ciſterzienſerordens das Privileg, daß kein Prälat über ihre Freunde, Diener und Wohlthäter, über die Arbeiter in ihren Mühlen und

Bäckereien, und über Diejenigen, mit welchen ſie durch Handel verkehren, Bann oder Interdict verhängen darf. Lyon, 1. October 1247.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 4. September 1308.)

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Dilectis filijs. Abbatj Ciſtercij. eiusque Coabbatibus et Conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ex parte ſiquidem ueſtra fuit propoſitum coram nobis, quod nonnulli eccleſiarum prelatj. ueſtris libertatibus inuidentes, cum eis non liceat ex apoſtolice ſedis indulto in uos excomunicationis uel interdictj ſententias promulgare, in familiares ſeruientes et benefactores ac illos qui molunt in Molendinis uel coquunt in furnis ueſtris quique uendendo ſeu emendo uel alias uobis comunicant ſententias proferunt memoratas. ſicque non uim et poteſtatem priuilegiorum ueſtrorum ſed ſola uerba ſeruantes, uos quodammodo excomunicant dum uobis alios comunicare non ſinunt, et ex hoc iudicari uidemini iudicio iudeorum, et qui uobis comunicant in predictis illud euenit inconueniens quod maiorem excomunicationem incurrant, quam excomunicatis comunicando fuerant incurſuri. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis ut prouidere quietj ueſtre ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Nos igitur ueſtris ſupplicationibus inclinatj. ne quis predictorum huiusmodi ſententias, in fraudem priuilegiorum apoſtolice ſedis de cetero promulgare preſumat auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus. decernentes eas ſi per preſumptionem cuiuspiam taliter promulgari contigerit irritas et inanes. Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis et conſtitutionis infringere. uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignationem omnipotentis dej. et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugdun. kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Plumbum: „Innocentius. PP. IIII.“ an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 66.

Papſt Innocenz IV. befiehlt dem Erzbiſchofe zu Mainz, deſſen Suffraganen und den Aebten und übrigen Prälaten der Provinz Mainz, den Abt und die Mönche des Kloſters zum Hauſe St. Mariä Cyſterzienſerordens in der Diöceſe Verden gegen Diejenigen zu ſchützen, welche ſie in ihrem Eigenthume verletzen, und über dieſelben, wenn Laien den Bann, wenn Geiſtliche die Suſpenſion vom Amte resp. Benefice zu verhängen. Lyon, 5. October 1247.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Uenerabilibus fratribus. Archiepiſcopo Moguntino et eius ſuffraganeis, ac Dilectis filijs. Abbatibus, Prioribus Decanis, Archipreſbyteris et alijs eccleſiarum Prelatis per Maguntinam prouinciam conſtitutis, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Non abſque dolore cordis et plurima turbatione didicimus, quod ita in pleriſque partibus eccleſiaſtica cenſura diſſoluitur et Canonice ſententie feueritas eneruatur ut uiri religioſi et hij maxime qui per ſedis apoſtolice priuilegia maiori donati ſunt libertate. paſſim a maleſactoribus ſuis iniurias ſuſtineant et rapinas dum uix inuenitur qui congrua illis protectione ſubueniat, et pro fouenda pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat. Specialiter autem. dilecti filij . . Abbas et fratres monaſterij de Domo ſancte Marie ordinis Ciſtercienſis Verdenſis dioceſis, tam de frequentibus iniurijs quam de ipſo cottidiano defectu iuſticie conquerentes. vniuerſitatem ueſtram litteris petierunt apoſtolicis excitari, ut ita uidelicet

eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate conſurgere. quod ab anguſtijs quas ſuſtinent et preſſuris ueſtro poſſint preſidio reſpirare. Ideoque vniuerſitati ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus atque precepimus, quatinus illos qui poſſeſſiones uel res ſeu domos predictorum fratrum irreuerenter inuaſerint aut ea iniuſte detinuerint, que predictis fratribus ex teſtamento decedentium relinquuntur, ſeu in ipſos fratres uel ipſorum aliquem contra apoſtolice ſedis indulta, ſententiam excommunicationis aut interdicti preſumpſerit promulgare. uel decimas laborum de terris habitis ante concilium generale ante quod ſuſceperunt eiuſdem ordinis inſtituta. quas proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, ſeu nutrimentis animalium ipſorum ſpretis apoſtolice ſedis priuilegijs extorquere monitione premiſſa ſi laici fuerint publice candelis accenſis ſinguli ueſtrum in diocesibus et eccleſijs ueſtris excommunicationis ſententia percellatis. Si uero clerici uel Canonici regulares ſeu Monachi fuerint eos appellatione remota ab officio et beneficio ſuſpendatis. neutram relaxaturi ſententiam donec predictis fratribus plenarie ſatiſfaciant et tam laici quam clerici ſeculares qui pro uiolenta manuum iniectione in eoſdem fratres uel ipſorum aliquem anathematis uinculo fuerint innodati cum diocesani Epiſcopi litteris ad ſedem apoſtolicam uenientes ab eodem uinculo mereantur abſolui. Datum Lugdun. III. Nonas Octobris. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Plumbum: „Innocentius . PP . III." an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 66a.

Segeband, Vogt in Lüneburg, verkauft dem Kloſter Scharnebeck ein Gut in Bennerſtedt (im K. u. A. Scharnebeck). — Unter den Zeugen Abt Gerhard in Lüneburg. 1248.

(Nach dem Copialbuche des Kloſters Scharnebeck S. 22 im Königlichen Archive zu Hannover.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Notum ſit omnibus chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis uel audituris quo ego Zegebandus aduocatus in luneborch — — predium in benierſtede — — vendidi fratribus de domo ſancte marie — —. Teſtes autem qui interfuerunt hij ſunt. Dominus gherardus abbas de Luneborch. Dominus hugoldus et dominus waltmannus plebani in luneborch — —. Acta ſunt hec Anno domini M.CC.XLVIII. Indictione ſexta.

Urk. 67.

Abt Gerhard und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg überlaſſen dem Hoſpitale ihrer Kirche 1 Wiſpel Salzgut, gegen deſſen Einkünfte aus dem Zolle, und ein Haus zu Adendorf (im K. und A. Lüne). (Ohne Jahr) [1]).

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Gerhardus dei gratia abbas ſancti mychaelis in Luneborg, necnon conuentus ibidem, omnibus has litteras inſpecturis. orationes et ſalutem in chriſto ihesu. Vſus habet et ſumma rerum expoſcit neceſſitas. ut que ſalubriter aguntur ſcripti memorie commendentur. Ideoque notum eſſe uolumus tam futuri quam preſentis temporis hominibus. quod dominus Gerardus abbas in Luneborg cum conſenſu et fauore tocius ſui conuentus domui hoſpitalis eiuſdem eccleſie chorum ſalis in domo vlinghe aſſignauit liberaliter ac demiſit. pro quibuſdam thelonij redditibus ad idem hoſpitale pertinentibus quos dicte domus prouiſor cum magna fatigatione

[1]) Zwiſchen 1244 und 1262.

uix aut numquam potuit integraliter extorquere. Insuper eidem hospitali domum unam in adendorp. quam ante non habuit assignauit. Volentes itaque hoc factum manere semper ratum et immutabile, sigillo nostre ecclesie. necnon ipsius. G. abbatis fecimus confirmarj.

Länglich rundes, verletztes Siegel „... GERA .... GRADIA ABBAS IN LV-NEBORCH“, der Abt stehend mit Stab und Bibel.

Urk. 68.

Abt Lambert zu Rastede überläßt dem Kloster Medingen das Lehnrecht über seine Güter zu Bohndorf (im K. Alt-Medingen A. Lüne) gegen das gleiche Recht über ein Gut Drögen-Nottorf (im K. Römstedt A. Medingen). Im Hofe des Abtes zu Lüneburg, 3. October 1249.

(Nach dem Abdrucke bei Harenberg monum. ined. p. 202 sq.)

Lambertus Dei gratia Abbas sancte Marie semper virginis in Rarstede. omnibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Que geruntur sub testimonio bonorum hominum. ut in longa uiuant posteritatis memoria, perhennari debent et testimonio literarum. Sciant igitur tam presentes quam posteri, quod nos de communi consensu nostri capituli dedimus ecclesie Medinge proprietatem. omnium bonorum. que in uilla Bodendorpe habuimus in agris. siluis et pascuis. in pratis, in aquis aquarumque decursibus. Sicut dominus Arnoldus et fratres sui et Fredericus pusteko a nobis habuerunt. cum omni iure. iam dicte ecclesie contulimus. recipientes in concambium a Domino Wernero de Medinge proprietatem cuiusdam predii, quod situm est in uilla Northtorpe. quod eidem cum aliis bonis. que a nobis habet. in pheodo porreximus. Ne autem aliquis successorum nostrorum tam sollempne factum nostrum aliquo modo possit immutare. presentem literam Sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius rei testes sunt qui affuerunt Dominus Hermannus Cluning. Dominus Aluericus frater ipsius. Dominus Hermannus Scukko. Dominus Helmericus de Holtelenbostele. Dominus Olricus de Remestorpe. Hermannus de Eueringe. Johannes de Aken. Segebandus aduocatus. Nicolaus aries. Euerardus de Odeme et alii quam plures. Acta sunt hec prima dominica post festum S. Michaelis, in pomerio abbatis in Luneborg. Anno gratie M CC XLVIIII.

Urk. 69.

Johann von Nedessem schenkt dem Convente des Klosters St. Michaelis zur Feier des Jahres-

gedächtniſſes ſeines Vaters Ludolf 8 Schillinge aus dem ſüdlichen Theile des Hauſes Huninge. (Ohne Jahr.)

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ne ea que geruntur a fidelibus lima corrodat temporis tam ſcripti teſtimonio quam lingua teſtium debent confirmari. Innoteſcat ergo tam poſteris quam preſentibus chriſti fidelibus quod ego Johannes de nedeſſem cum fratribus matreque mea. diuina inſpirante clementia. pro remedio anime ludolfi patris mei. VIII. ſolidos in domo que dicitur Huninge in auſtrali ſcilicet parte conuentuj Sancti mychaelis in luneburg aſſignaui. eo pacto ut in anniuerſario pretaxati patris mej. fratribus in ſupradicto loco deo famulantibus exinde conſuetum karitatis dent ſeruicium. Ne autem in poſterum quiſquam huic facto calumpniam inferre preſumat. preſentem paginam tam ipſorum quam meo ſigillo fecj roborarj.

Verletztes Siegel des Johann von Nedeſſen mit drei Kugeln unter einem Turmkragen. Verletztes großes rundes Siegel des Convents (ſ. Abbildung unter Urk. 57 und 67).

---

[1]) Handſchrift aus der Mitte des 13. Jahrhunderts.

Urk. 69a.

Abt Gerhard und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg übertragen dem Abte und Convente zu Scharnebeck für den bisher üblichen, an ihre Küſterei zu zahlenden Zins den Kamp Adenbruch (bei Lüneburg), welchen das Kloſter Scharnebeck von den Inhabern deſſelben erworben hat. Lüneburg. im Juli 1250.

(Nach einer Copie in der Königlichen Bibliothek zu Hannover: „Ex orig. membr.“, in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc.“ S. 83.)

G. Dei gratia Abbas Totusque Conuentus Eccleſie Sancti Mychaelis in Lvneburg. Vniuerſis Chriſti Fidelibus imperpetuum. Quum labente temporis curriculo labitur et memoria. neceſſario ſatis prouiſum eſt utilem qvamlibet rerum ordinationem litteris commendari. Hujus rei gratia notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris quod Abbas et Conuentus de domo Sancte Marie Cyſtertienſis Ordinis. quendam campum, qui dicitur Adenbroch, una cum rubo ceteriſque pertinentiis ſuis, quem Nycolaus cognomento puer et ludolfus dictus Stuue olim ciues Luneburgenſes. penſionem quatuor ſolidorum lvneburgenſis monete Cuſtodi Eccleſie noſtre annuatim inde perſoluentes de manu noſtra tenuerunt. ab heredibus predictorum Nycolai atque Ludolfi. uni familie dantes pro ſua parte ſex Marcis puri argenti. alteri uero pro ſua octo Marcas Bremenſis argenti compararunt. Nos quoque cum conſenſu tocius Capituli noſtri predictis Fratribus de Domo Sancte Marie prenominatum predium cum ſuis pertinentiis ob ſolitam penſionem videlicet quatuor ſolidorum. perpetuo jure poſſidendum contulimus. donantes eis inſuper ſummam pecunie que nobis ex hoc debebatur quam vulgo dicunt Vorhure. Vt igitur hoc factum a noſtris ſucceſſoribus inuiolabile permaneat preſens ſcriptum ſigilli noſtri atteſtatione roborauimus. Acta quoque ſunt hec ſollempniter in Lvneburg. Anno Dominice incarnationis. Milleſimo. Ducenteſimo. quinquageſimo. Menſe Julii Indictione octaua.

† Gerardus. Di. Gra. Abbas. i. Lvneborch. † S. Conve . . . . . ſci Michaelis. in Lvneburch.

Urk. 69b.

Abt Gerhard zu St. Michaelis in Lüneburg überläßt, auf Erſuchen des Herzogs Otto von Braunſchweig, dem Kloſter Scharnebeck einen Hof in Scharnebeck nebſt den übrigen Beſitzungen und dem Obereigenthume über dieſelben in Scharnebeck und in Rullſtorf (im K. und A. Scharnebeck) gegen

ein Salzgut und eine Geldrente in der Saline Lüneburg und einen Hof in Huggelo (ob Undeloh im K. Hanſtedt A. Winſen a. d. L.?). Lüneburg, im Monate März 1251.

(Nach dem Copialbuche des Kloſters Scharnebeck S. 294 im Königlichen Archive zu Hannover.)

Gherardus dei gratia abbas ſancti michaelis in luneborch. vniuerſis chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis imperpetuum. Quum ea que geruntur in tempore. ne labantur cum tempore debent voce teſtium et teſtimonio literarum confirmari. Hinc eſt quod notum eſſe cupimus tam futuris quam preſentibus. quod nos ad inſtantem peticionem illuſtris principis domini ottonis ducis de brunſwik habito communi conſilio dominorum noſtrorum parique conſenſu Curiam noſtram in ſcernbeke cum omnibus pertinencijs ſuis necnon et ceteras quaſcunque poſſeſſiones ac proprietates quas in eadem villa habuimus et illas quas abſolute poſſedimus cum omni iure ſuo Abbati et fratribus de riuo ſancte marie Ciſtercienſis ordinis perpetuo poſſidendas tradidimus. qui nobis in predictorum repenſacionem bonorum vnum chorum ſalis ad flumen in ſalina in luneborch. et quatuor marcas denariorum luneborgenſium in eadem ſalina recipiendas. Inſuper Curiam in huggelo ſuperiori cum omni iure quod habebant in ipſa totaliter aſſignauerunt. Sub qua videlicet conuencione eciam promiſimus et contulimus proprietatem omnium bonorum ſancti michaelis in luneborg harum villarum ſchernbeke et roluesdorp que nos attingunt. uel que in pheodo alij de munificentia noſtra tenuerunt predictis fratribus libere poſſidendas tradidimus. Igitur ne huic facto noſtro coram teſtibus ſollempniter celebrato. ſucceſſorum noſtrorum ſeu aliorum quiſque valeat contraire. preſentem paginam ſigilli appenſione decernimus roborari. Teſtes huius rei ſunt. dominus otto dux de brunſwik. dominus wernerus de medinge. dominus lippoldus milites. Dominus godefridus quondam abbas in herſwichuſen. frater albertus ſacerdos et monachus de hegene. Dominus theodericus abbas in riuo ſancte marie. et alij quam plures. Actum ſiquidem ſunt hec ſollempniter in luneborch. menſe martio. Anno domini M.CC.LI.

Urk. 70.

Herzog Otto von Braunſchweig ſchenkt dem Kloſter Scharnebeck alles Eigenthum in Scharnebeck und Ebſtorf, namentlich auch die Vogtei und alle Gerechtſame an den Gütern des Abtes und Conventes des Kloſters St. Michaelis und Anderer in Scharnebeck. Lüneburg, im April 1251.

(Nach dem Abdrucke in den orig. Guelf. IV 232, Pfeffinger Hiſt. II 265.)

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Dei gratia Otto Dux de Brunſwig vniuerſis Chriſti fidelibus, hanc paginam inſpecturis et audituris, in perpetuum. Quoniam vt ait ſcriptura, generatio preterit et generatio aduenit, hinc euidentibus poſſumus coniicere argumentis, plurima precedendium bona acta ex vera mutabilitate moderni temporis hominum effugiſſe notitiam; illudque ſalubriter, quantum in nobis eſt, precauere cupientes, quecunque ad preſens poſterorum vtilitati profutura ordinare decernimus, non tam hominum, quam literarum memorie dignum duximus commendare. Huius rei gratia vniuerſitatem veſtram noſſe deſideramus, quod nos, diuini amoris intuitu, ſed et noſtre noſtrorumque tam parentum, quam liberorum ſalutis obtentu, quicquid in villis Scherrenbecke et Ebſtorf proprium habuimus, tam in prediis, quam in agris, quibuſcunque commodis, communibus et priuatis, nec non Aduocatiam, ſiue quecunque iura in bonis Abbatis Conuentusque Eccleſie ſancti Michaëlis, ſeu quorumlibet aliorum in Scherrenbecke hactenus poſſedimus, hec, inquam, omnia ſimul comprehenſa, et ab omni iure ſeculari exempta, Abbati et fratribus de domo ſancte Marie, Ciſtercienſis Ordinis, Verdenſis Dioceſis, quos videlicet Fratres totis viſceribus complexos fouere ac in omnibus promouere fideliter intendimus, facto nobis competenti pro noſtra voluntate

reſtauro, libere et quiete perpetuo poſſidenda donauimus. Ad huius rei confirmationem, vt prenominati Fratres ipſorumque in Dei ſeruitio ſucceſſores plena ſuper his ſecuritate letentur, preſentem paginam ſigilli noſtri appenſione iuſſimus roborari; hoc nichilominus adiicientes, quod ſi quis ipſos famulos Dei in hiis, que prefentium tenore ſunt expreſſa, contra iuſtitie moderamen moleſtare preſumpſerit, tanquam rei aliene Deoque dicate inuaſor, non ſolum diuine, ſed et noſtre pariter liberorumque noſtrorum indignationis ſubiturum ſe nouerit vltionem. Teſtiumque nomina, qui huic intererant ordinationi, ſunt hec: Dominus Gerardus, Abbas ſancti Michaëlis. Wernerus Prior. Henricus Prepoſitus ſancti Blaſii in Brunſwich. Detmarus Prepoſitus ſancti Cyriaci in Brunſwich. Arnoldus Notarius Ducis. Albertus Juuenis Dux. Comes Ludolphus de Halremund. Wernerus Marſchalcus. Wernerus de Zwerin. Geuehardus Juuenis. Hermannus Ribe. Hunerus de Luneborg. Segebandus de Monte. Lippoldus de Gerhuſen. Nicolaus Aries. Segebandus Aduocatus, cum fratribus ſuis Henrico et Annone, et alii quam plures. Acta ſi quidem ſunt hec ſolenniter in Luneborg Menſe Aprili Anno Dominice Incarnationis M.CC.LI. Indictione Nona.

Urk. 71.

Abt Gerhard und der Convent von St. Michaelis zu Lüneburg überweiſen ihrem Hoſpitale einen Chor Salzgut in der Saline Lüneburg und ein Haus in Adendorf (im K. u. A. Lüne). (Ohne Jahr.)

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 111 in der Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Gerhardus dei gratia Abbas ſancti Mychaelis in Luneborg, nec non conventus ibidem omnibus has literas inſpecturis. orationes et ſalutem in Chriſto Jheſu. Vſus habet et ſumma rerum expoſcit neceſſitas, utque ſalubriter aguntur ſcripti memorie commendentur. Ideoque notum eſſe volumus tam futuri quam preſentis temporis hominibus, quod dominus Gerardus abbas in Luneborg cum conſenſu ac favore tocius ſui conventus domui hoſpitalis eiusdem eccleſie chorum ſalis in domo Ulinghe aſſignavit liberaliter ac dimiſit pro quibusdam thelonij redditibus ad idem hoſpitale pertinentibus, quos dicte domus proviſor, cum magna fatigatione vix aut nunquam potuit integraliter extorquere. Inſuper eidem hoſpitali domum unam in Adendorp quam ante non habuit aſſignavit. Volentes itaque hoc factum manere ſemper ratum et immutabile, ſigillo eccleſie noſtre, nec non ipſius. G. abbatis fecimus confirmari.

Urk. 71 a.

Graf Günzelin III. von Schwerin erklärt, keine rechtlichen Anſprüche an Güter des Ritters Heinrich von Göddingen zu Göddingen (im K. Barskamp A. Bleckede) zu beſitzen. Boitzenburg, 18. April (c. 1255) [1].

(Nach dem Orginale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. 89 vom 5. Mai 1264 und 221 vom 29. September 1312.)

G. dei gratia comes Zwerinenſis. Omnibus hoc ſcriptum reſpicientibus ſalutem. Tenore preſencium recognoſcimus quod in bonis que miles honeſtus Hinricus de Godinge in uilla predicta habere dinoſcitur, nil prorſus iuriſ nec eciam nobis aliquid uſurpamus. In cuius rei teſtimonium ſub noſtro ſigillo exhibemus preſentes litteras ſigillatas. Datum Boyceneburg. XIIII. kalend. Maji, Hermannus de Bluchere. Hinricus Ribe. Criſtancius. Johannes de Balge militeſ aliique quamplures huius eciam rei teſteſ ſunt.

Siegel abgefallen.

---

[1] In einer Urk. de 1255 (bei Liſch Urkundenſamml. zur Geſchichte des Geſchlechts von Maltzahn I 19 № VIII) kommen neben dem Grafen Günzelin die Ritter Hermann von Blücher und Johann von Balge vor.

Urk. 71 b.

Biſchof Gerhard zu Verden ſchenkt dem Kloſter Walsrode das Obereigenthum eines Hauſes zu Groß-Häuslingen (im K. Kirchwahlingen A. Rethem), welches Eliſabeth von Hünzingen demſelben geſchenkt und ihm reſignirt hat. — Unter den Zeugen Abt Gerhard zu Lüneburg. Lüneburg, 1255.

(Nach dem Copiar des Kloſters Walsrode.)

Gherardus dei gracia verdenſis Epiſcopus — — proprietatem domus in maiori hucſelem — — quam domina Elizabeth de hunetſinge in remedium anime ſue et mariti ſuj et filij contulit eccleſie in Walfrode quam a nobis tenebat in pheodo ad liberam reſignacionem ipſius domine Eccleſie contulimus. Datum luneburch Anno domini M̊ C̊C̊ LV̊ pontificatus noſtri anno quarto Teſtes huius rei qui preſentes fuerant hij ſunt Gerardus Abbas in Luneborch Heinricus Abbas in Uleſſen Gherardus Scolaſticus verdenſis Heinricus de Etſene Johannes de Moule Ricmarus de Tzarenhuſen et alij quam plures.

Urk. 72.

Abt und Convent des Kloſters St. Michaelis zu Lüneburg belehnen die Gebrüder Jordan und Heinrich von Bodenſtedt und die Gebrüder Hartwich und Heinrich von Wittlobe mit dem Dorfe Cesemowe (genannt Michaelsberg). Lüneburg, 2. April 1256.

(Inſerirt der Urk. 91 vom 15. Juni 1265. — Abgedr. bei Wedekind Noten III 309 f. — Den Abdruck des Textes ſ. Urk. 36.)

Urk. 73.

Papſt Alexander IV. nimmt das Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg, in welchem auch fortan die Regel des Benedictinerordens befolgt werden ſoll, in ſeinen Schutz, beſtätigt demſelben den Beſitz ſeiner Güter und ertheilt ihm mehre neue Privilegien. Anagni, 29. Juni 1256.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filiis Abbati monaſterii ſancti michaelis de luneborch eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis In perpetuum. Religioſam uitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuſlibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet, aut robur quod abſit, ſacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filij ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus et monaſterium ſancti Michaelis in Luneborch verdenſis dioceſis, in quo diuino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus qui ſecundum deum et beati Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones quecumque bona idem Monaſterium impreſentiarum iuſte ac canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum largitione Regum uel Principum oblatione fidelium ſeu alijs iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma uobis ueſtrisque ſucceſſoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exprimenda uocabulis. Locum ipſum in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentijs ſuis, cum terris, pratis, uineis nemoribus, uſuagijs et paſcuis in boſco et plano, in aquis et molendinis in uijs et ſemitis et in omnibus alijs libertatibus et immunitatibus ſuis. Sane noualium ueſtrorum que proprijs manibus aut ſumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit, ſiue de ueſtrorum animalium nutrimentis nullus a uobis decimas exigere uel extorquere preſumat. Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos et abſolutos e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere, et eos abſque contradictione aliqua

retinere. Prohibemus inſuper ut nulli fratum ueſtrorum, poſt factam in monaſterio ueſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere. niſi artioris religionis obtentu. Diſcedentem uero abſque communium litterarum ueſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat uobis clauſis ianuis excluſis excommunicatis et interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Crisma uero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promouendi a diocefano ſuſcipietis Epiſcopo ſiquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem ſacroſancte Romane ſedis habuerit et ea uobis uoluerit ſine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper ut infra fines parrochie ueſtre nullus ſine aſſenſu diocefani Epiſcopi et ueſtro Capellam ſeu Oratorium de nouo conſtruere audeat. saluis priuilegijs Pontificum Romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab Archiepiſcopis et Epiſcopis Archidiaconis ſeu Decanis alijsque omnibus eccleſiaſticis ſecularibusue perſonis a uobis omnino ſieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus ut eorum deuotioni et extreme uoluntati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint niſi forte excommunicati uel interdicti ſint aut etiam publici uſurarij nullus obſiſtat. salua tamen iuſtitia illarum eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas preterea et poſſeſſiones ad ius eccleſiarum ueſtrarum ſpectantes que a laicis detinentur redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad eccleſias ad quas pertinent reuocandi libera ſit uobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem loci Abbate uel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptione aſtutia ſeu uiolentia preponatur niſi quem fratres communi conſenſu uel fratrum maior pars conſilij ſanioris ſecundum Deum et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Paci quoque et tranquillitati ueſtre paterna in poſterum ſollicitudine prouidere uolentes auctoritate apoſtolica prohibemus ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum ueſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere ſeu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio ueſtro conceſſas necnon libertates et exemptiones ſecularium exactionum a Regibus et Principibus uel alijs fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre uel ablatas retinere minuere ſeu quibuſlibet uexationibus fatigare. ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolice auctoritate et diocefani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit ſecundo tertioue commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoris noſtri ihefu chriſti aliena ſiat atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri ihefu chriſti, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.

(Sign.) Ego Alexander catholice eccleſie Epiſcopus ff. B—E.

† Ego frater Johannes titularis ſancti Laurentii in Lucina presbiter Cardinal. ff.

† Ego frater Hugo titularis ſancte sabine presbiter Cardinal. ff.

† ego odo Tuſculanus epiſcopus. ff.

† Ego Stephanuſ preneſtinuſ epiſcopus. ff.

† Ego Riccardus ſancti Angeli Diaconus Cardinalis. ff.

† Ego Petrus ſancti Georgij ad velum aureum diaconus Cardinalis ſſ.

† Ego Johannes ſancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus card. ſſ.

Datum Anagnie per manum Magiſtri Rollandi ſancte Romane eccleſie vicecancellarij. III. kalend. Julij. Indictione. XIIII. Incarnationis dominice Anno M.CC.LVI. Pontificatus uero domni Alexandri pape. IIII. Anno Secundo.

Plumbum „ALEXANDER Papa IIII." an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 74.

Abt Diedrich zu Scharnebeck bezeugt, daß er ſeine Kirche verpflichtet habe, jährlich 4 Schilling aus dem Adebruch (bei Lüneburg) an den Küſter zu St. Michaelis in Lüneburg zu bezahlen. (Ohne Jahr) [1].

(Nach dem Copialbuch № 3 S. 33 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 141.)

Vniuerſis chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit. Frater thidericus abbas domus ſancte marie. in perpetuum .. Notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris. quod eccleſiam noſtram annuente noſtra congregatione ad penſionem quatuor ſolidorum Luneburgenſis monete de predio quod dicitur adebroch cuſtodi eccleſie ſancti mychaelis in Luneburg annuatim ſoluendam obligauimus. Vt hoc factum a noſtris ſucceſſoribus inuiolabile permaneat preſentem ſedulam (*sic*) ſigilli noſtri atteſtatione roboramus.

[1]) Diedrich erſcheint nach 1245 und vor 1281 als Abt des Kloſters Scharnebeck.

Urk. 75.

Herzog Albert von Braunſchweig beſtätigt ſammt ſeinen Brüdern die Salinenverordnung ihrer Mutter unter Vorbehalt des ihnen zuſtehenden Zolles. Lüneburg, 25. Februar 1258.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten I 304 in der Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Dei gratia Albertus Dux de Brunſwic omnibus preſens ſcriptum cernentibus ſalutem. Materne pietatis affectum in omnibus velut decet debito honore promptitudine proſequentes. Et in eodem communis utilitatis commodum proſpectantes quod ab eadem illuſtris matris noſtre prouida pietate Luneb. ex gratia ſpeciali eius videlicet opido et confluentibus ad opidum predictum in ſalis ordinatione prouida deliberatione et conſilio eſt indultum et ipſuis dilectionis munimine ſtabilitum vnacum fratribus et coheredibus noſtris firmum et ratum in omnibus optinentes ac idem factum noſtri conſenſus beneplacito confirmantes ſigilli noſtri impreſſione duximus muniendum Dum tamen in octauo dimidio denario pro quolibet choro ſalis ſuo aut noſtro thelonario in ſalina ſatiffecerint et indulta ſibi beneficii gratiam non excedant vt autem preſentibus pronior fides detur et tocius ambiguitatis materia ſubtollatur quaſdam perſonas in geſte rei Teſtimonium per nomina duximus differendas quarum vna Dominus Otto de Brunſwic Dominus Hunerus de Odeme Dominus Herbordus et Dominus Fredericus de moul milites et richernus et Johannes albus Jordanus Hartmannus et lutgerus ciuſdem ciuitatis conſules et burgenſes. Datum Luneborch Anno Domini M°.CC°.LVIII. in feſto Walpurgis.

Urk. 76.

Abt Gerhard zu St. Michaelis in Lüneburg beurkundet als Patron der Kirche St. Cyriaci zu Lüneburg die Dotirung des Altars des heiligen Kreuzes in derſelben durch Hugold, Pfarrer daſelbſt, und den Ritter Huner von Ödeme, und beſtimmt, daß ein beſonderer Geiſtlicher den Gottesdienſt vor dieſem

Altare verrichten, und die Beſetzung dieſer Stelle Hugold, ſo lange er lebt, und dann Huner und deſſen Erben verbleiben ſoll. Lüneburg, 29. Juni 1259.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Gerardus dei gratia abbas Monaſterij ſancti Michaelis in luneborgh ordinis ſancti benedicti. Preſentiſ pagine inſpectoribus ſalutem et orationeſ in chriſto deuotaſ. Vt rerum ſecundum uarietatem temporum geſtarum ad poſteroſ noticia deferatur. neceſſitas expoſcit propter uitam breuem hominum eaſ ſcriptiſ ſiue priuilegiiſ commendarj. Deuotioni igitur ueſtre uolumus eſſe manifeſtum, quod in eccleſia beati cyriaci in luneborgh in qua noſ habemus iuſ patronatus dilectus in chriſto dominus Hugoldus eiusdem eccleſie plebanus. Altare ſancte crucis in una. dominus uero hunerus dictus mileſ de Odeme in alia plauſtrata ſalis ad honorem dei et ſancte crucis in ſuorum remiſſionem peccaminum dotauerint. ad idem altare ſpecialiſ ſacerdos in diuino officio miniſtrabit. Ad beneplacitum autem et arbitrium prefati hugoldi quoadusque uixerit idem Hunerus et heredes ſui altare conferent ſupradictum. Poſt mortem uero ipſius Hugoldi conferent cuicumque pro uoluntate ſua duxerint conferendum. ſcilicet tantummodo ſacerdotj. Et quia hec ordinatio de conmuni noſtra et hugoldi et huneri prefatorum proceſſit uoluntate preſens ſcriptum exinde confectum placuit noſtri et ſigillorum ſuorum munimine roborari. Actum Luneborgh Anno incarnationis dominice. M.CC.L.IX. circa feſtum beatorum apoſtolorum petri et Pauli.

Länglich rundes Siegel: „† GERARDVS : DEI : GRAD.....S : IN : LVNEBORCH“, den Abt ſtehend mit Stab und Bibel.



Länglich rundes Siegel: „. HVGOLDI PLEBANI S. CIRIACI I. LVNEB.“, einen ſtehenden Geiſtlichen in einem Portale mit 3 Thürmen enthaltend.

Urk. 77.

Conſtitution des Kellners Haldus über ſeine Lieferungen an gewiſſen Feſttagen. (Ohne Jahr.)

(Nach einer Abſchrift von Wedekind im Diplomatarium S. 98 im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nouerint tam preſentes quam futuri Luneburgenſis eccleſie domini, quod dominus Haaldus cellerarius in omni vigilia trium compulſacionum quilibet dominorum ad honorem et utilitatem eorum, duas ſimilas et ſex fercula dare conſtituit (*sic*), que non dabantur niſi in vigilia Paſche et aſcenſionis et Pentecoſten et aſſumptionis et Michahelis et dedicationis et omnium ſanctorum et in natiuitate domini et in annunciatione beate virginis. Quod ut firmum et inuiolatum permaneat a poſteris, hanc conſtitutionem bonam preſenti libello curauimus intitulare. Duodecima kalendas Junii dedicatio eſt ad altare ſancti Johannis ewangeliſte. VIII. idus Junii dedicatio eſt ad altare ſancte crucis.

Urk. 77a.

Ritter Huner von Ödeme ſchenkt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg zur Feier ſeines und ſeiner

verſtorbenen Gemahlinn Jahresgedächtniſſes ſeinen erbeigenen Zehnten zu Heinſen (im K. Embſen A. Lüne). 1261.

(Nach dem Copialbuch № 4 Fol. XLIX des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Fidelibus chriſti vniverſis preſens ſcriptum intuentibus Hunerus Miles dictus de Odem. Salutem in omnium ſaluatore. Que geruntur in tempore de facili euaneſcunt cum tempore, niſi cauſa memorie obliuio rerum per ſcripti memoriam auferatur. Hinc eſt quod omnibus preſentem literam viſuris notum eſſe cupio Quod ego Hunerus Miles dictus de Odem pro remedio anime mee et vxoris mee Domine Oden Bone memorie, Eccleſie Sancti Michaelis contuli decimam in Heynſen Jure hereditario poſſidendam vt in oracionibus ſuis noſtri ſint memores et poſt mortem meam anniuerſarium noſtrum ſolempniter agere debent Sicut fratrum eorum et Sororum anniverſarij agi ſolent. Et ut hec donacio perpetuis temporibus et inconuulſa permaneat Super hoc preſentem literam eccleſie ſupradicte videlicet Sancti Michaelis donaui et eam mei Sigilli et fratrum meorum gheuehardi et gherardi munimine roborauj Acta ſunt hec Anno gracie M° CC° LX° primo.

Urk. 78.

Abt Gerhard und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verfügen über die Vergütung und Erſtattung des Ausfalls der Einnahme, welche der Kellner Balduin und Krankenpfleger Nikolaus durch Verkauf zweier Fuder Salzgutes, welche zu ihren Aemtern gehörten, zu Gunſten des Kloſters erlitten haben. Lüneburg, 24. Auguſt 1261.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Vniuerſis ſancte matris eccleſie filiis tam preſentibus quam futuris preſentes litteras inſpecturis. Gerardus dei gratia abbas Monaſterij ſancti michaelis in luneborgh. totuſque eiusdem loci conuentus ſalutem in eo qui eſt ſalus omnium. Cvm factus ſit homo ſimilis uanitati, et dies eius ſicut umbra pretereant. geſtorum eius memoria ſimul preteribit, niſi poſteris ueritaſ eluceat per ſcripturam. quam ob rem prudentium uirorum adinuenit diſcretio ut in ſcripta publica acta hominum redigantur, ne cum lapſu temporis pariter elabentur. Hinc eſt igitur quod tam preſenti etati, quam futurj temporis poſteritati preſenti ſcripto ſignificandum duximus neceſſarium, quod dominj. Haldus et Nicholauſ offitialeſ noſtri cellerarius uidelicet et infirmarjus, cum communj conſilio et conſenſu capituli noſtrj. inſtante magne et ineuitabiliſ neceſſitatiſ articulo uendiderint duaſ plauſtrataſ ſalis in ſalina ad eorum ſpectantes officia. ita ut prouentum fructuum totaliter deriuantium de ſartagine in domo dicta wolchwardinge ad manum dexteram qua in ipſam domum intratur, debebunt proceſſu temporis percipere, que ſartago quondam ad generaleſ uſus calciamentorum fratrum noſtrorum pertinebat. et quicquid ſuper duaſ plauſtrataſ recolligere poterint fructuum de ſartagine prius prelibata debent conſeruare in reſtaurum plauſtratarum uenditarum ne eorum offitia uel ipſorum ſucceſſorum in poſterum poſſint aggrauari. ut ex bonis eiſdem per eorum prouidentiam collectis, due alie plauſtrate conparentur. hoc prouiſo ut ipſiſ bonis emptis. de conſilio duorum fratrum timorem domini ante oculos habentium, memorata ſartago ad uſus communeſ omni remoto dubietatiſ obſtaculo debeat redire. perpetualiter poſſidenda. et ne de iſto contractu poſſit a quibusdam in poſterum dubitarj. ſeu aliqua queſtioniſ materia indebite exoriri in ipſorum offitiorum preiuditium et grauamen, preſenteſ litteras ſigillorum noſtrorum atteſtatione fecimus roborarj. Actum luneborgh Anno Incarnationis dominice. M. ducenteſimo, ſexageſimo primo. die beati bartholomei Apoſtoli. Preſentibus uiriſ lauda-

bilibus et honeſtis. dominis Conrado priore. Wernero cuſtode. totoque conuentu. Sygebando quondam aduocato. Thidrico wulture. Hermanno ſchocke. Jordano et thidrico de duthen conſulibus. Godehardo. Waſmodo Magiſtro putei. et aliiſ quam pluribus fide dignis.

Länglich rundes Siegel: „† GERARDVS : DEI : GRADIA : ABBAS : IN : LVNEBORCH“, ein ſtehender Abt mit Stab und Bibel.

Urk. 79.

Die Herzöge Albert und Johann von Braunſchweig erlauben dem Abte Gerhard zu Lüneburg, einen Wiſpel Salzgut in der Saline Lüneburg dem dortigen Bürger Heinrich Fortis zu verkaufen, jedoch unter der Bedingung, daß in Jahresfriſt ein gleicher Wiſpel wieder angekauft werde. Lüneburg, 30. November 1261.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Albertus, et Johannes, Dei gratia, duces de Bruneſwic, Notum eſſe volumus vniuerſis, quod de noſtro plene beneplacito, et conſenſu exiſtit, vt dilectus nobis, dominus Gerhardus, Abbas in Luneborg uendat pro neceſſitate ſua, et Eccleſie ſue Chorum vnum ſalis in Salina, Henrico forti ciuj Luneburgenſi perpetualiter poſſidendum. Ita tamen quod ipſe infra preſentem annum chorum Salis alium adeo bonum, ad opus ſui, et Eccleſie ſue debeat comparare. Super quo damuſ preſens noſtrum ſcriptum ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum Luneborg Anno gratie. Milleſimo CC.LXI. in die beatj Andree Apoſtoli.

Großes rundes „† SIGILLVM . ALBERTI . DVCIS . DE . BRVNESWIC“ mit dem ſchreitenden Löwen.

Urk. 80.

Der Rath zu Lüneburg bezeugt dem Convente des Kloſters St. Michaelis zu Lüneburg deſſen Beſitz von Salzgütern im Hauſe Hengeſtebeke. Lüneburg, 21. December 1261.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Uniuerſis tam preſentibus quam futurij preſentes litteraſ inſpecturis. Vniuerſitaſ conſulum ciuitatis luneborgenſis ſalutem in omnium ſaluatore. Quum iuxta ſalomonij uocem generatio preterit et generatio aduenit et uagij dierum decurſionibus cotidiana opera tolluntur ab oculis, ſola negotia ſignata litteris et earum memorie commendata perhenniter ſubſiſtunt, et a ſue ſtabilitatiſ conſtantia non recedunt, nec ſubripiente obliuionij caligine a poſterorum

noticia ſubtrahuntur. Hinc eſt igitur quod preſenti ſcripto tam preſentj etati quam futuri temporis poſteritati ſignificandum duximus eſſe neceſſarium quod conuentus Monaſterij ſancti Michaelis in luneborgh habet in domo que dicitur hengeſtebeke ſartaginem que gungpannen uocatur ad manum dexteram qua in ipſum domum intratur de qua ſartagine deriuantur duo chori ſalis ad quodlibet flumen. et in principio anni uidelicet poſt natale domini recipit memoratus conuentus unum chorum ſalis. et ſi in ultimiſ boningis funduntur quatuor uncee percipit ſimiliter unum chorum. ſin autem pluſ uel minus funditur ſecundum eſtimationem conputationiſ boningi eidem conuentuj deriuantur. et ne de iſtiſ bonis poſſit in poſterum a quibusdam dubitari. ſeu aliqua queſtionis materia indebite exorirj in ipſius conuentus preiuditium et grauamen preſenteſ litteras ſigilli ciuitatis noſtre atteſtatione fecimus roborari. Datum luneborgh Anno incarnationiſ dominice. M.CC.LX. primo. die beati thome apoſtoli. Preſentibus uiriſ laudabilibus et honeſtis dominiſ Jordano. Richberno. Gerardo filio lamberti. Hogero ſtuſen. Hermanno albo. Volcmaro. Bertoldo longo. Bernardo Zabel. Wicberto. Thidrico de dutden. Nicholao paron. Johanne de lubecke eiusdem annj conſulibus.

Urk. 81.

Abt Gerhard, Prior Konrad und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg entheben den Ludwig von Oldershauſen der Eigenbehörigkeit und machen ihn zum Miniſterialen ihrer Kirche, wofür beſagter Ludwig und ſeine Gemahlinn Gertrud dem Kloſter drei Mark und eine Hausſtelle in Bardowiek gegeben haben. 1202.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 23 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Gebhardi von Ausbreitern des Kloſters St. Michaelis S. 16)

Gerardus dei gracia abbas ſancti michaelis in Luneborch. Conradus prior, Totusque ibidem conventus ordinis ſancti benedicti. Omnibus hoc ſcriptum inſpecturis. ſalutem in eo qui mandat ſalutes iacob. Quod in tempore agitur. ne cum tempore labatur. neceſſario literis et teſtibus roboratur. Inde eſt quod uniuerſitati ueſtre duximus ſignificandum. qvod nos ad inſtanciam bonorum uirorum cuidam uiro Lodewico nomine de olderdeſhuſen, talem graciam communi conſilio et pari conſenſu inpendimus. quod ipſum de ſeruili condicione manumiſſum eccleſie noſtre fecimus miniſterialem. omne ius. quo noſtri miniſteriales gaudent eidem plene indulgentes. Super qua gracia ipſi L. et gertrudi uxori ſue et heredibus ſuis ſucceſſiue collata. ipſi dederunt eccleſie noſtre tres. marcas et unam aream in bardewic ſitam. Vt autem hoc factum noſtrum ad poſteros firmum et ſtabile tranſmittatur preſentem paginam conſcribi et ſigillis noſtris decreuimus communirj. Hujus rei teſtes ſunt. iohannes decanus. Eckehardus ſcacko. Bertoldus. Canonici in bardewic. iohannes ſacerdos de handorpe. volkerus de ierſedeborch. et iohannes de rameſle ſacerdotes. Otto magnus eckehardus ſcacko. herbordus. Eckehardus de boyzeneborch. Manegoldus. milites. Wernerus. Syderus. willikinus. Johannes de olderdeſhuſen. et alii quam plures. Datum anno domini. M.CC.LXII.

Urk. 82.

Herzog Albert von Braunſchweig überläßt ſeinen Dienſtmannen Friedrich, Sohn Johann's von Eckem, dem Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg gegen Hermann, Sohn des Ritters Friedrich von Lüdershauſen. Lüneburg, 2. October 1262.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Dej gratia. A. dux de Bruneswic. Omnibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit. Salutem et bone uoluntatis affectum. In hac noſtra littera proteſtamur, quod nos fridericum, miniſterialem noſtrum, filium Johannis de Hechem, dedimus domino .. Abbatj et Eccleſie ſue, ſanctj Michahelis in Luneborg recipientes pro ipſo ex cauſa permutationis, Hermannum, filium fridericj militis de Lvderdeſhuſen, in conſortem miniſterialium noſtrorum, vt ipſe nobis ea conditione teneantur ac iure, quo nobis miniſteriales noſtrj ceteri ſunt aſtrictj. Datum Luneborg anno gratie Milleſimo CC.LXII. VI, Nonas octobris.

Verletztes großes rundes Siegel des Herzogs Albert von Braunſchweig mit dem ſchreitenden Löwen.

Urk. 83.

Abt Gerhard und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg überlaſſen dem Propſte und Convente St. Bartholomäi in Lüne zwei Häuſer in Billm bei Lüneburg (im K. u. A. Lüne) gegen eine Rente von acht Schilling. Lüneburg, 18. October 1262.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten I 192 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Gerhardus dei gratia Abbas totusque Conventus Monaſterii ſancti Michahelis in Luneborch omnibus hoc ſcriptum viſuris in vero ſalutari ſalutem. Licet parem vim habeant depoſitiones teſtium et fides Inſtrumentorum tamen quandoque ubi deficiunt teſtimonia plenam fidem faciunt Inſtrumenta. Hinc eſt quod notum fecimus vniuerſis quod Nos de communi Fratrum conſenſu proprietatem ſuper duas domos in villa Bilne apud Luneborch quas dominus Johannes apud ſanctam Mariam Eleri filius et Ludemannus de Harena a Nobis et eccleſia noſtra in Pheudo tenuerunt delectis in Chriſto Prepoſito et Conventui ſancti Bartholomei in Lune dedimus in perpetuum receptis ab ipſis in reſtaurum octo ſolidis annuatim quos dabit prepoſitus qui pro tempore fuerit nobis et noſtre eccleſie dividundis. Huius rei teſtes ſunt Wernherus de Zwerin Wernherus de Medinghe Otto de Boyceneborch milites Richernus Jordanus Johannes apud Valvam Johannes Eleri filius Burgenſes et alii quam plures ut autem huius rei factum permaneat inconvulſum preſentem Literam noſtris et eccleſie noſtre ſigillis munitum, ipſis dedimus ad cautelam Datum Luneborg anno dimini 1262 in die Luce euangeliſte.

Urk. 83a.

Propſt Werner und der Convent von St. Bartholomäi in Lüne verpflichten ſich, dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg für das Obereigenthum an zwei Häuſern in Billm bei Lüneburg (im K. u. A. Lüne), welche ſie von demſelben erhalten haben, eine Rente von 8 Schillingen zu bezahlen. Lüneburg, 18. October 1262.

(Nach dem Copialbuche M. 3 S. 37 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Wernerus dei gratia prepoſitus. Totusque conuentus monaſterij ſancti Bartholomei in Lune. Omnibus hoc ſcriptum uiſuris in uiro ſalutarj ſalutem. Licet parem uim habent depoſitiones teſtium Et fides inſtrumentorum tamen quandoque vbi deficiunt teſtimonia plenam fidem faciunt inſtrumenta. Hinc eſt quod notum facimus vniuerſis. quod nos recepta proprietate duarum domorum in uilla Bilne apud Luneborg quas dominus iohannes apud ſanctam mariam eleri filius et ludemannus de harena. ab abbate et eccleſia ſancti michaelis in Luneborch in feodo tenuerunt dicto abbati et eccleſie mychaelis in Luneborch in reſtaurum dabimus. uel ſucceſſores noſtri annuatim. viij. ſolidos diuidendos .. Hujus rei teſtes ſunt. Wernerus de zwerin. Wernerus de medinghe. Otto de boyceneborg milites. Richernus. Jordanis. Johannes apud valuam. Johannes Elerj filius. burgenſes et alii quam plures Vt autem

huius rei factum permaneat inconuulſum. preſentem literam noſtris et eccleſie noſtre ſigillis munitam ipſis dedimus ad cautelam . . Datum Luneborg. anno domini. M.CC.LXII. In die Luce ewangeliſte.

Urk. 84.

Die Herzöge Albert und Johann von Braunſchweig erlauben den Inhabern des Hauſes Berndinge in der Saline Lüneburg, unter Veränderung der alten Gewohnheit, daß nur ſo viel Soole zu demſelben gelaſſen wurde, als daſelbſt geſiedet werden konnte, daß auf dem Platze dieſes Hauſes drei Häuſer und in jedem drei Pfannen errichtet und von ihnen unterhalten werden, und die, nach Verhältniß anderer Häuſer ihnen gebührende Soole und zwar zuerſt zugeführt werde. Lüneburg, 11. November 1262.

(Nach dem regiſtrum principum fol. XV in der Königlichen Bibliothek zu Hannover. — Abgedr. bei Jung de jure ſalinar., fyll. doc. p. 77 ſq.)

Dei gratia albertus et Johannes duces de Bruneſwick. Omnibus preſens ſcriptum audituris uel uiſuris in perpetuum. Ne ea que ab hominibus racionabiliter ordinantur ſimul cum tempore euaneſcant neceſſe eſt ut ſcriptorum et fide dignorum teſtimonio roborentur. vnde eſt quod preſens nouerit etas et futura pleniuſ intelligat et cognoſcat quod ex antiquis temporibus talis conſuetudo in ſalina luneborg ſeruabatur ut ad domum Berdinge uulgariter nominatam tantum de aqua ſalſa funderetur quantum decoqui poterat in eadem. Tandem conſuetudo predicta a uiris prudentibus ſcilicet a domino abbate Gerhardo et aliis qui bona habere in domo prehabita noſcebantur. diligentius examinata inuenta eſt vniuerſitati minuſ vtilis extitiſſe. qui ſuis precibus nobis multum inſtantes. et etiam proinde. centum marcas puri argenti dantes apud nos cum iuſta eſſet eorum peticio exauditionis gratiam inuenerunt ita ut de bona noſtra uoluntate. et pleno conſenſu. aſſentientibus etiam illis qui bona habebant in domo ſicut premiſimus ſupradicta conſuetudo prehabita in melius eſt mutata. Videlicet in hunc modum. ut in loco in quo ipſa domus Berdinge erat edificata tres domus conſtruantur. et in qualibet earum tres ſartagines collocentur ſic ut in ſingulis ebdomadis ad ipſas tres domos octo vntie et dimidia fundi debeant. et cum primo poſt natiuitatem domini de ipſo fonte funditur. predicte tref domus ſemper erunt prime. et addetur aqua de uiis provt alijs domibus ſolet generaliter adminiſtrari. finitis uero hijs ſeptem diebus ſequenti die tali modo percipient iterum aquam ſibi deputatam ut pulſatis matutinis in caſtro poſtquam aliqua domus que non habet conſociam receperit aquam ſibi aſſcriptam vna de iſtis tribus ſemper erit prima et poſtea alie due ſequentur aquam ſuam recipiendo. Verum ſi caſualiter quod abſit contigerit iſtas domos incendio deuaſtari domini quorum ipſa bona eſſe dinoſcuntur eaſdem in expenſis ſuis tenebuntur reedificare et in ſtatum priſtinum reformare. Sane ne de huiusmodi facti contractu poſſit ab aliquibus inpoſterum dubitari uel aliqua queſtioniſ materia a nobis uel noſtris ſucceſſoribus contra poſſeſſores predictorum bonorum indebite ſuboriri preſentem paginam inde conſcriptam ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborari fecimuſ ad cautelam. Acta ſunt hec luneborg preſentibus viriſ probis et diſcretis quorum nomina ſubſcribuntur. fratribus noſtris Ottone. et Conrado. domino Gerardo abbate Wernero prepoſito de lune. Johanne prepoſito de Ebbekeſtorpe. Wernero de zverin. wernero de Medinge. hunero et Euerardo de Odeme. Ottone magno. frederico de movle. Ottone de Boyzeneborch. Waſmodo puero. Geuehardo et Tanchmaro aduocatiſ noſtris. Johanne ante valuam. hinrico puero. Bertoldo. Gerberto. Johanne Todoniſ. Johanne de lubeke. Johanne albo. Johanne ome. Johanne cleri. volcmaro. wlueke Hinrico metzing. Conſulibus. Gerardo nipere. Godehardo. Richerno. volcmaro de nouo foro. Hogero. Waſmodo

Magiſtro fontis. et alijs quam pluribus fide dignis. Datum luneborg anno incarnationis domjnice M.CC.LX. ſecundo. Die martinj epiſcopi.

Urk. 85.

Die Herzöge Albert und Johann von Braunſchweig ertheilen den Bürgern zu Lüneburg, welche ihnen eine Beiſteuer aus der Saline daſelbſt bewilligt haben, die immerwährende Befreiung von ſolcher Beihülfe für die Zukunft. Lübeck, 6. Juli 1263.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten I 303 und 193 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Dei gratia Albertus et Johannes Duces de Brunſwic omnibus hoc ſcriptum cernentibus Salutem in Domino Recognoſcimus tenore preſentium quod cum nos grauati multis debitis peteremus dilectos noſtros burgenſes in luneborch et alios bona in ſalina noſtra ibidem habentes vt in ſubſidium ſolutionis debitorum noſtrorum quatuor marcas puri argenti de ſingulis ſartaginibus nobis darent ſine quorum adiutorio a tam graui debitorum onere non poteramus abſolui quia nos dictos burgenſes noſtros qui nobis ſicut a noſtris progenitoribus ſemper beniuoli in neceſſitatibus extiterunt in admiſſione huiusmodi petitionis noſtre voluntarios inuenimus et paratos et unde nobis dictam ſummam ſauorabiliter exſoluerunt. Nos eis deinceps partem volentes talem ipſis eorum exigente beneuolentia· concedimus libertatem quod ſi nobis in poſterum incumbat ſimilis neceſſitas talis peticio ſiue exactio hactenus inaudita contra ipſos nec per nos nec per fratres noſtros attemptabitur ullo modo. Vt autem hec libertas a nobis conceſſa dictis burgenſibus noſtris rata in poſterum et firma permaneat preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum appenſione munitum ipſis dare iuſſimus ad cautelam. Huius rei teſtes ſunt Conradus de Dorſtat Luthardus de Meinerſen Nobiles etc. Datum lubeke Anno Domini M° CC° LXIII° in octaua apoſtolorum petri et pauli.

Urk. 86.

Abt Haldus und das Capitel zu St. Michaelis in Lüneburg überlaſſen dem Hermann von Thune anderthalb Hufen Länderei und den Zehnten über vier Hufen und das Gericht zu Hittbergen (Kirchd. im A. Artlenburg). Lüneburg, 1264.

(Nach dem Copialbuche A 2 3 S. 39 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Samml. ungedr. Urk. St. 3 S. 25.)

Haldus dei gratia abbas. Totumque Capitulum monaſterij ſancti michaelis in Luneborch. Omnibus ad quos preſens deuenerit ſcriptum, ſalutem et preſentis ſcripti perpetuum ualorem. Omnia facta mortalium motum ſequuntur temporalem. et pereuntibus hominibus ipſorum ſimul facta intereunt. vnde neceſſe eſt ut que ſua natura tendunt ad interitum litterarum amminiculo ſulciantur ut ab obliuionis interitu defendantur. Nouerint igitur tam preſentes quam poſteri Quod nos penſatis ſeruiciis ac fidelitate quam nobis et eccleſie noſtre Geuehardus de Thune iugiter exhibuit, ſibi ſuiſque heredibus manſum et dimidium ſitum in hetberge perpetuo conceſſimus. tali appoſita conditione ut noſtro Conuentui annis ſingulis. XV. ſolidos perſoluant monete uſualis. Quodſi Geuehardus uel ſui heredes iam dictos denarios ut prenotatum eſt dare contempſerint agros predicti manſi et dimidii quibuſcumque uoluerimus colonis pro annuali locabimus penſione. Inſuper eidem Geuehardo et ſuis heredibus in eadem uilla decimam quatuor manſorum ſecundum decimarum conſuetudines libere conceſſimus iure feodali poſſidendam. Item iudicium eiſdem cum omni iure contulimus perpetuo iudicandum quamdiu noſtris fuerint hominibus propicii iudices et ſecundum iuris regulam uidentur iudicare. Si uero uicti fuerint quod noſtros oppreſſerint indebito ac intollerabili grauamine colonos. collatum ipſis iudicium contradictione poſtpoſita noſtre ſubicietur poteſtati. Porro

quedam in uilla predicta retinuimus beneficia. videlicet hoſpicia. et hoſpiciorum neceſſaria antiquitus conſtituta. Poſſeſſio ac deſtitutio hominum in bonis noſtris reſidencium ad nos pertinebit. Homines uero qui in areis et agris noſtris reſidenciam fecerint cenſum ad prebendam dominorum ſecundum ritum terre ac uille conſuetudinem miniſtrabunt. Vt autem hec prout diſtincta ſunt ex utraque parte rata et inconuulſa teneantur, ſigillo domini ducis de brunſvic preſentis ſcripti paginam in teſtimonium poſtulauimus roborari. Huius rei teſtes ſunt domini noſtri uiri religioſi. Conradus prior. Wernerus cuſtos. Gerardus quondam abbas. nycolaus infirmarius. Ludolphus de moule. Gerardus prioreke. Heinricus iuuenis. Heinricus de merſche. Johannes de hildenſem. fredericus pater. Hermannus. Et alii domini noſtri. Milites quoque wernerus de medinghe. otto magnus. otto de boyzeneburg. et filius ipſius eckehardus. euerardus et hunerus de odeme. Gerardus de doren. thidericus uultur. Ludolphus de merwede. manegoldus de eſtorpe. Et alii quam plures. Datum et actum luneborg anno domini. M.CC.LXIIII.

Urk. 87.

Vogt Gevehard und der Rath zu Lüneburg beurkunden, daß das Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg die Anſprüche des Bürgers Olbern und ſeiner Erben an Salzgüter durch 11 Mark Silbers beſeitigt hatte, bei wiederholter Beläſtigung deshalb aber dadurch den Verzicht darauf erhalten haben, daß das Kloſter den Sohn Olbern's als Mönch aufnehmen und dem Sohne ſeines Bruders Friedrich 10 Mark Silber zahlen will. Lüneburg, 1264.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 88.)

Vniuerſis has litteras audituris, Geuehardus aduocatus, et Conſules in Luneborch, Salutem, in ſalutis auctore. Facilis eſt hominum memoria, et cito labitur niſi ſcriptis autenticis roboretur. Notum igitur eſſe uolumus omnibus, et tenore preſencium proteſtamur, quod Olbernus noſter burgenſis, et coheredes ipſius, qui monachos ſancti Mychahelis in Luneborch de duabus Sartaginibus in domo Aluerdigge et de duabus in wolderzinge infeſtantes multociens, Prima uero uice ut a tali infeſtatione ceſſarent, XI. Marcas puri argenti receperunt, Secunda vice idem olbernus, et ſui coheredes predictos monachos infeſtauerunt, quoniam ex utraque parte dolentes, ut inter ipſos amicabilis et perſeuerans fieret compoſitio talem ſtatuimus compoſitionem, ut ſi quid iuris haberent in iam dictis Sartaginibus coram nobis renunciarent, tali videlicet conditione, quod ipſi monachi filium olberni recipiant in monachum et in fratrem, et filio Frederici fratris olberni, Decem Marchas conferant argenti, examinati, Ne autem hanc compoſitionem amicabilem, ſiue olbernus, uel heredum ſuorum, uel eciam amicorum ſuorum aliquis deinceps poſſit uel audeat perturbare temeritas, Sigilli noſtre ciuitatis munimine fecimus roborari, Teſtes huius facti ſunt, Gerbertus conſul. Johannes magiſter putei. Jordanis monetarius, Johannes frater hogeri de pomerio. Heinricus puer. Johannes de Lubeke, wulfoldus. volcmarus, Bertoldus longus, Hermannus albus, Nycholaus paron. Wicbertus, Godehardus, Bertoldus inſtitor. Bernardus Zabel. Theodericus de thude. Datum Luneborch, anno domini, Milleſimo Ducenteſimo. LXIIII.

Verletztes rundes Siegel der Stadt Lüneburg.

Urk. 88.

Dechant Johann und das Domcapitel zu Hamburg bezeugen, daß Olbern, Friedrich's Sohn, gegen Empfang einer Geldſumme vom Kloſter St. Michaelis in Lüneburg auf alle Anſprüche an einige Güter verzichtet hat. Hamburg, 30. April (c. 1264).

(Nach dem Copialbuche № 4 S. 103 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Johannes decanus Totumque hamburgenſe Capitulum Omnibus hanc literam viſuris Notum eſſe volumus quod dominus Holdo celerarius ſancti Michaelis in luneborch et Bertoldus canonicus Bardewicenſis nobis ſupplicarunt vt ordinationem factam inter Olbernum filium frederici ex vna parte et Monaſterium ſancti Michaelis in luneborch ex altera parte Super quibuſdam bonis que dictus fredericus poſſederat atteſtatione noſtra vellemus declarare videlicet quod idem Olbernus filius frederici decem marcis puri argenti acceptis et ſui amici bonis predictis et impetitione Monaſterij predicti et cuiuſlibet perſone ratione dictorum bonorum penitus renuntiarunt. Nos vero videntes predictum ordinationem partibus expedire factum predictum ſigilli noſtri appenſione proteſtamur. Teſtes huius rei ſunt Jo. decanus hamemburgenſis S. theſaurarius Detmarus Hildeboldus canonici hamemburgenſes et dominus Johannes de Oſterwic Petrus domine Sophie N. dictus Buchenſchoue Lambertus wulfhagen Johannes de hůtzenvlethe et Johannes de duodorp ciues hamemburgenſes et alij quam plures clerici et laici. Datum hamborg Quarta feria in Septimana qua Cantatur Quaſi modo geniti.

Urk. 89.

Dechant Johann und das Capitel zu Bardowiek beurkunden einen ſchiedsrichterlichen Vergleich zwiſchen ihnen und dem Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg über ſtreitige Güter zu Göddingen (im K. Barscamp A. Bleckede). Lüneburg, 5. Mai 1264.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 71a vom 18. April c. 1255.)

Johanneſ dei gratia decanus Bardwicenſis totumque capitulum eiusdem eccleſie. cunctiſ chriſti fidelibus jn ipſo ſalutem. Cum orta eſſet materia diſſenſioniſ. Inter dominum abbatem et conuentum monaſterii ſancti michahelis jn luneburch. et eccleſiam noſtram. pro quibusdam boniſ jn Godigge ſitiſ. et cauſa aliquanto tempore Inter ipſoſ et noſ per diſcordiam verteretur. per arbitroſ. quibus cauſa utriuſque partis commiſſa fuerat. fideliter eſt diſcuſſa. et amicabiliter terminata. per hoſ ſcilicet dominum wernerum de medigge. dominum ottonem de Boizeneborch. dominum Johannem de moule. et filium eiusdem verdenſem canonicum. qui ita ſunt arbitrati. quod dominuſ abbaſ et ſui confratreſ. pro reſtauratione eorundem. nobis dederunt. VI. marcaſ. argenti. bremenſis. et noſ proinde. eadem bona jn manus domini abbatiſ. de capituli noſtri conſenſu libere reſignauimus. et a poſſeſſione quam in ipſiſ habebamus omnino receſſimus. Igitur ut ratum et uerum huius facti habeatur teſtimonium. preſentem paginam. ſigilli noſtri teſtimonio duximus roborandam. Datum Luneburch. III. Nonas Mai. Anno Dominice jncarnationiſ. M.CC.LX.IIII..

Länglich rundes „SIGILLVM. S..... BAR....", Petrus mit den Schlüſſeln in der Linken, ſitzend.

Urk. 90.

Ritter Huner von Ödeme zu Lüneburg verkauft an Friedrich von Melbeck, unter Vorbehalt einiger Abgaben, ſein Erbeigenthum an der Mühle in Melbeck (im K. Embſen A. Lüne). Lüneburg, 11. Mai 1265.

(Nach dem Copialbuche № 4 in regiſtro inter Melbek. — Vergl. Urk. vom 17. Auguſt 1314.)

Hunerus de odem Miles In Lunenborgh omnibus preſens ſcriptum viſuris Salutem Tenore preſentium recognoſcimus et fatemur quod nos vna cum vxore noſtra et de Conſenſu heredum noſtrorum, Vendidimus hereditatem molendini in melbeke. ffrederico dicto de melbeke et ſuis heredibus pro ſeptem marcis denariorum perpetuo poſſidendam, tali conditione interpoſita ſiue adiecta quod idem ffredericus et ſui heredes nobis et noſtris heridibus annis ſingulis dimidium chorum ſiliginis tribuant et miniſtrent et ſeruitia conſueta et prehabita nobis

et noſtris impendant Verumetiam ſi idem fredericus et ſui heredes eſſent de molendino duobus annis quod nobis neque noſtris heredibus predictus cenſus non miniſtraretur, hereditas memoraty molendinj ad nos cederet et permaneret Ne autem factum ipſum ab aliquo valeat peiorarj vel infringj preſentem litteram munimine ſigillj noſtri duximus roborandam Huius rei teſtes ſunt Otto mangnus Ekkehart ſchakko et frater ſuus Manegoldus de eſtorpe Ekkehardus de greſtorpe Item manegoldus de eſtorpe Hunerus Junior de Odeme hinricus greuingh, Riemarus greuingh Johannes greuingh fredericus de melbeke molendinarius Luderus de Emmeſſen et alij quamplures milites et feruj. Datum Luneborg anno domini M° CC° LXV° ſecunda feria ante aſcenſionem domini.

Urk. 91.

Abt und Convent zu St. Michaelis in Lüneburg vergleichen ſich mit Heinrich von Wittlohe und deſſen Bruders Harwich Erben in Betreff des Dorfs Cesemove, genannt Michaelsberg, welches Fürſt Borwin von Meklenburg im Jahre 1219 dem Kloſter geſchenkt und dieſes den Gebrüdern Jordan und Heinrich von Bodenſtedt und den Gebrüdern Harwich und Heinrich von Wittlohe am 2. April 1256 zu Lehen ertheilt hat, nach dem Tode der Gebrüder von Bodenſtedt in der Weiſe, daß ſie die Kirche und Hälfte der Güter im ganzen Dorfe einziehen und die andere Hälfte den beſagten von Wittlohe zu Lehn ertheilen. 15. Juni 1265.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. 36 und 72 de 1219 und vom 2. April 1256. — Abgedruckt bei Wedekind Noten III 309. — Den Abdruck des Textes ſ. in Urkunde 36.)

Urk. 92.

Die Herzöge Albert und Johann von Braunſchweig ſchenken dem Stifte Bardowiek das Patronatrecht über die Kirche St. Cyriaci in Lüneburg, und befreien ſie vom Schoß und Zoll. Lüneburg, 11. Juni 1266.

(Nach einer von Wedekind aus dem Originale entnommenen Abſchrift im Diplomatorium. — Abgedruckt bei Schlöpken Chronik von Bardowiek S. 234. — Vergl. Urk. 111 de 1281.)

Dei gratia Albertus et Johannes fratres duces de Bruneswich, omnibus in perpetuum. Inter opera karitatis illis maxime ſumus obnoxii, a quibus noſcimur beneficium recepiſſe. Ad noticiam igitur omnium fidelium cupimus peruenire, quod nos dilectis in Chriſto, decano et capitulo Bardewicenſi, jus patronatus eccleſie ſancti Ciriaci in Luneburch, nobis uacantis, donauimus eterne felicitatis ac ipſorum meritorum obtentu, ut de prouentibus eiusdem eccleſie ſuis ſatisfaciant neceſſitatibus, ita tamen, ut dicta eccleſia obſequio debito non fraudetur et dum ipſos ſuperioris auctoritate ad dictam eccleſiam transferri contigerit, areas, in quibus habitent, tot eis dabimus, quot eorum uſibus uidebimus expedire. Volumus etiam, ut ex ipſa translatione a uigiliis, quas ciues Luneburgenſes obſeruant, ab exactione que Scot wlgariter appellatur et thelonio, ſint exempti. Inſtituendi etiam ibidem doctorem puerorum et de ſcolis ordinandi et diſponendi liberam concedimus facultatem ac aliis omnibus gaudeant libertatibus, que cappellanis noſtris noſtrarum conuentualium eccleſiarum canonicis ſunt indulte. Ut autem hec noſtra donatio firma maneat et ſtabilis, preſentem paginam ſigillis noſtris fecimus communiri. Acta ſunt hec in Luneburch, anno domini M.CC.LXVI°. III. idus Junii. Preſentibus: Henrico prepoſito ſancti Blaſii in Bruneswich. Domino Luthardo fratre juniore de Meinerſem, et Domino Conrado de Dorſtat, uiris nobilibus. Ottone Magno. Gheuehardo de Bortuelde. Wernero de Medinghe et Hunero de Hodeme. Boldewino de Wenedhen, militibus miniſterialibus noſtris et aliis quam pluribus probis uiris.

Urk. 93.

Die Herzöge Albert und Johann von Braunſchweig einigen ſich, durch Vermittelung des Markgrafen Otto von Brandenburg, über eine Theilung ihrer Herrſchaft und ihrer Güter. Das Kloſter in Lüneburg bleibt bei der Herrſchaft Lüneburg. Braunſchweig, 31. März 1267.

(Nach der Abſchrift in einem regiſtrum im Archive der Stadt Hannover. — Abgedr. in den orig. Guelf. IV praef. p. 13—18, bei Riedel codex diplom. Brandenb. II, I 92 ſq., Sudendorf Urkundenbuch zur Geſch. der Herz. von Braunſchw. und Lüneb. I 42.)

Hec eſt forma. qualiter mediante Illuſtri Principe Marchione Ottone in brandemburg ſuper ſeparacione et diuiſione Illuſtrium Principum Alberti et Johannis Ducum in Brunſw.˜, Preſentibus vtriuſque Conſiliarijs exſtitit placitatum. Quinta feria ante. dominicam Judica miſerunt ſortem cum Teſſeribus dicti Duces. quis ex eis bona ipſorum et dominium eque diuideret. et alter eligeret partem que ſibi magis placita videretur. Cecidit itaque ſors ſuper Ducem Albertum. vt diuidere debeat. qui tam dominium quam homines. tam diſtincte et remote in diuiſione ab inuicem ſeparabat. quod nullus preſſuram ab altero patiatur. Brunſw.˜ erit Dominium ſpeciale, et luneb.˜ aliud per ſe. et ad vnum iſtorum Tzellis. et ad aliud dominium Ghiſhorne. et hoc ſtabit in arbitrio diuidentis. Sancti Petri in Luttere et ſancti Egidij in Brunſw.˜ abbatie porrigi debent ab illo. qui brunſw.˜ optinet, Abbatias vero in luneb.˜ et in Northem. et prepoſituram in Alſborch conferre debet ille qui luneb.˜ optinebit. Ceteras prepoſituras et prebendas ambo domini duces porrigere debent alternatim. Ita vt Dominus Dux Johannes. prepoſituram uel prebendam primo vacantem porrigat. et dux Albertus ſtatim vice altera. vacans beneficium aliud pro tempore porriget ſiue prepoſitura fuerit uel prebenda. Beneficia autem Eccleſiarum quilibet in ſuo dominio conferat cui placet. Similiter prepoſituras Sanctimonialium que ab eis conferri debent. quiuis in ſuo dominio perſone ydonee conferat. ſecundum quod ei dominus inſpirabit. Inſulam que dicitur Ghyſſenwerder et omnem actionem quam habent ad Huxariam et Hamelen Ciuitates retinebunt pariter indiuiſam. Similiter et bona eorum in Dacia et omnem actionem que ipſos de Dacia contingere poteſt habebunt eciam indiuiſam. Et liberos inſuper ipſorum homines non diuident. et Miniſteriales ſuos vbincunque. extra dominium ſunt manentes tenebunt. eciam indiuiſos. Vrbem Brunſw.˜ tenebunt ambo. et de ea debent principes nominari. Sane Dux Albertus habebit tempus diuidendi. vſque in quartam feriam poſt feſtum beate Walburgis proximo nunc venturum. vt ipſo die in placitis ad altam arborem ſeruandis diuiſio declaretur. et ſi placitum illud non fieret dicto die, in Ciuitate Brunſw.˜ debet diuiſio declarari. Diuiſione vero declarata. dominus dux Johannes vſque in aſſcenſionem domini proximam habebit tempus liberum diuidendi. vt eodem die uel ante. quam partem elegerit declarabit. Preterea vniuerſa debita que tenentur ſoluere, ſiue promiſſa. ſiue ſine promiſſo vel pro quibus ipſorum homines promiſerunt debent perſoluere equaliter quilibet partem ſuam. Vt hec autem omnia plenarie obſeruentur vterque ducum premiſſorum in Manus Marchionis Ottonis, awnculi ipſorum promiſerunt adimplere manualiter fide data. et ſcripto preſenti, cum ſigillis eorum communito. manifeſtiſſime proteſtantur. Datum Brunſw.˜ anno domini, Milleſimo Ducenteſimo. Sexageſimo ſeptimo quinta feria ante Judica.

Urk. 93a.

Papſt Clemens IV. trägt dem Abte des Kloſters zu Lüneburg auf, dem Bremer Domherrn Johann, Sohne des Grafen Gerhard von Holſtein, eine Präbende in deſſen Kirche zu ertheilen. Viterbi, 4. September 1268.

(Abgedr. bei Lappenberg Hamb. Urkundenb. I S. 607 Urk. 733.)

Clemens epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio . . . abbati monaſterii Luneburgenſis, Verdenſis dioceſeos, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilectus filius Johannes, canonicus eccleſie Bremenſis, natus dilecti filii, nobilis viri, Gerardi, comitis Holſatie, petitione monſtrauit, quod licet ipſe auctoritate litterarum dilecti filii noſtri G. tituli ſancti Laurencii in Lucina preſbiteri cardinalis, tunc in illis partibus apoſtolice ſedis legati, canonice in eadem eccleſia ſit receptus in canonicum et in fratrem, nondum tamen eſt in ea prebendam aliquam affecutus. Quare nobis humiliter ſupplicauit, vt providere ſibi ſuper hoc, ne diu inane canonici nomen gerat, paterna ſollicitudine curaremus. Nos igitur, inclinati eiusdem canonici ſupplicationibus, receptionem huiusmodi, ſicut prouide facta eſt, ratam habentes et gratam ipſamque auctoritate apoſtolica confirmantes, discretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi eſt ita, iam dicto canonico de prebenda ſic ſibi, quod nulli alii de iure debita, ſi qua in prefata eccleſia uacat ad preſens uel quam cito ad id ſe facultas obtulerit, auctoritate noſtra per te uel per alium prouidere procures, inducens eum in corporalem ipſius prebende poſſeſſionem et defendens inductum, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Viterbii, II nonas Septembris, pontificatus noſtri anno quarto. Jacobus Alexii.

Urk. 94.

Ritter Werner von Meding zu Lüneburg verkauft dem Kloſter Lüne die Vogtei über eine dem Kloſter gehörende Hufe zu Volkſtorf (im K. Reinſtorf A. Lüne). 1269.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten I 193 in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Wernerus de Mediggo Miles in Luneborch omnibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in domino Jheſu Chriſto Quoniam ab humana citius elabuntur memoria que geruntur in tempore ne per oblivionem excidant Scripturarum ſolent teſtimonio perhennari Noverint itaque homines moderni temporis et futuri quod quidem erat manſus ſitus in bonis Volquardeſtorp quem hactenus poſſedit eccleſia in Lune cuius ego tenui advocatiam hanc apud me redemerunt pro quinque marcis examinati argenti et dimidia et in preſentia proborum Hominum cum conſenſu filiorum meorum ipſum eis libere aſſignavi ut ſimul et Advocatiam et totius proventus emolumentum in reliqvum predicta eccleſia conſequatur Ne autem impoſterum de hac emptione aliqua poſſit dubietas ſuboriri appenſione ſigilli mei preſentem feci paginam communiri. Huius rei teſtes ſunt Euerhardus Plebanus de S. Cyriaco Dominus Eckehardus Scacke de Boyceneborch Dominus Hunerus Dominus Manegoldus Struve Dominus Heynricus de Bercum Heynricus Greving Johannes Grevincg Albertus de Reyneſtorpe Fritherico de moule Georgius de Etzenthorp Ludolfus de Reyneſtorp Olricus de Dalenborch et alii quam plures acta ſunt hec Anno Domini. incarn. 1269.

Urk. 95.

Herzog Johann von Braunſchweig und Lüneburg thut kund, daß die Berechtigten in der alten Saline das Haus „Bora" in der Saline von ihm käuflich erſtanden haben. Bergen, 25. Februar 1269.

(Nach dem Abdrucke bei Jung de jure ſalinarum p. 81, Staphorſt I, IV 863, Pfeffinger ad Vitriar. III 145.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Johannes miſeratione diuina Dux de Bruneſwich Univerſis noſtre clementie paginam inſpecturis ſiue audituris in omnium ſaluatore ſalutem. Mortalium actuum labilis dinoſcitur eſſe memoria niſi fuerit alicuius firmamenti robore ſtabilita, vt autem actus fidelium ſtabiles atque incommutabiles perſeuerent, neceſſarium eſt ipſos litterarum teſtimonio roborari. Igitur ad vniverſorum tam futurorum quam preſentium noticiam

volumus peruenire, conciues noſtros Luneborgenſes communitatemque clericorum nec non laycorum in veteri ſalina apud beatum Lambertum bona poſſidentium domum in qua funduntur ſartagines, que Bora wlgari nomine nuncupatur, cum area et domo atque edificiis, que iuxta Boram prenominatam edificata noſcuntur, pertinentque ad ipſam cum ſuis redditibus et omnibus attinentiis a nobis cum omni jure nos et heredes noſtros ſiue ſucceſſores contingente, ita uidelicet, quod nichil juris poteſtatis ſiue violentie in ea vlterius obtinebimus, nec aliquis ex parte noſtra violentiam facere preſumet, emptionis titulo comparaſſe, vt de veteris ſaline ſartaginibus fundendis ſiue reſtaurandis liberam habeant facultatem. Pro quo emptionis contractu quorundam nobis familiarium voluntatibus inclinati, et predictorum virorum communi utilitate conſiderata, ab eisdem quinquaginta marchas argenti examinati dinoſcimus recepiſſe. Ne autem hanc noſtre ſerenitatis paginam aliquis heredum noſtrorum aut ſucceſſorum dilapſu temporis moleſtare preſumat, ſcriptum preſens noſtri ſigilli appenſione decreuimus confirmandum. Hujus rei teſtes ſunt milites Gheuehardus de Bortuelde, Johannes de ſaldere, Tidericus de Walmede, wernerus de Medinge, Hunerus de Odeme, Otto magnus, Hildemarus de Oberghe, Eggehardus Scacke, Ludolfus de Eſtorpe, Eggehardus de Boyzeneborg, Manegoldus de Eſtorpe, Burgenſes Gherbertus, Johannes todonis filius, Wasmodus, Hermannus albus, Hoyerus de pomerio, Heinricus puer, Johannes de Lubeke, et alii quam plures honeſti. Acta ſunt hec in Berghe Anno dominice incarnationis M CC LX nono, proxima die poſt feſtum beati Mathie Apoſtoli.

Urk. 96.

Ritter Jerrik von Berskamp und Heinrich von Wittlohe verkaufen an F. von Hagen und Johann Rodevos die Hälfte des Dorfes Michaelsberg [1]), jedoch ohne das Patronatrecht über die Kirche daſelbſt. Hitzacker. (Ohne Jahr) [2]).

(Nach dem Copialbuche M 3 S. 100 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Webekind Noten III 314. — Vergl. Urk. 91 vom 15. Juni 1265.)

Omnibus hoc ſcriptum uiſuris. Jerricus. miles. dictus de Berſcampe. et Hinricus de Wittenloge. in chriſto ſalutem. Nouerint uniuerſi. quod nos medietatem. uille montis. ſancti michaelis. abſque iure patronatus eccleſie. ſuisque attinenciis. videlicet. quatuor manſis. dominis. F. de hagene et Johanni Rodevos uendidimus hoc preſentibus proteſtamur. Et quia ſigillum autenticum non habuimus ſigillo ciuitatis hiddeſakere uſi ſumus. Datum hiddesakere.

[1]) S. Note 1 zu Urk. 36.

[2]) Vergl. Urk. 98 vom 23. März 1271.

Urk. 97.

Die Ritter Werner von Meding, Lippold von Doren und Otto Grote, Burgmannen in Lüneburg, bezeugen, daß Abt Haldo zu St. Michaelis in Lüneburg bei Belehnung des F. von Hagen mit der Hälfte des Dorfes Michaelsberg, das Patronatrecht über die dortige Kirche ſich vorbehalten hat. Lüneburg. (Ohne Jahr) [1]).

(Nach dem Copialbuche M 3 S. 61 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 96.)

Omnibus preſens ſcriptum uiſuris. milites. Wernerus de medinghe. Lippoldus de doren. Otto magnus in Luneborch caſtellani in iheſu chriſto ſalutem. Notum eſſe cupimus uniuerſis. Quod cum dominus noſter. H. abbas ſancti michaelis in Luneborch, pluribus uiris

[1]) Vergl. die Urk. 96 und 98.

honeſtis aſtantibus, domino. F. de hagene. ſuoque ſocio medietatem uille montis ſancti michaelis a fratribus hartwico et hinrico comparatam. iure porrigeret pheodali. manifeſte excepit eccleſie patronatum. ſicut in priuilegio dato prenominatis fratribus continetur. hoc preſentibus proteſtamur. Et iure quo oportet ſi neceſſe fuerit uolumus confirmare. Datum Luneburg.

Urk. 98.

Nikolaus von Werle thut kund, daß Abt Haldo zu St. Michaelis in Lüneburg der Wittwe Jordan's von Bodenſtedt die Hälfte des Dorfes Michaelsberg [1]) auf Lebenszeit überlaſſen hat. Plau, 23. März 1271.

(Nach dem Copialbuche M 3 S. 121 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt in Wedekind Noten III 313.)

Nycolaus dei gratia dominus de werle. Omnibus preſens ſcriptum uiſuris. ſalutem in domino ihesu chriſto. Nouerint uniuerſi. quod dominus abbas. h. eccleſie Luneburg in preſencia noſtra et multorum honeſtorum in Plawe. dimiſit domine chriſtine. derelicte domini Jordani de bodenſtede dimidietatem uille montis ſancti michaelis. diebus uite ſue. pacifice poſſidendam. ita quod ad eccleſiam ſuam. poſt mortem predicte domine. bona iam dicta. redeant omni contradictione poſtpoſita. et remota. Et hoc preſentibus litteris proteſtamur. Anno domini M.CC.LXXI. Datum in Plawe. X. kalend. Aprilis.

[1]) S. Note 1 zu Urk. 36.

Urk. 99.

Herzog Johann von Braunſchweig überläßt der Kirche St. Michaelis zu Lüneburg ſeinen Dienſtmann Segeband, Sohn des Ritters Hermann von Everingen. Lüneburg, 27. Mai 1272.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos dej gratia Johannes dux de Brunefwich, Recognoſcimus, et tenore preſentium vniuerſis uolumus notum eſſe. quod Segebandum filium Hermannj militis dictj do Eueringe, Miniſterialem noſtrum Eccleſie beatj Michahelis in Luneburch accedente proprio conſenſu et parentum ſuorum, liberaliter aſſignamus, ita ut idem segebandus Eccleſie memorate Juro miniſterialium ſicut nobis hucuſque extitit ſit aſtrictus. In cuius Rej teſtimonium, preſens ſcriptum apponendum duximus ad cautelam. Datum Luneburch Anno Incarnationis Dominice. M.CC.LXXII. feria Sexta ante Aſcenſionem Domini.

Siegel abgefallen.

Urk. 100.

Ritter Lippold von Doren zu Lüneburg ſchenkt dem Kloſter St. Michaelis daſelbſt zum Seelenheile ſeines Vaters Gerhard eine Hufe zu „Geddeſen." 1273.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Lippoldus miles in luneborch dictus de Doren Omnibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit jn omnium ſaluatore ſalutem. Quoniam ea que geruntur in tempore ne ſimul labantur cum tempore more aque defluentis dignum eſt ea litterarum teſtimonio commendari. Notum igitur eſſe cupio tam futuri quam preſentis temporis chriſti fidelibus preſentem litteram inſpecturis quod ego lippoldus miles in luneborch dictus de Doren ex conſenſu omnium heredum meorum pro remedio anime patris mei Domini Gherardi de doren vnum Manſum in Geddeſen cum omni iure clauſtro ſancti michahelis in luneborch jbique deo famulantibus

donaui perpetuo poſſidendum, et in recompenſatione iſtius donationis predictorum videlicet bonorum Domini memorati eiuſdem cenobij dederunt michi tres Marcas denariorum, Et ne ab aliquo poſterorum meorum ſiue heredum uel aliorum hec donatio poſſit violari preſentem paginam munimine ſigilli mei dignum duxi roborandum, Huius facti teſtes ſunt clerici Dominus johannes de Mvl prepoſitus in Modeſtorpe, Dominus Theghenhardus prepoſitus in winhuſen et plebanus ſancti Cyriaci in luneburg, Dominus hardewicus plebanus in Dalenborch. Milites uero, Dominus wernerus de Medinge marſcalcus in luneburg, Dominus Otto magnus, Dominus Eckehardus de boyzeneborch et alij quam plures, Hec acta ſunt anno jncarnationis Domini M CC LXXIII,

Siegel abgefallen.

Urk. 100 a.

Herzog Johann von Braunſchweig beſtimmt, daß die Vögte und Burgmannen zu Lüneburg, Thune, Harburg, Lichtenberg und Hannover geloben ſollen, nach ſeinem und ſeiner Kinder Tode die Schlöſſer keinem zu überliefern, ſofern nicht zuvor die Siegel ſeiner Brüder Otto, Konrad und Albrecht an die Urkunde gehefte̅t ſind, durch welche er die neue Saline zu Lüneburg den in der alten Saline Begüterten verkauft hat. 1273.

(Nach dem regiſtrum principum in der Königlichen Bibliothek zu Hannover. — Abgedruckt bei Sudendorf Urkundenb. I 49 Urk. 77: Jung de jure ſalinar., ſyll. doc. p. 83.)

Dei gratia Nos Johannes dux de Brunſwic. Tenore preſentium recognoſcimus proteſtando. quod cum nouam ſalinam noſtram quam habuimus in Ciuitate Luneborg Abbatibus, prepoſitis, Canonicis. Militibus burgenſibus et vniuerſis redditus in antiqua ſalina Luneborg habentibus venderemus taliter extitit placitatum quod litera. ſuper huiuſmodi conuentione. confecta Sigillis domini Ottonis hildenſemenſis Eccleſie, et domini Conradi verdenſis Eccleſie poſtulati, domini Alberti. Illuſtris ducis de Brunſwic noſtrorum fratrum et nobilis viri domini Eghardi Comitis holzacie et noſtro deberet communiri ne vmquam a nobis uel noſtris heredibus. ſiue ſucceſſoribus contractus tam rationabilis infringatur, et quia dictorum fratrum noſtrorum Sigilla habere non potuimus iſta vice decreuimus ut aduocati et Caſtellani noſtri de Luneborg de Thũne, de horborch de lichtenberghe et de honouere vniuerſi promittant fide data quod cum nos et heredes noſtros carnis debitum contingeret exſoluere, prefata Caſtra non preſentabunt alicui quin predictorum fratrum noſtrorum Sigilla ad literam. quam eis ſuper venditione ſaline noue dedimus ſint annexa Ceterum ſi in premiſſis caſtris aduocatum aliquem mutaremus uel Caſtellanum a nobis contingeret recedere ſiue mori alius qui ſuccedit promittere debet ſicut predictum eſt Cum vero Sigilla eorum habere poterimus extunc a promiſſo iſto facto ſiue faciendo eximus abſoluti. Datum Anno domini M.CC.LXXIII.

Urk. 101.

Herzog Johann von Braunſchweig verkauft gegen eine vorbehaltene Vergütung die von ihm angelegte neue Saline in der zu ſeinem Erbe gehörigen Stadt Lüneburg den in der alten Saline Berechtigten zum Abbruche und verpflichtet ſich, fortan keine neue Saline wieder anzulegen. 15. Juni 1273.

(Nach dem Copialbuche M. 6 S. 26 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Jung de jure ſalin., ſyll. doc. p. 83 ſqq.; Pfeffinger Hiſt. II 124: Schlöpken Chron. von Bard. S. 237: Staphorſt I, IV 864: de Westph. III 1515.)

Johannes dei gratia dux de Bruneſwic. omnibus chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis cum gratia Jeſu chriſti ſalutem in domino ſempiternam Quoniam omnium habere memoriam et in nullo peccare diuinum eſt pocius quam humanum, Neceſſe eſt contractus

bone fidej ſecundum varietatem temporum celebratos ſcripture teſtimonijs commendari. Ad notitiam igitur tam preſentis quam future etatis hominum cupimus ſore notum. quod cum nos infra ciuitatem ſiue opidum Luneborg. quod ad nos pertinet Jure hereditario. puteum ſalis fodi feciſſemus. ſiue nouam ſalinam. expenſis et laboribus plurimis inueniſſemus. et ſal ad ampliandos noſtros redditus coqui faceremus. De amelyngesborne de Doberan. de Reyneuelde. Abbates ordinis Ciſterſienſis et eorum monaſteria, et quidam alij Abbates et eorum Monaſteria ordinis Sancti Benedictj. et plures prepoſiti ſiue prouiſores Monaſteriorum Monialium. Tam Ciſtercienſis quam ordinis ſancti Benedictj. nec non tam Lubecenſis. quam Bardewicenſis. et Rameſloenſis Eccleſiarum. Decani et Canonicj. et plures milites et burgenſes. tam de predicta Ciuitate Luneborg. quam de alijs locis qui hereditatem et redditus in antiqua ſalina habuerunt. Timentes quod eorum redditus in antiqua ſalina diminuj poſſent. hoc modo nobis humiliter ſupplicauerunt. Vt ipſis ſpecialem gratiam facientes nouam ſalinam eiſ venderemus. Nos autem vt orationum et aliarum ſpiritualium actionum que cottidie fiunt a religioſis ſupra nominatis et in eorum monaſterijs participeſ eſſe mereamur. et dominus in eterna vita nobis propicietur. et milites et burgenſes predictos nobis fauoris et dilectionis. fortioribus vinculis aſtringamus. proborum et diſcretorum conſilio mediante. Nouam ſalinam ſuperius memoratam. Abbatibus prepoſitis. et alijs. Redditus in antiqua ſalina habentibus vendidimus. Ita quod eadem noua ſalina penitus deſtruatur et vlterius non debeat permanere. Attamen areas adiacentes ſub taxatione illorum quos ex vtraque parte ad hoc deputauimus nobis perſoluerunt. et neque nos neque heredes noſtri neque ſucceſſores noſtri vmquam alio tempore in eodem loco. vbi noua ſalina fuit inuenta nec in alio loco infra ciuitatem Luneborg vel eciam extra in dominio Luneborg. fodi vel exſtrui. alium puteum ſalis ſiue ſalinam aliam faciemus. In reſtaurum autem dampni. quod ex predicta conuencione poſſemus. allegare. Abbates. prepoſiti. Canonici. Milites Burgenſes. et vniuerſi qui habent redditus in antiqua ſalina de quinquaginta domibus in ipſa conſtitutis Centum et Quinquaginta choros ſalis in quolibet flumine. dabunt, ita uidelicet, quod de ipſis quinquaginta domibus tres chori ſalis de unaquaque domo ut predictum eſt in quolibet flumine nobis cedant. In eligendo autem magiſtro putej et dominijs et Boningis. et neque nos neque heredes noſtri contendimus vel volumus aliquod ius habere et nullam nobis adicimus poteſtantem Pro gratia autem et fauore. Abbates et alij ſuperius nominati et etiam pro theloneo in noua ſalina quod ibi de ſale accipere conſueuimus penitus remouendo. Mille octingentas marcas. examinati argenti. nobis exſoluerunt Si autem nos quod abſit ſiue heredes noſtri pro tempore veniremus contra predictam ordinacionem uel violauerimus aliquam etiam ſui partem ſuſtinebimus patienter quod abbates prepoſiti ſupra nominati et alij prelati et ſacerdotes in ciuitate ipſa Luneburg vel etiam extra ciuitatem in dominio Luneborg conſtituti ipſo facto ſtatim a diuinis ceſſabunt et precique a ſepultura mortuorum et omnibus alijs Eccleſie ſacramentis. Exceptis penitentijs morientium et baptiſmate paruulorum. Ad haec adjectum eſt. quod ſi nos uel aliquis heredum noſtrorum. ipſam ordinacionem totam uel partem. violauerimus Eo ipſo facto excommunicacionis ſumus ſententia innodati. Si autem aliqui ſacerdotes et prelati. pro noſtro fauore uel timore. nollent ſecundum quod ſupradictum eſt abſtinere a ſacramentis. Bremenſis archiepiſcopus qui a papa dabitur executor de plano compellet eos ad id per eccleſiaſticam cenſuram qui etiam iniurias et grauamina ſi forte nobis in prefatis redditibus euenerint auctoritate domini pape per cenſuram Eccleſiaſticam ſimiliter exſequetur. Nos Otto Eccleſie hildenſemenſis poſtulatus et Confirmatus tutor Conradus Verdenſis poſtulatus et tutor. Albertus dux de Bruneſwic. fratres ipſius ducis. Jo. Gherardus Comes holſatie. quia predictam ordinacionem a nobis et heredibus noſtris firmiter volumus obſeruari. Preſens ſcriptum exinde confectum placuit ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Datum anno dominj M CC LXXIII.

In die Beati viti. Teſtes autem hij, Gher. decanus verdenſis Hinricus prepoſitus de Lune. Bernardus. prepoſitus de Buxſtehude. Lippoldus Canonicus ſancti Blaſij in Bruneſwic. Adam Monachus in Reyneuelde, Milites, dominus hinricus comes de woldenberge. Geuerhardus ſenior de bortuelde. Geuerhardus filius ſuus. Geuerhardus filius domini ludolfi. fratres de ueneden. Boldwinus et Hinricus. Olricus de lune. Bernardus ſprengerus. Eghardus ſcacko. Burgenſes. Johannes de berge. Wasmodus Albertus holle. Johannes de lubeke et quam plures alij fide digni.

Urk. 102.

Die Gebrüder Werner und Arnold von Thondorf empfangen vom Abte Haldo zu Lüneburg gegen einen vogteifreien Hof zu Hohnſtorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen) eine Rente von 3 Wichhimten Weizen und 4 Schillingen aus Thondorf (im K. Himbergen A. Medingen). Lüneburg, 11. November 1273.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

W. et Ar. fratres dicti de Thodendhorpe. Omnibus has litteras inſpecturis ſalutem in domino. Sciant igitur preſentes et futurorum poſteritas recognoſcat, quod nos cum domino noſtro. Haltone abbate in Luneborch quandam permutationem bonorum fecimus. videlicet quod pro tribus wichhemten ſiliginis et quatuor ſolidis, quas idem abbas habuit thodendhorpe. et eiſdem in feodo contulit, quandam domum ſitam honeſtorpe dedimus, quam a Genero noſtro Johanne dicto Bintreme emimus, qui ſibi eandem libere reſignauit, et dictam domum cum omnibus attinenciis dicto Abbatj ac ab aduocacia liberam, dimiſimus et exemptam. Vt igitur hec noſtra permutatio non a quoquam noſtro ſucceſſore vel ab aliquo inpetatur, preſentem paginam inde confectam Sigillo domini Marſcalci ducis et noſtro duximus roborandam. Datum Luneborch. Anno domini. M.CC.LXXIII. In die Martinj.

Siegel an erſter Stelle abgefallen.

Urk. 103.

Herzog Johann von Braunſchweig befreit die Güter des Abts Haldo zu St. Michaelis in Lüneburg im Dorfe Boytelendorpe (oder Grünhagen [1]) im K. Bienenbüttel Kloſteramts St. Michaelis) von allen Vogteilaſten. Lüneburg, 25. December 1273.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 212 vom 16. Juni 1310.)

---

[1]) S. Urk. vom 25. Juli 1324.

Nos dej gratia Johannes Dux de Brunefwich, recognoſcimus et tenore preſentium uniuerſis tam preſentibus quam futuris cupimus eſſe notum, quod exigente pie deuotionif affectu quem Dominum haltonem Abbatem beatj Michahelis in Luneburch, circa nos habere didicimus atque noſtros, Bona ſua que in uilla Boytelendorpe habere dinoſcitur ab omnj Aduocatia ſiue incommodo alio qualicumque preſentibus ſibj libera duximus concedenda. ſuper quo in teſtimonium preſenſ ſcriptum eidem et Eccleſie ſue apponendum duximus et cautelam. Datum Luneburch Anno Dominj. M̊.C̊C̊.LX̊X̊. Tertio. In die Natalis Dominj.

Siegelplatte abgefallen.

Urk. 104.

Papſt Gregor X. beſtätigt allen Aebten und Conventen des Ciſterzienſerordens alle ihnen durch Päpſte verliehenen Freiheiten und Immunitäten, und jegliche ihnen durch Könige und Fürſten oder andere Chriſten bewilligte Freiheit und Exemtion von weltlichen Abgaben. Lyon, 11. Mai 1274.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 1. October 1247 und 4. September 1308.)

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs . . Abbati Ciſtercij eiuſque coabbatibus et Conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij ueſtris iuſtis ſupplicationibus inclinati omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus per priuilegia ſeu alias indulgentias uobis et ordini ueſtro conceſſas, nec non libertates et exemptiones ſecularium exactionum, a Regibus et principibus et alijs chriſti fidelibus rationabiliter uobis indultas ſicut eas iuſte ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem ordini auctoritate apoſtolica confirmamus. et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugdun. V Idus Maij Pontificatus noſtri anno Tertio.;

Plumbum: „GREGORIVS . PP. X^us“ an gelben und rothen ſeidenen Fäden.

Urk. 105.

Papſt Gregor X. ertheilt allen Aebten und Conventen des Ciſterzienſerordens die Bewilligung, daß die Sammler des Zehnten aller geiſtlichen Einkünfte, welche er auf dem Concile zu Lyon auf 6 Jahre lang dem gelobten Lande zugeſprochen hat, von den Einkünften des Ordens ſo lange Nichts einfordern, bis er beſtimmt haben wird, wie viel ſie bezahlen ſollen. Lyon, 20. Auguſt 1274.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 4. September 1308.)

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs. Abbati Ciſtercij eiuſque Coabbatibus et Conuentibus Vniuerſis Ciſtercienſis ordinis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Meritis ueſtre ſacre religionis inducimur ut ſauoris benigni gratia uos iugiter proſequamur. Sane nuper in Concilio Lugdunenſi duximus ſtatuendum ut decima omnium prouentuum eccleſiaſticorum per Sex Annos pro terre ſancte ſubſidio perſoluatur. Verum quia ordinare ſeu taxare intendimus quantum de ueſtris prouentibus ſoluere debeatis Nos ueſtris ſupplicationibus inclinati auctoritate uobis preſentium indulgemus ut de prouentibus ueſtris nichil occaſione huiusmodi decime ſoluere teneamini quouſque quantum per uos ſolui debeat duxerimus ordinandum. Diſtrictius inhibentes ut Collectores ipſius decime de prouentibus

ueſtris nichil a uobis occaſione huiusmodi exigere uel extorquere preſumant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis et inhibitionis infringere. uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dej et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni XIII. kal. Septembris. Pontificatus noſtri Anno Tertio.;

Blumbum: „GREGORIVS PP. X^us.“ an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 106.

Ritter Manegold von Eſtorf und ſein Bruder Alard verkaufen dem Kloſter Lüne zwei Häuſer nebſt einer Hausſtelle in Sülbeck (im K. Wendhauſen A. Lüne). — Unter den Zeugen „Dominus Luderus de Monte Sancti Mychaelis.“ Lüneburg, 1. October 1274.

(Nach einer Abſchrift in dem Fascikel der Jung'ſchen Collectaneen „Eſtorff vel Esdorpe“, in der Königlichen Bibliothek zu Hannover.)

Omnibus Chriſti fidelibus ad quorum audientiam uel uiſionem preſentes littere peruenerint, Manegoldus miles de Eſtorpe dictus Scilichte et Alardus frater ſuus Salutem in eo qui eſt ſalus omnium. Quoniam geſte rei notitia propagatur in poſteros a teſtimonio et firmo robore litterarum. Noſcant tam poſteri quam preſentes quod nos de conſenſu et voluntate omnium conſanguineorum et amicorum noſtrorum uendidimus. Clauſtro in Lune pro XXVIIII. Marcis examinati argenti duas domos cum area vna ſitas in Solbeke quas poſſedimus jure hereditario vt quicquid in eisdem domibus in omni uia hactenus fuerat noſtri juris predicta eccleſia in reliquum jure emptionis percipiat libere ac ſentiat. Et ut iſta venditio permaneat rata nos cum cognatis noſtris Domino Manegoldo Struuen et fratre ſuo Ludolfo, Manegoldo nigro et fratre ſuo Ottone fidem dedimus Propoſito ejusdem Clauſtri et Domino Willikino de Aldehuſen, Domino Lupoldo et Thithardo de Doren Domino Gherardo Scackoni vt nullus heredum uel parentum noſtrorum prefata bona impoſterum valeat infeſtare. Quod ſi quis attemptare preſumpſerit nos pactione fidei noſtre data predictam Eccleſiam abſolutam a tocius injurie uel infeſtationis calumpnia proloquimur et qui nunc preſentes non ſunt poſtea proteſtationem reſignationis bonorum facient predictorum. Et ut hec acta permaneant in uigore perpetue firmitatis preſentem paginam ſigillo noſtro et appenſione Sigilli Manegoldi fecimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt quorum nomina in preſenti ſunt littera prenotata, et Dominus Conſtantinus et Johannes Canonici de Rameſle. Dominus Luderus de Monte Sancti Mychaelis. Dominus Egghehardus de Boyceneborch, Druchtlews de Beneſholte. Waſmodus Puer et alii quam plures. Datum Luneborch Anno Domini M° CC° LXXIIII° in die Remigii.

Urk. 107.

Herzog Johann von Braunſchweig überläßt der Kirche St. Laurentii zu Dahlenburg (Flecken im A. Bleckede) die Vogtei und den Zehnten von 5 Hufen auf dem Felde daſelbſt gegen den Zins von 8 Hufen im Dorfe Buendorf (im K. Dahlenburg). Lüneburg, 30. November 1274.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Wedekind Noten III 315.)

Noſ dej gratia Johannef Dux de Brunefwich, preſentia inſpecturis notum facimus vniuerſis quod exigente pie deuotionis affectu quem dominum hardewicum noſtrum Clericum ſpecialem circa noſ hucuſque didicimus habuiſſe, Eccleſie ſanctj Laurentij in Dalenburch, Aduocatiam et Decimam quinque manſorum ſitorum in Campo ibidem contulimus cum omnibus attinentiis, Areis Siluis, Paſchuis Atque pratis perpetuo poſſidenda. Recipientes in reſtaurum ex cauſa commutationis cenſum octo manſorum ſitorum in villa Bunendorpe ab Eccleſia

memorata. In cujus rej teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli noſtri Munimine roboratum apponendum duximus ad Cautelam. Datum Lunenburch Anno Dominj. M.CC.LXX. Quarto preſente nobilj viro Domino Burchardo Comite de Welepa. Ottone magno. Annone de heynburch et aliis noſtris militibus quam pluribus fide dignis. In die beatj Andree Apoſtolj.

Siegel abgefallen.

Urk. 107a.

Herzog Johann von Braunſchweig vereinigt ſich mit ſeinem Bruder Albert, dahin zu wirken, daß die Domherren zu Bardowiek in Lüneburg Wohnung nehmen mögen und dann die Kirche St. Cyriaci mit Zubehör beſitzen; dann wollen ſie die Präbenden derſelben, wie die in Braunſchweig und Einbeck, gemeinſchaftlich übernehmen, bis dahin aber dieſe Kirche Niemanden verleihen. Gifhorn, 1. März 1275.

(Nach dem Abdrucke bei Schlöpken Chronicon der Stadt und des Stifts Bardowiek S. 239.)

Nos Dei gratia, Johannes Dux de Brunſwick recognoſcimus per preſentes, taliter ordinatum eſſe inter dilectum fratrem noſtrum Albertum Ducem de Brunſvic, ex parte una, et nos ex parte altera, quod toto poſſe noſtro laborabimus, quod Canonici in Barthvic civitatem noſtram Luneborg ad commorandum intrent, et poſtquam huc intrarunt, Eccleſia S. Cyriaci in Luneborch ad predictos Canonicos Barthvicenſes, cum omni fructu et utilitate pertinebit, et nos et frater noſter Dux Albertus prebendas et prelaturas ipſorum, in quibus jus eligendi habent vel habuerunt, a tunc ſicut alias prebendas noſtras in Brunſvic et Eimbeke inter nos et prenominatum fratrem noſtrum Ducem Albertum communiter conferemus, medio autem tempore, antequam ſepe dicti Canonici in Barthvic civitatem Luneborch ad commorandum intrent, neque nos nec heredes noſtri, ſine expreſſo conſenſu dilecti fratris noſtri Ducis Alberti vel heredum ſuorum, alicui debemus Eccleſiam S. Cyriaci in Luneborch committere vel conferre. Quod ſi vel nos vel heredes noſtri fecerimus, ſi a fratre noſtro Duce Alberto vel heredibus ſuis commoniti non revocaverimus, ex tunc nos et heredes noſtri ipſo facto in perpetuum nullum jus habebimus ad collationem prebendarum et prepoſiture S. Blaſii in Brunſvic, et fratri noſtro Duci Alberto et ſuis heredibus ſine noſtro et heredum noſtrorum expreſſo conſenſu omnes Prebendas et Prepoſituram S. Blaſii ſupra dictas conferendi plenam dedimus poteſtatem. Dignum eſt enim, ut nos, qui plura beneficia in diverſis ciuitatibus dilecti fratris noſtri Ducis Alberti conferimus, cum noſtre civitatis communione collationis ſeu commiſſionis unius tantum beneficii non privemus. Hujus rei teſtes ſunt dilectus Avunculus noſter Albertus Marchio Brandenburgenſis, Henricus Prepoſitus S. Blaſii in Brunſvic, Hartvicus de Brunesrode, Ludolphus dictus Cunnecke a Lubeck. — — Clerici Johannes de Adenoys et Baldewinus de Campo. Dominus Jagowe, Hildemarus de Obereghe milites. Datum Jeſhorne. Anno Domini M.CC.LXXV. Kalend. Martii.

Urk. 108.

Graf Burchard von Wölpe ſchenkt dem Convente und Propſte Nikolaus in Medingen ſeinen Antheil am Zehnten in Römſtedt (Kirchd. im A. Medingen). — Unter den Zeugen Abt Diedrich zu Lüneburg. Lüneburg, 26. Januar 1278.

(Nach dem Abdrucke bei Scheidt Cod. dipl. zu d. Anmerk. und Zuſ. zu Moſer's Einleitung ꝛc. S. 697 f. Note *.)

Burchardus Dei gracia Comes de Welepa omnibus hanc litteram viſuris ſalutem in Domino. Tenore preſentium literarum recognoſcimus ſimulque proteſtamur, quod nos ſane propter Deum, quidquid habemus in Decima Remſtede, contulimus Conventui et

Prepoſito Nicolao in Medinge. Quare ne iſta donacio in poſterum ab aliquo valeat reuocari aut infringi, preſentem literam munimine Sigilli noſtri duximus roborandam. Huius rei teſtes ſunt: Dominus Abbas Thidericus de Luneborg. et eiusdem loci Johannes Prior dictus de Hildenſem. Frater Johannes de Paris. Layci vero Dominus Wernerus de Medinge. Dominus Poppo. Dominus Ludolfus de Mervede. Wernerus de Zwerin. Johannes Greuing. Hunerus de Odeme et alii quam plures viri probi et fide digni. Datum Luneborg Anno Domini M.CC.LXXVIII. die Policarpi Epiſcopi et Martiris.

Urk. 109.

Herzog Albert von Braunſchweig und ſein Oheim Herzog Otto tragen dem Abte von St. Michaelis und dem Vogte in Lüneburg auf, den Leuten des Kloſters St. Michaelis zu befehlen, zu den Kloſtergütern zurückzukehren und daſelbſt perſönlich ihrer Schuldigkeit nachzukommen unter Androhung ihrer Ungnade gegen Diejenigen, welche ſie etwa zurückhalten ſollten. 6. Januar 1279.

(Nach dem Copialbuch № 3 S. 46 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Albertus dei gratia dux in brunſwic et domicellus. Otto patruus ſuus dux ibidem, honorabili uiro domino abbati eccleſie ſancti michaelis, dilectoque ſibi aduocato in Luneburg, ſalutem in domino ſempiternam. Nouerint uniuerſi preſencium inſpectores, Quod nos uolumus uobiſque precepimus noſtre gratie ſub obtentu. ut hominibus ad eccleſiam ſancti michaelis pertinentibus ex parte noſtri diſtrictius demandetis. Quod quicunque ſint uel ſub quocumque fuerint. ad eccleſie bona redeant in eiſque faciant perſonalem reſidenciam ut tenentur. Quos ſi quis iniurioſus detinere preſumpſerit, ne ſicut precepimus reuertantur. ſciat ſe non gratiam ſed noſtram ingratitudinem perpetuam habiturum. Volumus inſuper ut quamcumque gratiam dominus abbas noſter et aduocatus fecerint hominibus ad bona redeuntibus memorata eandem non ſolum apud abbatem et aduocatum nunc regnantes. ſed etiam apud ipſorum poſteros et ſequaces inuiolabiliter conſequantur. Anno domini M.CC.LXXIX. Datum in die Epyphanie.

Urk. 110.

Biſchof Ulrich zu Ratzeburg bewilligt Allen, welche zum Baue des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg beitragen, einen Ablaß von 40 Tagen und einer Faſtenzeit. Ratzeburg, 26. December 1280.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 14 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ulricus dei gratia. Raceburgenſis eccleſie epiſcopus. Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia uiſuris ſeu audituris ſalutem in domino ieſu chriſto. Cum ad promouendum ea que diuini ſunt cultus. Vnuſquiſque fidelium eo amplius debet intendere quanto a domino noſtro ieſu criſto ſe ſperat premium uberius accepturum. Vniuerſitatis ueſtre deuotionem rogandam in domino duximus et exhortandam in remiſſionem uobis peccaminum iniungendo. quatenus de bonis uobis a deo collatis ad reedificandum monaſterium monachorum in Luneburg ordinis beati Benedicti verdenſis dyoceſis quod ex uetuſtate temporis et a tritu operis collapſum. pias elemoſinas ac grata caritatis ſubſidia erogetis. vt per hec et alia bona que domino inſpirante feceritis ad eterne poſſitis felicitatis gaudia peruenire. Nos uero omnipotentis dei miſericordia confiſi omnibus qui neceſſitatibus dicti monaſterii ſubuenerint de licentia et ratihabitione dyoceſani. XL. dies [1]) et unam karenam eorum peccatorum de quibus uere contriti

[1]) »XL. dies. Nach der Vorſchrift Innocenz III. vom Jahre 1216 können Biſchöfe nur zu Kirchweihen, Ablaß auf ein Jahr; bei Kirchweihfeſten und in ähnlichen Fällen aber nicht mehr als 40tägigen Ablaß ertheilen. C. 14. X. de poenitent. et remiſſ.« (W.)

et conſeſſi fuerint miſericorditer relaxamus preſentibus quam diu edificatione inſiſtitur ualituris. Datum Raceborch. anno ab incarnatione domini. M.CC.LXXX. In die beati ſtephani prothomartiris.

Urk. 111.

Biſchof Konrad zu Verden, Herzog Otto zu Braunſchweig und der Rath der Stadt Lüneburg beurkunden, daß der Prieſter Johann von Paderborn, als Vicar des Altars St. Crucis in der Kirche St. Cyriaci, welchen der verſtorbene Pfarrer Hugold und Ritter Huner von Ödeme unter Zuſtimmung des Abtes Gerhard zu St. Michaelis in Lüneburg, als Patrons der Kirche, und des Archidiakonen Johann von Moul zu Modeſtorpe (jetzt Theil von Lüneburg) dotirt haben, — die zu ſeinem Altare gehörigen Salzgüter durch Verkauf des unbequem liegenden und Ankauf anderer Salzaufkünfte dafür vereinigt hat. 1281.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Conradus dei gratia verdenſis Eccleſie poſtulatus et tutor. Otto dux de Bruneſwic. Conſules Ciuitatis luneburgenſis. Waſmodus aput ſultam. Heino puer. Nycolaus paron. Thetmarus gherebertj. verdewert aurifaber. Albertus holle Fredericus de arena. Herder de toppenſtide Johannes todonis. Henricus de pomerio. Albertus de vleſſen. Nycolaus adeloldj. vniuerſis chriſti fidelibus omnibus hanc litteram uiſuris ſalutem in omnium ſaluatore. Qvia prelatus uel ſacerdos eccleſiaſticarum rerum non dominus ſed procurator uel amminiſtrator eſt. unde conditionem eccleſie uel beneficij meliorare poteſt deteriorare non debet. Huius rei gratia Dominus Johannes dictus de paderborne ſacerdos et vicarius altaris ſancte Crucis in eccleſia ſanctj Cyriacj in hoc laudabiliter eſt permotus, quod licet idem beneficium deo cooperante a quo bona cuncta procedunt et ſine quo nichil boni poſſumus in pluribus ex beneficijs piorum hominum et ex propria induſtria meliorauit et ditauit. veruntamen utilitatem et comoditatem ſui reſpiciens ſucceſſoris tres plauſtratas memoratj beneficij incomode et diuiſim ſitas in ſalina per modum hunc uniuit, quod ex eiſdem unam et dimidiam ſitam in domo honouere in ſartagine que dicitur wechpanne et iacet ad dextram manum cum ipſa domus intratur. Johanni filio Bertoldj inſtitoris. aliamque integram plauſtratam eidem in domo ſterthuſen in ſartagine wechpannen ad ſiniſtram manum qua in ipſam domum intratur. pro quinquaginta quinque marcis puri argentj et ultimam dimidiam Bernardo dicto imprian pro undecim marcis examinatj argentj. cum conſenſu ſuorum patronorum Dominj hunerj de Odem et ſuorum fratrum et heredum uendidit hereditario perpetuo poſſidendas. Et cum prehibata ſumma pecunie dictus Dominus Johannes vnum chorum ſalis emit in ſalina ad quotlibet flumen de domino Conrado dicto de Eſtorp cum unanimi conſenſu ſuorum fratrum et heredum ad altare ſupradictum perpetuo pertinendum poſtpoſita reclamatione qualibet et excluſa. Qui chorus iacet in domo Denquininghe in ſartagine que uocatur vechpanne et eſt poſita ad dextram manum qua in ipſam domum intratur. Igitur ne pia acta dominj. Johannis et contractus inter ipſum et dictas perſonas ſcilicet Johannem filium Bertoldj. et Bernardum imprian. Dominumque Conradum de Eſtorp et ſuos heredes racionabiliter celebratus non lateant vniuerſos littere preſentis inſtrumentis memorata duximus profiterj. Et quia quilibet uiuens de altarj uel de alio beneficio tenetur eidem deſeruire reſidencia perſonalj et ſuis benefactoribus tam uuis quam defunctis orationibus ſuffragari. Hec ad peticionem dominj Jo. ſacerdotis ſepius repetitj interferere decreuimus quod dominus Hugoldus plebanus Eccleſie ſanctj Cyriacj pie memorie. et Honorabilis miles hunerus dictus de Odeme cum duabus plauſtratis initio huius priuilegij dictis altare ſupradictum primitus tam cum conſenſu patronj Eccleſie Sanctj Cyriacj ſcilicet Gerardi abbatis Eccleſie Sanctj Mychahelis in luneburg. et Reuerende perſone dominj Johannis dictj de Moul archidiaconj in Modeſtorp ob indulgenciam ſuorum peccaminum

et brauium eterne beatitudinis dotauerunt Dimidiam uero tercie plauſtrate Cunegundis relicta cilemannj militis ob reuerentiam ſancte Crucis in teſtamentis liberaliter eſt largita. et aliam dimidiam pius fredericus dictus de Moul diſponens ire in peregrinationem terre ſancte in qua ſteterunt pedes dominj cum consenſu Odalricj fratris ſui et ſuorum heredum beneficio iam ſepius ſupra dicto miſericorditer aſſignauit. in qua terra mortuus eſt quam dominus noſter ieſus chriſtus ſanguine proprio cruentauit. Datum anno Dominj. M.CC.LXXXI.

Siegel an erſter und zweiter Stelle abgefallen.





Urk. 112.

Abt Diedrich und der Convent zu Lüneburg verkaufen dem Abte und Convente zu Scharnebeck für die Küſterei daſelbſt ein Salzgut in der Saline Lüneburg. 1281.

(Nach einer Copie auf der Königlichen Bibliothek zu Hannover: „Copiar. Scharnbec. p. LXI", in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc." S. 97.)

Theodericus Dei gracia Abbas in Luneborg totusque Conuentus ibidem, omnibus hoc ſcriptum uiſuris Salutem in Domino. Notum eſſe cupimus tam preſentibus, quam futuris, quod Nos de communi conſenſu Capituli noſtri uendidimus Domino Abbati in Schermbeke et Conuentui ſuo ad officium cuſtodis IV. ſolidos ſingulis annis in domo, que vocatur Soderzing in ſartagine, que uocatur Wechpanne, et eſt poſita ad ſiniſtram manum cum predicta domus intratur. Ne autem hoc factum a poſteris aliquatenus infringatur, preſentem chartam Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandum. Datum et actum Anno Domini 1281.

Urk. 112a.

Graf Gerhard von Holſtein, Stormarn und Schauenburg überweiſt der Kirche zu Hamburg für ein Darlehn von 125 Mark eine Rente von 12 Mark 8 Schillingen aus ſeinem Zolle daſelbſt, welche zu einer Präbende verwandt werden ſollen. — Unter den Zeugen Abt Diedrich zu Lüneburg und Stade. Hamburg, 30. Mai 1281.

(Nach einer Copie auf der Königlichen Bibliothek zu Hannover, in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc." S. 99. — Abgedruckt bei Nic. Staphorſt hiſt. eccl. Hamb. P. 1 Vol. II p. 215.)

Gerhardus Dei gratia Comes Holſatiae et Stormariae, et de Schowenborch, Omnibus praeſens ſcriptum viſuris Salutem in omnium Salvatore. Noverint univerſi, quod nos aſſignamus Eccleſiae Hamburgenſi ad honorem et laudem glorioſiſſimae Virginis Mariae, ut ibidem Deo famulantium numerus augeatur, redditus duodecim Marcarum nummorum et octo ſolidorum annis ſingulis recipiendos in theolonio noſtro ſive Ungeldo ciuitatis noſtrae Hambur-

genſis, pro centum et viginti quinque Marcis nummorum, in quibus ipſi Eccleſiae dudum ſuimus obligati. Quibus redditibus dicta Eccleſia libere perfruetur, donec integraliter perſolvamus debitum memoratum, et tunc comparabimus redditus alios aequivalentes de conſilio Capituli Eccleſiae ſupradictae. Qui videlicet redditus pertinebunt ad minorem praebendam, ad quam dictum Capitulum Johannem de Lunenborch, notarium noſtrum, Diaconum recepit in Canonicum et in fratrem. Ac idem Johannes, vel alius, qui pro tempore fuerit, adſcendet ad majorem praebendam, ſecundum ordinem receptionis ſuae, cum omni jure, ſicut caeteri in minoribus conſtituti. Praeterea dictus Johannes, et quicunque eidem ſucceſſerit, erit ſacerdos, vel in proximis quatuor temporibus ordinem ſacerdotalem, vel alium, ſi inferioribus conſtitutus fuerit, recipiet, poſtquam a Nobis vel haeredibus noſtris Capitulo exſtiterit praeſentatus, et ſtatim in praeſentatione et receptione faciet in ipſa Eccleſia reſidentiam perſonalem. Ut autem haec omnia a Nobis et noſtris haeredibus, proceſſu temporis absque impedimento quolibet inviolabiliter obſeruetur, praeſentem paginam noſtro et dilecti filii noſtri Gerhardi ſigillis, cum conſenſu caeterorum filiorum noſtrorum Adolphi, Hinrici et Brunonis, fecimus communiri. Teſtes ſunt honorabiles viri, Dominus Theodoricus, Luneburgenſis et Stadenſis Eccleſiarum Abbas, Burchardus Comes de Welpe, Johannes Dominus Magnopolenſis, Nobiles, Johannes de Walſtorpe, Theodoricus Höken, Marquardus de Wetmolte, milites et alii quam plures. Actum et datum Hamborch anno Domini 1281. tertio Kal. Junij.

Urk. 113.

Papſt Martin IV. befiehlt dem Dechanten der Kirche zu Osnabrück, die dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg Benedictinerordens in der Diöceſe Verden unrechtmäßiger Weiſe veräußerten Güter auf geſetzliche Weiſe wieder in deſſen Beſitz zu bringen. Rom, 15. Juli 1281.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilecto filio .. Decano eccleſie Oſnaburgenſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Dilectorum filiorum .. Abbatis et Conuentus Monaſterij ſancti Michaelis in luneborch ordinis ſancti Benedicti verdenſis dioceſis precibus inclinati preſentium tibi auctoritate mandamus quatinus ea que de bonis eiuſdem Monaſterij alienata inueneris illicite uel diſtracta ad ius et proprietatem ipſius Monaſterij ſtudeas legitime reuocare Contradictiones per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio uel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas ueritati teſtimonium perhibere. Datum apud Vrbem ueterem Idus Julij Pontificatus noſtri Anno Primo;

Plumbum: „Martinus PP. IIII.“ an Bindfaden.

Urk. 114.

Mehre Erzbiſchöfe und Biſchöfe ertheilen Allen, welche das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg an beſtimmten Tagen reuig beſuchen, jeder einen Ablaß von 40 Tagen und einer Faſtenzeit. Orvieto, 30. Auguſt 1281.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 17 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Leibn. ſcr. rer. Br. II 383.)

Rainondus dei gratia ſancte Aquilenenſis ſedis Patriarcha. Gundiſſalinus ſancte Tholetane eccleſie archiepiſcopus. Frater Gwido papienſis epiſcopus. Frater Sinibaldus Melphienſis epiſcopus. Matheus Vicenſis epiſcopus. Franciſcus urbe uetanus epiſcopus. Bernardus epiſcopus humanas. Borchardus Lubicenſis epiſcopus. Petrus baiocenſis epiſcopus. Frater Gwillelmus epiſcopus ciuitatis caſtellane. Raymundus Auſonenſis et vicenſis epiſcopus. Johannes Gurcenſis

epiſcopus. Petrus Reatinus epiſcopus. Frater iohannes Lettomenſis epiſcopus. Vniuerſis chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in eo qui eſt omnium ſalus. Et ſi uniuerſorum loca ſanctorum propter multiplicia beneficiorum dona que ipſorum interuentionibus nobis a domino conferuntur cum deuoto mentis affectu debeant a chriſti fidelibus uiſitarj. Non indigne illius liminibus ſpecialibus honorificencie debetur deuotio qui a ſue creationis initio ciuis factus celeſtis patrie ut et noſter conciuis fierent ut familiariter audita noſtra deſideria diuine maieſtatis conſpectibus preſentaret. Et ea cum ſupplicationis deuote inſtancia promoueret ſpecialem elegit inter homines manſionem. Hic eſt ille archangelus mychael princeps celeſtis milicie qui de antiqui hoſtis ſuperbia mirabiliter triumphauit. Hic eſt ille ſub cuius imperio uita noſtra in terris a demonum inſidiis communitur. Et hic eſt ille qui diſſoluta carnis et anime vnione deo fidelium animas repreſentat. Ut igitur nos qui licet indigni ſpiritualem thezaurum ſancte matris eccleſie miſerante domino diſpenſamus poſſimus tanti principis patrocinia promererj. Deuotionem ueſtram cum largitione munerum excitando ad ipſius alicubi limina uiſitanda ne labor ueſter in domino ſit inanis. Omnibus uere penitentibus et confeſſis qui eccleſiam in Luneborch. verdenſis diocefis in honore ipſius archangeli dedicatam in feſtiuitatibus et dedicatione ipſius et per octauas earumdem. In noſtri redemptoris feſtiuitatibus. Beate marie uirginis Omnium ſanctorum. Johannis baptiſte. Apoſtolorum omnium. beate marie magdalene. beati Laurencii. beati Benedicti abbatis. cuius ibidem uiget obſeruancia regularis cum deuotione perſonaliter uiſitauerint uel ad reparationem et ad ſuſtentationem ipſius eccleſie ac ſeruitorum eius de bonis propriis fuerint elargiti. Singuli ſingulas quadragenas et carenam de iniuncta eis penitencia dummodo dioceſani uoluntas preceſſerit uel accedat miſericorditer in domino relaxamus .. Datum apud urbem ueterem. Anno ab incarnatione domini. M.CC.LXXX. primo. III. kalend. Septembris. Pontificatus domini Martini pape quarti. anno primo. In cuius rei teſtimonium preſentem cartam noſtrorum ſigillorum [1]) duximus roborandam.

---

[1]) appenſione fehlt.

Urk. 115.

Diedrich von dem Berge, Vogt zu Lüneburg, und der Rath daſelbſt thun kund, daß ihr Mitbürger Johann Bertoldi eine Geldrente aus der Saline gegen eine andere dem Abte Ludolf in Lüneburg vertauſcht hat. Lüneburg, 1282.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 443 Beil. 429 in der Königlichen Bibliothek zu Hannover.)

Nos Thidericus de monte Aduocatus in Luneborg Chriſtianus miles. Albertus Hollo Volcmarus de Arena. Thidericus Zabel. Johannes bertoldi. Adeloldus. Nicolaus puer. Ludolfus hoppenſac. Thidricus de Hertesberghe. Johannes de Blekede. Seghebardus. Johannes albus eiusdem conſules ciuitatis Recognoscimus tenore preſencium publice proteſtantes. quod Johannes Bertoldi ſuperius adnumeratus Burgenſis noſter habens duas Marcas Luneborgenſium denariorum annuatim jure cenſuali in feſto S. Mychaelis ſingulis annis tollendas in domo Huttinghe ad dextram manum cum ipſa domus intratur in ſartagine que Gunchpanne wlgariter nuncupatur permutauit ipſas duas marcas cum venerabili domino Ludolfo abbate in Luneborch pro duabus marcis Luneburgenſium denariorum quas dictus dominus. Ludolfus abbas habuit in feſto S. Mychahelis ſingulis tollendas in Inferiori Dernetzinghe ad ſiniſtram manum cum domus intratur in ſartagine que Gunchpanne generaliter nominatur. vt autem hec permutatio inuiolabiliter perſeueret preſentem paginam ſigillo noſtre ciuitatis duximus roborandam. Datum Luneburch. Anno domini M°.CCCXXX. ſecundo.

Urk. 116.

Propſt Burchard und das Domcapitel zu Verden beſtätigen alle zu Gunſten des Baues des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ertheilten und zu ertheilenden Indulgenzien. Verden, 27. Mai 1282.

(Nach dem Copialbuche M 3 S. 18 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Borchardus dei gratia prepoſitus . . Scolaſticus et capitulum eccleſie verdenſis. Venerabili domino. Abbati beati mychaelis in Luneburg Salutem et ſinceram in domino karitatem. Exigente pie deuotionis affecto quem circa eccleſiam et perſonas ueſtras didicimus nos habere. Cupientes annuere in omnibus uotis ueſtris. Indulgencias qualeſcumque uidelicet habitas et habendas tempore procedente concedimus eſſe ratas pro elemoſinis fidelium colligendis ad edificia ueſtre eccleſie reparanda . . ita tamen ut in noſtra dioſeſi niſi tantum in ſola noſtra eccleſia petitio nulla fiat. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum Sigilli noſtri munimine roborandum uobis concedendum duximus ad cautelam. Datum verde. Anno domini. M.CC.LXXXII . . In Capitulo generali. Quarta feria infra Ebdomada Trinitatis.

Urk. 117.

Biſchof Konrad zu Verden und Herzog Otto von Braunſchweig beurkunden, daß Ritter Huner von Ôdeme der Kirche St. Michaelis zu Lüneburg eine Hausſtelle mit Gebäuden und Länderei daſelbſt und eine andere Hausſtelle jenſeits der Sülzwieſe verkauft hat, welche Hausſtellen ſchon lange vogtei- und abgabenfrei im Beſitze der Familie von Ôdeme geweſen ſind, und der Verkäufer ſtellt Bürgen für dieſen Verkauf. 27. December 1282.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conradus dei gratia verdenſis Eccleſie poſtulatus et tutor. Otto Dux de Bruneſwic. omnibus has litteras uiſuris ſalutem in domino. Qvia omnium memoriam habere et in nullo peccare pocius eſt diuinum quam humanum. Qva ratione oportet ut contractus qui inter homines celebrantur. qui a memorijs ſepius elabuntur niſi ſcriptis munitis inſtrumentis conſeribantur. Igitur ſcire uolumus tam preſentes quam futuros noſtris litteris manifeſte proteſtantes, quod dominus Hunerus miles de Odem cum conſenſu matris ſue Cunegundis. fratrum ſuorum Ghiueardi. Gherardj et aliorum heredum aream cum edificijs ſitam ſub caſtro Luneburch contra hoſpitale et omnibus attinentijs. ſcilicet terra ſiue manſis que terra ſoluit. V. wichemeten ſiliginis penſionem et aliam aream ſitam trans pratum quod wlgariter dicitur ſultewiſch Eccleſie ſancti Mychaelis uendidit pro. LXX. marcis hamburgenſium denariorum hereditario iure libere ac perpetuo poſſidendas. Item recognoſcimus quod in ipſis prefatis areis nos et anteceſſores noſtri non habuimus aliquam iuris. ſcilicet aduocatie. exactionum. petitionum aliosue cenſus. et quod dictus hunerus cum ſuis fratribus ſepe dictas areas cum terra ſiue manſis. et pater eius et auus. multis annis poſſederunt poſſeſſione inconcuſſa. Vt nullus ergo omnino hominum hanc emptionem audeat uel preſumat infringere Hunerus miles cum ſuis auunculis alberico. et Ghiueardo ſcackonibus in Biredhe reſidentibus et caſtellanis in luneburch. Ottone magno. et Ghiueardo magno et Eckeardo de Boyceneburg. Manegoldoque aduocato manualiter fideiuſſit. et nos preſentem litteram ſigillorum noſtrorum appenſionibus duximus muniendam. Datum anno Domini. M.CC.LXXXII. In die Beatj Johannis apoſtolj et Ewangeliſte.

Zwei große runde Siegel des Biſchofs Konrad von Verden und des Herzogs Otto von Braunſchweig, letzteres mit dem ſchreitenden Löwen.

Urk. 118.

Propſt Nikolaus und der Convent zu Medingen überlaſſen dem Abte Lüder und Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg den Zehnten zu Giſkendorf (im K. Reinſtorf A. Lüne) gegen das Dorf Haaßel (im K. Alt-Medingen A. Medingen). Lüneburg, 1283.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 118 a.)

Vniuerſis chriſti fidelibus ad quos preſens littera peruenerit Nicolaus dei gratia prepoſitus. Totuſque conuentus Monaſterij de Medinghe Salutem in uirginis filio crucifixo. Vt malicie ianua precludatur, et ceſſet in poſterum occaſio malignandi. rationi conſonum eſt. ut que fiunt in tempore. litterarum ſerie deſcribantur. Nouerint igitur tam preſentes quam poſteri, quod nos cum honorabili uiro Domino Ludero abbate ac conuentu Monaſterij beati Michaelis in Luneburg talem fecimus permutationem cum decima noſtra ſita in Jeuekenthorpe pro uilla ipſorum Haſle nuncupata. uidelicet quod eis memoratam decimam noſtram dimiſimus cum omni iure quiete et pacifice ſine contradictione qualibet in perpetuum poſſidendam. Ipſi uero e conuerſo dimiſerunt nobis prefatam uillam ipſorum Haſle cum omni iure quo eis pertinuerat ſimiliter poſſidendam perpetuo pacifice et quiete. Ne igitur alicui ſuper hoc procedente tempore dubium oriatur. preſentem litteram inde confectam ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Teſtes autem qui affuerunt cum hec permutatio fieret, ſunt hij. Dominus hartwicus plebanus in dalenburg. Dominus Conradus uicarius in Remſtede ſacerdotes. Dominus Otto magnus. Dominus Geuehardus frater ſuus. Dominus eckehardus de Boyceneburg. Dominus Lippoldus de Dhoren. Dominus Tithardus frater ſuus. Dominus wernerus de Medinghe. Dominus Geuehardus de monte Milites. et alij quam plures. Acta ſunt hec publice in luneburg. Anno incarnationis dominice. M.CC.LXXXIII.

Länglich rundes „(SIG)ILLVM ECCLESIE . . . . . MARIE . IN . MEDING“, eine ſitzende Marie mit dem Kinde enthaltend.

Urk. 118 a.

Abt Lüder und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg überlaſſen dem Propſte Nikolaus und Convente des Kloſters Medingen das Dorf Haaßel (im K. Alt-Medingen A. Medingen) gegen den Zehnten zu Giſkendorf (im K. Reinſtorf A. Lüne). Lüneburg, 1283.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 392 in der Königl. Bibliothek zu Hannover. — Vergl. Urk. 118.)

Vniuerſis ad quorum audentiam vel viſionem preſentes littere peruenerint. Luderus dei gratia abbas. Totuſque Conuentus Monaſterii beati Michahelis in Luneborg. Salutem in omnium ſaluatore. Quum omnium habere memoriam eſt diuinum pocius quam humanum. ideo ne Super actibus hominum qui pro tempore celebrantur. poſſit in poſterum calumpnia ſuboriri. neceſſe eſt ipſos litteris commendari. Nouerint igitur tam preſentes quam futuri quod nos cum Honorabili viro Domino Nicolao prepoſito ac Conuentu ſanctimonialium de Medinge talem fecimus permutationem cum villa noſtra Haſle nuncupata. pro decima ipſorum ſita in Jeuekethorpe videlicet quod eis dimiſimus memoratam villam noſtram Haſle cum omni iure quo nobis pertinuerat quiete et pacifice ſine contraditione qualibet in perpetuum poſſidendam. Ipſi uero e conuerſo dimiſerunt nobis prefatam decimam ipſorum in Jeuekenthorpe cum omni jure ſimiliter poſſidendam perpetuo pacifice et quiete et inſuper nobis decem marcas denariorum hamborgenſium addiderunt In cuius rei euidentiam firmitatem et memoriam preſentes litteras inde confectas ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari. Teſtes autem qui affuerunt huic permutationi ſunt hii. Dominus Hartwicus plebanus in Dalenborg. Dominus Conradus vicarius in remſtede ſacerdotes. Dominus Otto magnus. Dominus Geue-

hardus frater ſuus, Dominus Ekkehardus de Boyceneborg. Dominus Lippoldus de Doren. dominus Tithardus frater ſuus. Dominus Wernerus de medinge Dominus Gheuehardus de monte milites. et alii quam plures. Acta ſunt hec publice in Luneborg. Anno incarnationis dominice. M°.CC°.LXXX.III°.

Urk. 119.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ſchenkt der Kirche St. Laurentii zu Dahlenburg (Flecken im A. Bleckede) zum Seelenheile ſeines Vaters Johann das Obereigenthum über die Hausſtellen, oder Wieſen, welche dieſe Kirche etwa erwerben wird, und beſtätigt ihr den Beſitz ihrer Güter. Dahlenburg. 1283.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Wedekind Noten III 317 f.)

Dei gratia Otto dux de brunefwich, omnibus prefencia viſuris notum eſſe volumus, quod nos eccleſie ſancti Laurentii in dallenborch. propter deum et pro remedio anime patris noſtri ducis Johannis qui in ipſa villa obiit, et ad inſtantiam dilecti clerici noſtri hartwici ibidem plebani, proprietates ariarum ſive pratorum, in villa eadem, ſi quas conſequi poterit donauimus perpetuo poſſidendas. Ratum etiam habentes, ſi qui pro remedio animarum ſuarum, eccleſie iam dicte uoluerint elargirj. Donationem civium ibidem commorantium, prati cuiuſ dam, quod eccleſie dederunt prenominate firmam habemus, volentes inviolabiliter obſervarj. Vt autem hec noſtra donatio ſtabilis et inconvulſa permaneat preſens ſcriptum ſigillo noſtro duximus roborandum. Datum dallenborch. Anno, domini. M.CC.LXXXIII. Teſtes vero qui preſentes aderant, dilectus noſter auunculus dux ſaxonie Johannes. Thidericus de alten noſter aduocatus. Otto magnus. gheuehardus frater ſuus. eckehardus de boycenborch, Thidericus de monte. clericis noſtris hinrico et hinrico preſentibus.

Rundes Siegel des Herzogs Otto, mit dem ſchreitenden Löwen, wie an Urkunde 129 vom 14. Auguſt 1285, Umſchrift abgeſtoßen.

Urk. (120 [1]), 121.

Biſchof Sigfried zu Hildesheim bewilligt allen Reuigen, welche zum Wiederbau des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg Beihülfe leiſten, einen Ablaß von 40 Tagen und einer Faſtenzeit. Hildesheim, 20. Februar 1283.

(Nach dem Copialbuch № 3 S. 14 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Syfridus dei gratia hyldenſemenſis eccleſie epiſcopus. Vniuerſis chriſti fidelibus ad quos preſens littera peruenerit. ſalutem et ſinceram in domino karitatem. Quoſlibet chriſti fideles ad zelum deuotionis per opera caritatis inuitare cupientes de omnipotentis dei miſericordia. et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius meritis confiſi. vere penitentibus et confeſſis qui ad reedificationem monaſterii ſancti mychaelis in Luneburg quod ex nimia uetuſtate eſt conſumptum manum porrexerint adiutricem de bonis ſibi a deo collatis et conceſſis grata ſubſidia largiendo. Quadraginta dies et unam karenam de iniuncta eis penitencia miſericorditer relaxamus. dyoceſani tamen loci illius ſuper hoc licentia accedente. Datum hildenſem. Anno domini. M.CC.LXXXIII. X. kalend. martij. Pontificatus noſtri anno quarto. preſentibus poſt conſummationem operis minime naliturus

[1]) Die als Urk. 120 im Repertore verzeichnete Urkunde iſt nicht de 1289 ſondern de 1293. weshalb zur Ergänzung der Reihefolge der Nummern die obige Zahl ohne Urkunde mit aufgenommen iſt.

Urk. 122.

Biſchof H. zu Pomeſanien ertheilt allen Bußfertigen, welche zum Wiederbaue des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg Beiträge geben, einen Ablaß von 40 Tagen und einer Faſtenzeit. Lüneburg, 15. April 1283.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 15 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

H. diuina bonitate. Pomezanienſis epiſcopus. uices gerens verdenſis eccleſie. Vniuerſis chriſti fidelibus. ſalutem in domino ſempiternam. Quoſlibet fidei poſſeſſores ad zelum deuotionis et opera caritatis allicere cupientes. Nos de omnipotentis dei miſericordia. et apoſtolorum eius Petri et Pauli auctoritate confiſi omnibus uere contritis et penitentibus qui eccleſie ſancti mychaelis archangeli et principis milicie celeſtis exercitus ac prepoſiti paradyſi in Luneburg manum porrexerint largitatis ad reedificandam predictam eccleſiam ſuas elemoſinas erogando. XL. dies et unam karenam de iniuncta ſibi penitencia in omnibus feſtis memorate eccleſie in nomine ſaluatoris omnium miſericorditer relaxamus. Datum in luneburg. Anno domini. M.CC.LXXXIII. In cena domini. Amen.

Urk. 123.

Erzbiſchof Giſelbert zu Bremen ertheilt allen Reuigen, welche zum Baue des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg Almoſen ſchenken, einen Ablaß von 40 Tagen und einer Faſtenzeit. Bremen, 20. Juni 1283.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Gyſelbertus dei gratia. ſancte Bremenſis Eccleſie Archiepiſcopus. Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia viſuris ſalutem in chriſto. Sanctorum angelorum inclita gaudia meritis conſequi chriſti fideles minime dubitamus qui per ſue deuocionis obſequia illum in ipſis uenerantur qui eſt gloria et retribucio ſanctorum meritorum. Nos igitur ad promerenda preſcripta celeſtis Jerarchie et ſanctorum omnium gaudia cauſam fidelibus chriſti dare cupientes. Omnibus vere Confeſſis et contritis qui ad Structuram Clauſtrj Beati Mychahelis ordinis beati benedicti verdenſis dyoceſis, per elemoſinarum erogacionem manum porrexerint adiutricem de Omnipotentis dei miſericordia et beatorum Apoſtolorum petri et pauli auctoritate confiſi. Quadraginta dies et vnam karenam de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus. Datum Breme. XII. kalend. Julij. Anno domini. M.CC.LXXX. Tercio. Hec indulgencia valebit ſi auctoritas ipſam confirmauerit dyoceſanj

Verletztes Siegel.

Urk. 124.

Biſchof Simon zu Worms ertheilt allen Reuigen, welche nach dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg an beſtimmten Tagen wallfahrten, und Denen, welche demſelben während ſeines Baues Geſchenke machen, einen Ablaß von 40 Tagen. Wallſtatt, 22. Februar 1284.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Symon dei gratia Wormacienſis Eccleſie Epiſcopus. uniuerſis chriſti fidelibus per Verdenſem dioceſin. conſtitutis. Salutem in omnium ſaluatore. Loca ſanctorum pia deuocione ſunt debite ueneranda, ut cum dei honoramus amicos ipſi nos amabiles deo reddant. et nobis eorum patrocinium uendicantes, quod noſtris meritis non ualemus, nobis eorum interceſſione donetur. Cupientes igitur ut Monaſterium beati Michahelis archangeli in Luneburch, ordinis ſancti Benedicti, Verdenſis dioceſis, congruis honoribus frequentetur, de omnipotentis dei miſericordia, et beatorum apoſtolorum eius Petri et Pauli meritis et auctoritate confiſi, omnibus

uere penitentibus et confeſſis, qui ad idem Monaſterium, in anniuerſario dedicacionis ipſius Quatuor feſtiuitatibus beate Marie virginis, necnon in ſollempnitate ſancti Michahelis predicti, humiliter ac deuote annis ſingulis duxerint accedendum, diuine propiciacionis graciam petituri, eisque qui ad fabricam ibidem durante ſtructura manum porrexerint adiutricem, Quadraginta dies de iniuncta ſibi penitencia ſi conſenſus loci dioceſani acceſſerit miſericorditer relaxamus. Preſentibus quas deferri per queſtuarios diſtrictius inhibemus eas ſi ſecus actum fuerit carere iuribus decernentes perpetuo ualituris. Datum, apud Waliſtat, Anno dominj milleſimo. CC.LXXXIIII. VIII. kalend. Marcij, Pontificatus uero noſtri anno primo.;

Siegel abgefallen.

Urk. 125.

Erzbiſchof Werner zu Mainz, Reichskanzler in Germanien, ertheilt allen Bußfertigen, welche das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg an beſtimmten Feſttagen beſuchen, oder zu deſſen Werke hülfreiche Hand reichen, einen Ablaß von 40 Tagen. Aſchaffenburg, 8. März 1284.

(Nach dem Copialbuche *M.* 3 S. 12 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Wernerus dei gratia ſancte Maguntine ſedis archiepiſcopus Sacri imperii per Germaniam archicancellarius. Dilectis in chriſto. Abbati et conuentui monaſterij ſancti michaelis in Luneburg ordinis ſancti Benedicti. verdenſis dyoceſis. Salutem et ſinceram in domino karitatem. Si populus iſraeliticus qui ſub legis umbra uiuebat. frequenter adoraturus ad locum quem elegit dominus ut ibi poneret nomen ſuum uota et donaria plurima offerebat. tanto fortius debet populus chriſtianus cui apparuit benignitas et humanitas ſaluatoris. eccleſias in quibus chriſtus uiſibiliter et inpaſſibiliter immolatur congruis honoribus frequentare. quanto certiora ſunt experimenta rerum, quam enigmata figurarum. Cum igitur ſalutiferum ſit et decens eos honore debito uenerari in terris. quos in celo rex regum inmenſa gloria cumulauit. nos deſiderantes ſanctorum reliquias intra eccleſiam noſtram reconditas. a populo chriſtiano ob eius ſalutem uotiua deuotionis inſtantia uiſitarj. De omnipotentis dei miſericordia beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius. ac beati martini meritis et auctoritate confiſi, omnibus uere penitentibus et confeſſis qui ad dictam eccleſiam ueſtram in anniuerſario dedicationis ipſius. quatuor feſtiuitatibus beate marie uirginis. necnon in ſollempnitate beati mychaelis archangeli patroni eiuſdem eccleſie annuatim deuote et humiliter acceſſerint. diuine propitiationis gratiam petituri. uel ad opus ipſius eccleſie manum porrexerit adiutricem. Quadraginta dies de iniuncta ſibi penitentia, ſi conſenſus loci dioceſani acceſſerit miſericorditer relaxamus. Preſentibus perpetuo ualituris. Datum apud Aſchaffemburc anno domini. M.CC.LXXXIIII. VIII. Idus Marcii .. Pontificatus vero noſtrj viceſimo quarto.

Urk. 126.

Biſchof Wittigo zu Meißen ertheilt den Reuigen, welche das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg an beſtimmten Tagen beſuchen, einen Ablaß von 40 Tagen. Aſchaffenburg, 21. März 1284.

(Nach dem Copialbuche *M.* 3 S. 15 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Witego dei gratia. Miſnenſis eccleſie epiſcopus. Vniuerſis chriſti fidelibus per dioceſin verdenſem conſtitutis. Salutem in eo qui eſt omnium uera ſalus. Licet is de cuius munere uenit. ut ſibi a fidelibus ſuis digne et laudabiliter ſeruiatur de habundancia pietatis ſue que merita ſupplicum excedit et uota bene ſeruientibus maiora retribuat quam ualeant promereri deſiderantes tamen populum domino acceptabilem reddere chriſti fideles ad conplacendum ei quibusdam illectiuis muneribus indulgentiis ſcilicet et remiſſionibus, inuitamus ut exinde

reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes itaque ut monaſterium ſancti mychaelis archangeli in Luneburg ordinis ſancti benedicti predicte dioceſis a chriſti fidelibus congruis honoribus frequentetur. De omnipotentis dei miſericordia beatorum apoſtolorum eius Petri et Pauli. ac beati donati martiris Patroni noſtri meritis et auctoritate confiſi omnibus uere penitentibus et confeſſis qui ad dictum monaſterium in anniuerſario dedicationis ipſius. quatuor feſtiuitatibus marie uirginis necnon in feſtiuitate beati mychaelis annis ſingulis duxerint accedendum diuine propiciationis gratiam petiturj. Quadraginta dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer relaxamus preſentibus ualiturus.. Datum apud aſchaffemborch. Anno domini. M.CC.LXXXIIII. XII. kalend. aprilis.

Urk. 127.

Biſchof Friedrich zu Speier bewilligt allen Reuigen, welche das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg an beſtimmten Tagen beſuchen, einen Ablaß von 40 Tagen. Mainz, 28. April 1284.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 17 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Fredericus dei gratia. Spirenenſis eccleſie epiſcopus. Vniuerſis chriſti fidelibus per verdenſem dioceſin conſtitutis. ſalutem in omnium ſaluatore. Licet is de cuius munere uenit. ut ſibi a fidelibus ſuis digne et laudabiliter ſeruiatur. de habundancia pietatis ſue que merita ſupplicum excedit et uota bene ſeruientibus maiora retribuat quam ualeant promereri. deſiderantes tamen populum domino reddere acceptabilem chriſti fideles ad complacendum ei quibusdam illectiuis muneribus indulgenciis ſcilicet et remiſſionibus inuitamus ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes itaque ut monaſterium beati mychaelis in Luneborch ordinis ſancti Benedicti verdenſis dyoceſis, congruis honoribus frequentetur. de omnipotentis dei miſericordia. et beatorum apoſtolorum eius. Petri et Pauli meritis et auctoritate confiſi omnibus uere penitentibus et confeſſis qui ad idem monaſterium in anniuerſario dedicationis ipſius mychaelis et Quatuor glorioſe uirginis marie feſtiuitatibus annuatim accefferint humiliter et deuote. diuine propiciationis gratiam petiturj. Quadraginta dies de iniuncta ſibi penitencia ſi conſenſus loci dioceſani accefferit miſericorditer relaxamus preſentibus perpetuo duraturis. Datum Maguntie. Anno domini. M.CC.LXXXIIII. IIII. kalend. Maij.

Urk. 128.

Biſchof Bertold zu Würzburg bewilligt allen Reuigen, welche das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg an beſtimmten Tagen beſuchen, einen Ablaß von 40 Tagen. Speier, 25. Juli 1284.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 17 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Bertoldus dei gratia Herbipolenſis epiſcopus. vniuerſis chriſti fidelibus per verdenſem dioceſin conſtitutis. Salutem in omnium ſaluatore. Licet is de cuius munere uenit ut ſibi a fidelibus ſuis digne et laudabiliter ſeruiatur. De habundantia pietatis ſue que merita ſupplicum excedit et uota bene ſeruientibus maiora retribuat quam ualeant promererj. Deſiderantes tamen populum domino reddere acceptabilem chriſti fideles ad complacendum ei quibusdam illectiuis muneribus indulgenciis ſcilicet et remiſſionibus inuitamus ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur ut monaſterium beati mychaelis in Luneburg ordinis ſancti benedicti verdenſis dyoceſis honoribus congruis frequentetur. de omnipotentis dei miſericordia et beatorum apoſtolorum eius Petri et pauli meritis et auctoritate confiſi omnibus uere penitentibus et confeſſis qui ad dictum monaſterium in anniuerſario dedicationis eiuſdem Quatuor feſtiuitatibus beate marie uirginis necnon in ſollempnitate beati mychaelis archangeli annuatim humiliter ac deuote accefferint. Quadraginta dies de iniuncta ſibi penitencia ſi conſenſus loci

diocesani accesserit misericorditer relaxamus. Datum spire Anno domini. M.CC.LXXXIIII. VIII. kalend. augusti.

Urk. 129.

Herzog Otto von Braunschweig befreit diejenigen 4 Mark Renten aus Salzgütern, welche Gebhard von dem Berge dem Kloster St. Michaelis in Lüneburg verkauft hat, von dem ihm zustehenden Lehnsrechte. Celle, 14. August 1285.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos dei gratia Otto dux de bruneswich. Recognoscimus puplice et protestamur quod gheuehardus de monte fidelis noster vendidit domino Ludolfo de moulen et Ecclesie sancti Mychahelis in Luneburg redditus IIII marcarum singulis annis in domo cluuinghe superiorj in sartagine que vocatur wechpanne ad sinistram manum cum itur in domum duas marcas, et in domo tancquinghe in duabus sartaginibus que iacent ad dextram manum cum itur in domum duas marcas, et hoc ratum tenemus resignantes eidem ludolfo et Ecclesie iam dicte IIII marcas liberas ab omni Jure feodali, quo ipsas sepedicto gheuehardo contulimus possidendas, Ne autem hoc factum nostrum a posteris nostris reuocari valeat aut infringi presens scriptum sigilli nostri munine iussimus insigniri, Huius rei testes sunt, dominus Luderus abbas et sui fratres, seghebandus, Johannes et Heynricus dicti de monte, dominus Eckehardus de boyceneburg, dominus thidericus de monte, dominus gheuehardus magnus, dominus wernerus de Zwerin, dominus wernerus de medinghe et alii quam plures fide digni et honesti, Datum Zcellis Anno domini, M,CC,LXXXV. Vigilia assumptionis marie virginis

Rundes „SIGILLVM . OTTONIS . DEI GRACIA . DVCIS . DE . BRVNSWIC“ mit dem schreitenden Löwen.

Urk. 130.

Bischof Konrad zu Verden ermahnt zur Beihülfe in Betreff der Vollendung des Baues des Klosters St. Michaelis in Lüneburg, ertheilt allen Bußfertigen, welche dieser Ermahnung folgen, einen Ablaß von 40 Tagen, und bestätigt alle von Erzbischöfen und Bischöfen in dieser Hinsicht bewilligten Indulgentien. 11. Juli 1286.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 13 des Klosters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Conradus dei gratia verdensis ecclesie episcopus. Vniuersis uisuris presentia cum aucmento salutis omne bonum. Quoniam ut ait apostolus, omnes nos stabimus ante tribunal christi recepturj, prout gessimus in corpore siue bonum fuerit siue malum oportet ut diem messionis extreme operibus misericordie preueniamus, nam qui parce seminat parce et metet. et qui in benedictionibus seminat. in benedictionibus metet uitam eternam [1]). Cum igitur Structura monasterij sancti michaelis in Luneburg sine fidelium elemosinis nequaquam consumari ualeat. omnes uos fratres in domino monemus pariter et hortamur. ut unusquisque uestrum de suo. prout sibi deus in corde suo destinauerit elemosinas elargiatur ad structuram dicti monasterij laudabiliter. ut incepta est perficiendam recepturus centuplum in futuro. Nos quoque de omnipotentis dei misericordia. et apostolorum petri et pauli confisi suffragiis omnibus uere penetentibus, contritis, et confessis. Quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Hiis inquam qui ad structuram dicti monasterij sancti mychaelis in Luneburg manum porrexerint adiutricem. Insuper indulgencias venerabilium patrum. archi-

[1]) „Quoniam — eternam. Die vorgeschriebene Formel aus C. 14. X. de poenitentiis et remiss.“ (W.)

epiſcoporum epiſcoporum quorumlibet. ſi quas obtinuerint ſeu optinere poterint monachi dicti clauſtri in Luneburg preſentibus confirmamus. Datum anno domini. M.CC.LXXX. ſexto. Quinto ydus Julij.

Urk. 131.

Ritter Eggehard von Boizenburg ſchenkt dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg zur Feier des Jahresgedächtniſſes ſeines Vaters Otto und ſeiner Mutter Ermengard 1 Mark Renten aus der Saline daſelbſt. Lüneburg, 1287.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Vniuerſis chriſti fidelibuſ hoc ſcriptum viſuriſ, ſeu Auditurif, ekkeharduſ mileſ dictus de boyceneburg ſalutem in domino, Notum ſit preſentibuſ ac poſteriſ, quod noſ pro remedio anime noſtre, et noſtrorum heredum, contulimuſ conuentui monaſterii ſancti michaelif archangeli in caſtro luneburg ad officium karitatiſ, vnam marcam denariorum luneburgenſium, in domo honouer, in ſartagine que wechpanne wlgariter nominatur ſitam ad ſiniſtram manum cum predicta domuſ intratur, annif ſingulif in feſto michaelis ingiter perſoluendam. De preſcripta marca octo ſolidi dabuntur dominiſ in anniuerſario patris noſtri dilecti ottonif defuncti pie memorie. Reſidui octo ſolidi diſtribuantur ſupraſcriptiſ dominiſ in anniuerſario ermegardiſ matris noſtre ſimiliter defuncte bone memorie peragendo, Ad huiusmodi confirmationem et euidenciam veriorem, ſigillum noſtrum preſentibuſ eſt appenſum Datum luneburg Anno domini M.CC.LXXXVII,



Urk. 132.

Herzog Otto von Braunſchweig überläßt dem Propſte Hartwig und dem Convente zu Medingen die Vogtei im Dorfe Haſſel (im K. u. d. A.-V. Winſen a. d. Aller), ein Allod in Deutſch-Evern (im K. Lüneburg A. Lüne) nebſt Geldrenten aus Pattenſen (Kirchd.), Oldendorf (im K. Amelinghauſen, beide A. Winſen a. d. Luhe), Süttorf (im K. Neetze A. Lüne), Wohlenbüttel (im K. Amelinghauſen A. Winſen a. d. Luhe), Eddeſſe (Kirchd. im A. Meinerſen), Dehnſen (im K. Amelinghauſen), Thanſen, Söderſtorf, Evendorf (im K. Raven), Wilſede (im K. Biſpingen, ſämmtlich im A. Winſen a. d. L.) und Rieſte (im K. Bienenbüttel A. Medingen). — Unter den Zeugen Abt Lüder zu Lüneburg. Lüneburg, 3. Auguſt 1287.

(Nach dem Abdrucke bei Pfeffinger Hiſt. des Braunſchw.-Lüneb. Hauſes II 368 f.; cf. Harenberg hiſt. eccl. Gandersh. p. 1694.)

Otto, dei gratia Dux de Brunſwich, univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris ſalutem in Domino, — — Teſtes ſunt dilectus Patruus Noſter Dominus Conradus, Ver-

denſis Epiſcopus, Bernardus, Comes de Dannenberge, Comes de Vlpia, dilectus Nobis Heynricus, Prepoſitus in Brunſwich, Luderus, Abbas de Luneborg, Wernerus Marſchalcus Noſter, Hinricus, Miles de Lintlo, Wernerus de Merica. Datum Luneborg Anno Domini 1287, in Inventione Stephani.

Urk. 132a.

Der Rath zu Lüneburg bezeugt, welche Güter und Renten die Kirche St. Cyriaci und der Pfarrer an derſelben in der Saline zu Lüneburg beſitzt. 1288.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 219 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Omnibus has literas viſuris Conſules ciuitatis luneborg Nicolaus Paron Chriſtian Miles Johannes de Melbeke fredericus de Arena Johannes Bartoldi Tidericus Scroder Gerhardus Garlop Adelholt Hinric Rauenſnider Thidericus Volcmari Nicolaus puer Johannes Dicke ſalutem in virginis filio glorioſo recognoſcimus ac manifeſte proteſtamur Quod eccleſia S. Cyriaci habet dimidium chorum ſalis in ſalina luneborg ad quodlibet flumen qui iacet in domo Egetinge in ſartagine que dicitur gunepanne et iacet ad dextram manum cum ipſa domus intratur. Habet etiam eccleſia S. Ciriaci in domo Euninge in ſartagine que dicitur gunepanne et eſt poſita ad dextram manum cum domus intratur octo ſolidos pertinentes ad vinum cum quo celebratur. Item recognoſcimus quod plebanus Eccleſie S. Cyriaci habet in domo Bethzehuſen in ſartagine gunepanne ad dextram manum IX ſus Datum Anno domini M° CC° LXXX VIII habet etiam plebanus S. Ciriaci in domo Meminge in ſartagine wechpanne et eſt poſita ad ſiniſtram manum vnam marcam illa datur Martini.

Urk. 133.

Abt Lüder, Prior Friedrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis zu Lüneburg überlaſſen dem Müller Heinrich von Bienenbüttel die Mühle zu Bienenbüttel (Kirchd. im A. Medingen) gegen einen Zins. Veſte Lüneburg, 11. Juli 1288.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 17. April 1323.)

Luderus dei gratia Abbas, F. Prior, totusque conuentus Eccleſie ſancti Mychahelis in Luneborch, omnibus preſentia viſuris, ſalutem in omnium ſaluatore, Acta virorum prudentum in obliuionis tumulum tranſferuntur niſi litteratis apicibus, et fideli relatione teſtium fulciantur. Recognoſcimus igitur preſentibus et puplice proteſtamur, quod nos communi conſenſu et pari conſilio conceſſimus et contulimus henrico de binebutle molendinario et ſuis ueris heredibus, molendinum in binebutle, cum ſtadio quodam ſito ſupra molendinum non longo ſpacio, quod videlicet ſpacium in wlgo dicitur wigherdeſberch taliter ut ſi aliquis id ipſum contra noſtram Eccleſiam ſibi preſumpſerit auſu temerario vſurpare quod abſit, nos premiſſo henrico ſuisque heredibus defenſionem et warandiam exhibebimus habundantem. Sepedicto heinrico etiam talem prerogatiuam indulſimus quod quamdiu ipſe et heredes ſui annuum cenſum poſſunt Eccleſie noſtre perſoluere, nullus ipſum aliquibus preuaricationibus vel detractionibus valeat ſupplantare, In cuius facti evidentiam preſentes Litteras ſibi contulimus ad munimen, Datum et actum Anno. gratie, M,CC,LXXXVIII, in caſtro Luneborch. Dominica, die ſancto translationis ſancti benedicti. Huius rei teſtes ſunt dominus Johannes plebanus in wichmannesborch, et dominus nicolaus plebanus in binebutle, et ludolfus olla officialis noſter et wickerus aduocatus noſter et alii quam plures viri fide digni et honeſti.

Verletztes Siegel des Abtes, zweites Siegel abgefallen.

Urk. 134.

Abt Lüder zu St. Michaelis in Lüneburg überträgt dem Kloſter Medingen das Obereigenthum eines Hauſes in Bruchdorf (im K. Barscamp A. Bleckede), ſtatt deſſen ſein Vaſall Otto von Meding ein Haus in Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne) ihm übergeben und zu Lehn empfangen hat. Lüneburg, 27. September 1288.

(Nach einer Copie in der Königl. Bibliothek zu Hannover: „Copiar Meding 1. fol. XXXIIII b." in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc." S. 107. — Abgedruckt bei Lyszmann hiſt. Nachricht von dem Urſprunge ꝛc. des Kloſters Meding S. 11.)

Lyderus Dei gratia Abbas Eccleſie Sancti Michahelis in Luneborch. Omnibus preſencia viſuris ſalutem in vero Salutari. Notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris. quod nos ad peticionem dilecti nobis Hartwici. Prepoſiti in Medinghe proprietatem vnius domus in Brochdorpe. quam a nobis Otto de Medinghe tenuit in beneficio. Eccleſie in Medinge libere contulimus et ſolute. In recompenſationem ipſuis proprietatis antedictus Otto vnam domum in villa Bodendorpe quam libere poſſedit. ad manus noſtras reſignauit. et eadem a Nobis jure recepit pheodali. Ne igitur ab aliquo iſta ordinacio poſſit infringi. preſentem litteram ſigillo noſtro fecimus configniri. Datum Luneburch Anno Domini M.CC.LXXX.VIII. In die Coſme et Damiani martirum beatorum.

Urk. 135.

Erzbiſchof Giſelbert zu Bremen beſtätigt die Verfügung der Wittwe des Ritters Heinrich von Heimburg Adelheid, Tochter des verſtorbenen Ritters Otto von Barmſtedt, über ihre väterlichen Erbgüter, deren Erlös eventuell dem Kloſter St. Michaelis für Seelmeſſen zufallen ſoll. Stade, 12. November 1288.

(Nach dem Abdrucke Pratje A. u. N. VII 355.)

Giſelbertus Dei gratia ſancte Bremenſis Eccleſie Archiepiſcopus. Omnibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in Domino ſempiternam. Ne ea que fiunt in tempore, per lapſum temporis evaneſcant, expedit actus hominum temporales ſcripturis auctenticis confirmari. Hinc eſt, quod tam preſentibus, quam futuris cupimus eſſe notum, quod in noſtra preſentia conſtituta domina Alheydis filia Ottonis quondam militis de Barmeſtede, et relicta Domini Heynrici Militis de Heimborch renunciavit, reſignavit, dimiſit, ac ceſſit cum ſuis heredibus univerſis, bonis univerſis, ac ſingulis fructibus et utilitatibus eorundem, que ſibi de patre ſuo Ottone predicto jure hereditario contingebant, ſeu contingere poterant tempore procedente, pro ducentis quinquaginta marcis examinati argenti, Ottoni militi noſtro ſocero de Bederikeſa, ſuisque heredibus perpetuis temporibus poſſidendis, tali conditione adjecta, ſi filium dicti Ottonis de Bederikeſa, noſtrum conſanguineum, absque herede a ſua filia procreato decedere contigerit, jam dictus Otto de Bederikeſa medietatem predictorum bonorum, ſuique heredes tollent, et percipient pleno jure. Si vero filiam dicte Alheydis absque herede mori contigerit, Domina Alheydis antedicta, et ſui heredes medietatem bonorum predictorum tollent et ſimiliter percipient pleno jure. Inſuper eſt adjectum, quod ſi ante perſolutionem bonorum predictorum ſepedictam dominam Alheydim decedere contigerit, ex tunc filius ſuus verus heres predictas ducentas quinquaginta marcas recipiet ſue matris nomine ſupradicte. ſi autem ipſum heredem filium domini Heynrici de Heimborch ingredi contigerit viam carnis univerſe, ex tunc ſepedictam pecuniam tollet Clauſtrum Sancti Michahelis pro animarum remediis predictorum. Omnibus tamen concluſis ſepedicta Domina Alheydis de memorata pecunia faciet ſuis temporibus, quod ſue placitum fuerit voluntati. Teſtes aderant ſub notati, Segebodo de Borch, Marſcalcus noſter, Hermannus de Eztelenthorpe, Reymbertus et Ericus de Borchholte, Arnoldus de Stathe milites, Johannes de Stathe famulus, et quam plures alii

fide digni. In cujus rei teſtimonium, ac prefate Domine Alheydis conſenſum omnium predictorum noſtrum ſigillum preſentibus duximus apponendum. Datum Stadis, Anno Domini. M CC LXXX. octavo. In craſtino beati Martini.

Urk. 136.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg beſtätigt, auch Namens ſeiner Gemahlinn Mechtild, den ohne ſein Vorwiſſen von der Domkirche zu Lübeck mit Johann von dem Berge geſchloſſenen Kaufvertrag in Betreff einer Geldrente. — Unter den Zeugen Abt Lüder in Lüneburg. 2. Auguſt 1289.

(Nach dem Originale abgedruckt bei Leverkus Urkundenb. des Bisth. Lübeck I 343.)

Dei gratia Otto dux de Bruneswich et Luneburgh. — — Huius rei teſtes ſunt venerabiles domini Abbas Luderus in Luneburgh, Henricus prepoſitus montis ſancti Cyriaci in Bruneswich, Echardus plebanus in Modeſtorpe, Henricus de Wenden, Henricus de Wreſtede, Theodericus de Alten, Echardus de Boyceneburgh, Wernerus de Medinghe, Geuehardus de monte, Otto Barvot milites. In cuius facti eternam memoriam et euidenciam pleniorem preſentibus litteris noſtrum necnon ſigillum vxoris noſtre domine Mechtildis duximus apponendum. Datum, Anno domini, Milleſimo Ducenteſimo, Octogeſimo nono, Quarto Nonas Auguſti.

Urk. 136 a.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg verkauft nebſt ſeiner Gemahlinn Mechtild der Lübecker Kirche ein Saligut in der Saline Lüneburg. — Unter den Zeugen Abt Lüder, Prior und Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg. 2. Auguſt 1289.

(Nach dem Originale abgedr. bei Leverkus Urkundenb. des Bisth. Lübeck I 344.)

Dei gratia Otto dux de Bruneſwich et Luneburg. — — ne ledatur ſepedicta Lubicenſis eccleſia — — voluimus et procurauimus ad habundantem cautelam, vt viginti quatuor milites ſiue armigeri noſtri vaſalli dilecti, quorum nomina hic duximus exprimenda, videlicet Theodericus de Alten, Henricus de wenden, Henricus de wreſtede, Lippoldus et Thethardus de Doren, Echardus de boyceneburg, Echardus ſcacko, Manegoldus de Eſtorpe, Wasmodus kint, Manegoldus ſtruve, Theodericus et Geuehardus de monte, Wernerus de medinge, Hunerus de Odeme, Henricus de monte, Otto barwot, Ludolfus et Conradus de Eſtorpe, Theodericus et Seghebandus de Witdorpe, Albertus Eylemanni filius, milites, Seghebandus et Johannes de monte, Henricus de zwerya, Johannes magnus, Otto de medinghe, Vna nobiſcum preſtita fide promittentur (*ſic*), nos et heredes noſtros premiſſa vniuerſa et ſingula ſeruaturos, quod perduximus ad effectum. Inſuper Conſules et Ciues noſtri Luneburgenſes pro ſe et ſuis ſucceſſoribus, qui pro tempore ſtatuentur, ſicuti nos et noſtri vaſalli predicti, ad noſtras preces ſe in ſolidum obligarunt ad warandiam dictorum bonorum eccleſie Lubicenſi exhibendam, et eam omnino ſecuram reddere perpetuis temporibus et indempnem. Huius rei teſtes ſunt venerabilis pater dominus abbas Luderus, prior et conuentus in caſtro noſtro Luneburg, Henricus prepoſitus montis ſancti Cyriaci in Bruneswich, Echardus plebanus in modeſtorpe, predicti vaſalli, et alii milites et armigeri, predicti Conſules, et alii layci quamplures. In cuiuslibet premiſſorum euidenciam plenioremm preſentes litteras ſcribi et noſtro ſigillo et vxoris noſtre domine Mechtildis et prefatorum Conſulum et Ciuium predictorum, ſigillorum munimine et appenſione fecimus firmiter et inuiolabiliter roborari. Datum Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Octogeſimo nono, ad vincula Petri Quarto Nonas Auguſti.

BAYERISCHE STAATS... MÜNCHEN

Urk. 137.

Aebtiſſinn Hedwig zu St. Mariä in Cöln bezeugt die Aechtheit der Reliquien der eilftauſend Jungfrauen, welche Magiſter Heinrich Cajetanus überbringt. 28. April 1290.

(Nach dem Abdrucke des Originals bei J. L. L. Gebhardi de re literaria coenobii S. Michaelis p. 41.)

Univerſis preſentes litteras viſuris et audituris. Nos Hadewigis dei gratia Abbatiſſa Eccleſie Sancte Marie in Capitolio Colonienſi. Notum facimus, qvod vere ſint reliquie ſanctarum undecim milia Virginum quas Magiſter Henricus cajetanus lator preſentium apportat. In cujus rei teſtimonium atque fidem ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum anno dómini M CC LXXXX. feria ſexta proxima poſt Feſtum ſancti Marcum.

Urk. 138.

Ritter Huner von Ödeme ſchenkt der Kirche St. Michaelis zu Lüneburg den Zehnten zu Heinſen (im K. Embſen A. Lüne). 1291.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 12. Juni und 8. September 1301 und 30. December 1311.)

Fidelibus chriſti vniverſis preſens ſcriptum intuentibus Hunerus miles dictus de odem Salutem in omnium ſalvatore, Que geruntur in tempore de facili evaneſcunt cum tempore niſi cauſa memorie obliuio rerum per ſcripti memoriam auferatur, Hinc eſt quod omnibus preſentem litteram viſuris notum eſſe cupio quod ego huneruf miles dictus de odem pro remedio anime mee et uxoris mee domine oden beate memorie, eccleſie ſancti Michaelis contuli decimam in heynſen iure hereditario poſſidendam, vt in orationibus ſuis noſtri ſint memores et poſt mortem meam anniuerſarium noſtrum ſollempniter agere debent ſicut fratrum eorum et ſororum anniuerſarij agi ſolent Et ut hec donatio perpetuiſ temporibus et inconverſa permaneat ſuper hoc preſentem litteram eccleſie ſupradicte, videlicet ſancti Michaelis donaui, et eam, mej ſigilli et fratrum meorum gheueardi et gherardi, munimine roboraui Acta ſunt hec Anno gratie, M,CC,LXCI. (*sic*).

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 139.

Abt Ludolf, Prior Friedrich und der Convent der Kirche St. Michaelis zu Lüneburg beurkunden die Bedingungen, unter welchen Ritter Huner von Ödeme ihnen den Zehnten zu Hemſen (im K. Embſen A. Lüne) geſchenkt hat, und nehmen denſelben nebſt ſeiner Gemahlinn in ihre Brüderſchaft auf. 1291.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 138 de 1291.)

Ludolphus dei gratia abbaf, Frethericuf prior, totuſque conuentuf eccleſie ſancti Michaelis in luneburgh omnibus hoc ſcriptum viſuris cum devotiſ orationibus ſalutem in vero ſalutari. Ne ea que geruntur in tempore, ſimul cum temporis lapſu labantur. expedit ea ſcripture memoria perhennari, Nouerint igitur vniuerſi chriſti fideles ad quoſ preſens ſcriptum peruenerit, quod huneruf miles, dictus de odem contulit eccleſie noſtre decimam in heynſen iure hereditario poſſidendam tali conditione, in monaſterio altare conſtruetur, quod de conſenſu conuentuf et dicti militiſ hunerj ſive ſui ſenioris filij, vni monacho committi debet, et hic de dicta decima ſe intromittet, et in anniuerſario pretactj militis, vnam, Marcam, dominiſ miniſtrabit, et, III, ſolidos, clauſtralibus et pro pulſatione vigiliarum, in anniuerſario vxoriſ ſue oden pie memorie idem faciet, in anniuerſario domine adelheydiſ de odem XII ſolidos, reſidua pars cedet ad uſus ſacerdotiſ, qui ter in ebdomada ad dictum altare celebrabit, Memoratum, etiam militem hunerum cum vxore ſua Beka in noſtram fraternitatem recipimus

et ipſoſ omnium bonorum Ac orationum noſtrarum participes facimus. Et ut hoc factum firmum et inuiolabile perſeueret, noſtrorum Sigillorum preſens ſcriptum firmauimus munimento Acta ſunt hec Anno gratie, M,CC,LXXXXI.

Länglich rundes „SIGILLVM LVDOLFI DEI GRACIA ABBATIS DE LVNEBV," der Abt ſitzend, zwei Finger der Rechten erhebend, den Stab in der Linken.

Urk. 140.

Segeband von dem Berge verkauft dem Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg eine Hausſtelle im Grimm (bei Lüneburg) unter der Veſte Lüneburg außerhalb der Mauern der Stadt. Lüneburg, 18. Februar 1291.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ego ſeghebandus dictus de monte tenore preſentium recognoſco, quod vendidi, domino Abbati et conuentui monaſterij ſancti mychahelis in luneborch, Aream vnam ſitam in grimmone ſub caſtro memorato extra muros ciuitatis, cum omni iure liberam perpetuis temporibus poſſidendam, In cuius facti euidentiam, preſens ſcriptum fieri, mei ſigilli et amicorum meorum roborari Appenſionibus ſigillorum (*sic*), Datum in Luneborch, Anno dominj, M,CC, Nonageſimo primo, Dominica, Circumdederunt,

Fünf Siegel abgefallen.

Urk. 141.

Abt Ludolf zu Scharnebeck thut kund, daß er die Aecker „Adenbruch" vor Lüneburg, wovon ſeine Kirche dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg jährlich 4 Schillinge zahlte, an die Kirche St. Johannis in Lüneburg verkauft hat. Im April 1291.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 149 vom 31. October 1294.)

Nos, frater Ludolfus, abbas in Riuo ſancte Marie, tenore preſencium Recognoſcimus, Quod cum eccleſia noſtra quoſdam agros ſitos ad meridianam partem Ciuitatis luneburgh extra muros, qui wlgari verbo dicuntur Adenbruch, legitime poſſideret, de eiſdem, eccleſie ſancti mychahelis in luneburgh quatuor ſolidos denariorum annis ſingulis perſoluebat, medio

1) Ein Transſumt der obigen Urkunde vom Biſchofe Friedrich zu Verden iſt im Copialbuche M. 5 Fol. CCXXXI. enthalten.

autem tempore predictos agros eccleſia noſtra vendidit, eccleſie ſancti Johannis in Luneburgh eo iure quo nos eoſdem habuimus, perpetuo poſſidendos, Acta ſunt hec illis diebus quibus dominus heynricus dictus de biwenden plebanus extitit eccleſie ſupradicte, Datum Anno domini, M̊,C̊C,X̊C primo, Menſe Aprili.

Siegel abgefallen.

Urk. 142.

Abt Ludolf, Prior Friedrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Propſte Hartwig in Medingen Geldrenten aus einem Hauſe in Velgen (im K. Hanſtedt A. Ebſtorf) und „Edinge", ein Haus in Jelmſtorf und eine Hausſtelle in Seckendorf (beide im K. Bevenſen A. Medingen). 8. September 1291.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 692 in der Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Ludolfus Dei Gratia Abbas Fredericus Prior totuſque Conventus Eccleſie Sancti Mychaelis in Luneborch omnibus has literas inſpecturis ſalutem in Eo qui eſt ſalus indeficiens. Quia neceſſarium eſt ut acta preſentium ſcripturarum teſtimonio perhennentur ne cum curſu temporis a memoriis hominum evaneſcant recognoſcimus et publice proteſtamur quod nos unanimi conſenſu et bona voluntate dilecto Domino noſtro Hartwico prepoſito ac ſue eccleſie in Medinge vendidimus quedam Bona octo ſolidos in domo Veldinge decem et Septem ſolidos in domo Edinghe quos habuimus annuatim in bonis memorate Eccleſie unam domum in Gelmenſtorpe et aream in Seckerdorpe jure hereditario in perpetuum poſſidenda Et vt hec dicto domino prepoſito et ſue Eccleſie pariterque ſuis ſucceſſoribus inviolabiliter et perpetualiter obſerventur preſentem literam in teſtimonium conſervationis ſigillo noſtro et Eccleſie noſtre dignam duximus roborandam. Acta ſunt hec Anno domini 1291 Nativitate Marie.

Urk. 143.

Vogt Diedrich von dem Berge und der Rath zu Lüneburg thun kund, daß ihr Mitbürger der Rathsherr Johann Bertoldi dem Abte Ludolf zu St. Michaelis in Lüneburg 2 Mark Zinſen aus Salzgütern daſelbſt gegen einen gleichen Zins aus andern Salzgütern überlaſſen hat. Lüneburg 1292.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Thidericus de monte aduocatus in Luneburg. Chriſtianus miles. Albertus hollo. Volcmarus de Arena. Thidericus zabel. Johannes Bertoldj. Adheloldus. Nicolaus puer. Ludolfus hoppenſac. Thidericus de Hertesberghe. Johannes de Blekede. Seghehardus. Johannes albus. eiuſdem conſules ciuitatis. Recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes. quod Johannes Bertoldj ſuperius adnumeratus Burgenſis noſter habens duas Marcas luneburgenſium denariorum annuatim jure cenſualj in feſto ſanctj Mychahelis ſingulis annis tollendas in domo Huttinghe ad dextram manum cum ipſa domus intratur. in ſartaginem que Gunchpanne wlgariter nuncupatur. permutauit ipſaſ duaſ Marcas cum venerabilj domino Ludolfo abbate in Luneburch pro duabus marcis Luneburgenſium denariorum. quas dictus dominus. Ludolfus abbas habuit in feſto ſanctj Mychahelis ſingulis tollendas in Inferiorj Dernerzinghe ad ſiniſtram manum cum domus intratur. in ſartagine que Gunchpanne generaliter nominatur. Vt autem hec permutatio inuiolabiliter perfeueret. preſentem paginam ſigillo noſtre Ciuitatis duximus roborandam. Datum Luneburch. Anno dominj ... M̊ ... C̊C̊ ... LXXXX̊. ſecundo.

Verletztes Siegel der Stadt Lüneburg.

Urk. 144.

Vogt Diedrich von dem Berge und der Rath zu Lüneburg thun kund, daß Werner von Schwerin der

Jüngere, Werner's Sohn, dem Burchard Clericus, Wasmod's Sohn, ein Fuder Salzgut bei jeder Fluth in der Saline daſelbſt verkauft hat. Lüneburg, 18. October 1292.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Thidericus de monte aduocatus in Luneburch. Chriſtianus miles. Verdewardus. Thidericus zabel. Herderus. Johannes roſſac. Andreas. Nicolaus de molendino. Thidericus volcmarj. Johannes dicke. Otto Herwicj. Johannes helmoldj. Hartwicus volcmarj eiuſdem conſules Ciuitatis. Recognoſcimus et tenore preſentium proteſtamur. quod wernerus de zwerin Junior filius dominj wernerj de zwerin vna cum fratribus ſuis de conſilio et conſenſu suorum patruorum ſcilicet dominj Thidericj de zwerin Canonicj in Bardewic. et dominj Hinricj de zwerin militis necnon omnium legitimorum heredum ſuorum de bonis ſuis liberis ac hereditariis. que poſſederunt a patre ſuo ac progenitoribus ſuis vendiderunt vnum plauſtrum ſalis quolibet flumine in ſalina Luneburch. Borchardo Clerico, filio waſmodj iuxta ſultam. iure hereditario perpetuo poſſidendum. Hoc ipſum plauſtrum ſitum eſt in domo Vdinghe. ad ſiniſtram manum cum domus intratur. in ſartagine que wechpanne wlgariter nominatur. talj condicione interpoſita. vt ſi dictus wernerus a feſto omnium ſanctorum nunc inſtantj hinc inde uſque ad annum adeo bonum et bene ſituatum plauſtrum cum ſuis fratribus reemere poterit et voluerit ut dicto Borchardo ſufficiat in eodem in hoc idem wernerus et fratres ſui liberam habeant optionem. Si uero ipſo termino tranſuoluto non reemerint, extunc prefatus Borchardus ipſum plauſtrum jure hereditario perpetualiter optinebit. ita quod illud dare, vendere aut in quoſcunque voluerit vſus conuertere poterit. non obſtante contradictione aliqua renitente. In huius rej teſtimonium preſens ſcriptum ſepedicto Borchardo. ſigillo noſtre Ciuitatis dedimus communitum. Datum Luneburch Anno dominj. M.CC.LXXXXII. Luce Ewangeliſte.

Siegel abgefallen.

Urk. 145.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg verkauft ſammt ſeiner Gemahlinn Mechtild der Lübecker Kirche ein Salzgut in der Saline Lüneburg. — Unter den Zeugen Abt Ludolf, Prior und Convent in Lüneburg. 1. Januar 1293.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Leverkus Urkundenb. des Bisth. Lübeck I 349. — Vergl. Copiar XIII 2 f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Dei gratia Otto Dux de Bruneſwich et Luneburg. vniuerſis chriſti fidelibus preſens ſcriptum cernentibus in ſalutis auctore ſalutem. Veritatis amica ſemplicitas acta legitime ſe geri non patitur vt poſtmodum aliqua interueniente calumpnia deformentur. Nouerint igitur tam preſentes quam poſteri, quod nos vna cum uxore noſtra Duciſſa Mecthildi uendidimus pro Sexcentis marcis numerate pecunie et denariorum Lubicenſium Treſ choros ſalis in Salina noſtra Luneburg in quolibet flumine exhibendos Lubicenſi Eccleſie ſiue miniſtris Eccleſie Lubicenſis de domibus Dhetmeringe et Bruchuſen, Reſignantes predictos choros ad lapides ſecundum conſuetudinem loci, tranſferentes cum teda in dictam Eccleſiam proprietatem chororum eorumdem cum omni iure quod nobis et noſtris heredibus ſiue ſucceſſoribus noſtris in prelibatis choris competit uel competere poterit in futurum Quos choros dicta Eccleſia liberos ſiue exemptos ac ab exactione qualibet expeditos retinebit, ſicut nos et pie memorie pater noſter dinoſcebamur eos antea poſſediſſe Sane cum rerum euentus multipliciter uarietur, ne ledatur ſepedicta Lubicenſis Eccleſia, quam ſpeciali affectu proſequimur et fauore, ad habundantem cautelam a conſulibus et Ciuibus noſtre Ciuitatis Luneburgenſis optinuimus, quod ipſi pro ſe et ſuis ſucceſſoribus quj pro tempore ſtatuentur vna nobiſcum ſe inſolidum

obligauerunt ad warandiam dictorum bonorum Eccleſie Lubicenſi exhibendam, et eam omnino ſecuram facere perpetuis temporibus et indempnem. Huius rei Teſtes ſunt venerabilis pater dominus abbas Ludolfus, prior et Conuentus in Caſtro noſtro Luneburg. Henricus prepoſitus montis ſancti Cyriaci in Bruneſwich. Echardus plebanus in Modeſdorp, Echardus noſter notarius. Thidericus de Monte, Wernerus marſcalcus de medinge, predicti Conſules, et alii clerici et laici quam plures In quorum omnium premiſſorum euidenciam pleniorem preſentes litteras ſcribi, et noſtro Sigillo, ac uxoris noſtre domine Mecthildis et prefatorum Conſulum ac Ciuium Sigillorum munimine fecimus firmiter et inuiolabiliter roborarj. Datum Anno domini. M.CC. Nonageſimo, Tercio. Ipſo die Circumciſionis domini.

Siegel abgefallen.

Urk. 146.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg und ſeine Gemahlinn Mechtild verkaufen den Prälaten, Rittern und Knappen und allen Einwohnern im Lande Lüneburg, Harburg, Thune, Bodenteich, Bierde, in den Kirchſpielen Walsrode, Fallingboſtel, Neuenkirchen, Bergen und Hollenſtedt, den Städten und Weichbilden Lüneburg, Uelzen, Wittingen, Lüchow, Dannenberg, Hitzacker, Bleckede, Dahlenburg, Bevenſen, Winſen, Hittfeld und den Einwohnern aller Ortſchaften, wo Lüneburger Geld gebräuchlich iſt und herzogliche Münzbeamte von jeher dem Wechſeln vorſtanden, ihre Münze zu Lüneburg, beſtimmen über die Gerichtsbarkeit in Münzangelegenheiten und andere desfallſige Gerechtſame, und geloben, daß keine andere Münze innerhalb der bezeichneten Grenzen errichtet werden ſoll. 6. Januar 1293.

(Nach dem regiſtrum principum in der Königlichen Bibliothek zu Hannover. — Abgedr. in den Hannoverſchen Beiträgen zum Nutzen und Vergnügen vom Jahre 1762 911, bei Sudendorf Urkundenb. zur Geſch. d. Herz. von Braunſchw. und Lüneb. I 75 f.)

In nomine dominj Amen. Otto dej gratia. Dux de Brunſw.˜ et Luneburch. Mechtildis duciſſa uxor eiuſdem. Omnibus has litteras inſpecturis Salutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Quod in tempore geritur cum tempore ſimul labitur. niſi ſcriptis infertum fuerit aut uoce teſtium confirmatum. Hinc eſt quod tam preſentis quam futurj ſcire cupimus vniuerſoſ. quod vnanimi conſenſu habito conſilio cum fidelibus conſiliariis noſtris cauſa utilitatis noſtre monetam noſtram in Luneborch rationabiliter vendidimus cum omni iure. penſionibus et fructibus. Abbatibus. prepoſitis. aliisque eccleſiarum prelatis. militibus. famulis. vniuerſisque in terra Luneborch Horborch. Tune. Bodendike. Bireden. In parrochiis walſrode. Valingheborſtelde Nigenkerken. Bergen. Holdenſtede commorantibus. et dilectis burgenſibus. Ciuitatum et opidorum. Luneburch. Vlleſſen. Witinghe. Luchowe. Dannenberghe. Hidzakere. Blekede. Dalenb.˜ Beuenhuſen. Winſen. Hetfelde. Ceterisque hominibus opidorum et villarum in quibus moneta Luneburgenſis ſoluere conſueuit, et monetarii noſtri cambitioni preſederunt ab antiquo. tam ipſis qui nunc viuunt quam heredibus et ſucceſſoribus eorum iure hereditario et proprietatis ex nunc in perpetuum poſſidendam. Nobis, heredibus, ſucceſſoribus, aduocatiſque noſtris nichil iuris in eadem penitus reſeruantes. Renuntiauimus enim omni iuri, quod in dicta moneta nos. et dilectus pater noſter dux Johannes. et progenitores noſtri a prima fundatione ciuitatis Lvneborch habuimus, ita quod milites et Conſules Ciuitatiſ Lvn.˜, qui ad hoc electi ſingulis annis iurabunt, plenam iuriditionem et auctoritatem habeant monetarium ponendi. vnam, eandemque monetam ſeruandi, augmentandi, variandi, ſi, quotienſ, et quando decreuerint, ſuos falſarios et eos quos cum iniuſta libra deprehenderint, in quibuscunque locis, per ſe, non per nos, nec per aduocatos noſtros, iudicandi, capitali, aut quacunque alia iuris ſententia fuerint puniendi. Nulla etiam alia moneta habebitur preter quam vendidimus in perpetuum in terminis ſupradictis. Summa pecunie hec eſt pro qua vendidimus monetam ſepedictam. De

vnaquaque domo de qua exit aratrum ſex ſolidos denariorum hamburgenſium et tres ſolidos eiuſdem monete, de vnaquaque domo de qua exit. hako accepimus per terminos memoratos. Burgenſes de Luneburch pro ſe ſeptingenta talenta denariorum hamburgenſium nobis perſoluerunt integraliter et complete. Ciues de vlleſſen. et de Dannenberge perſoluerunt quod eis proportionaliter conpetebat. Vt autem hec premiſſa inconcuſſa maneant et perpetua, ad manus abbatum, prepoſitorum, militum, famulorum, Burgenſium predictorum, et hominum tocius terre, Ekhardo ſchackoni. Thiderico de monte. Gheuehardo de monte et Hinrico de Zweryn militibus, Alberto hollen. Johannj Bertoldi. Herdero. et Johannj roſſac burgenſibus in Luneburch fidem preſtitimus manualem. et preſentem litteram in huius contractus teſtimonium ſigillorum noſtrorum appenſionibus duximus roborandam. Datum Luneburch Anno domini M.CC. Nonageſimo Tercio. In Epyphania dominj.

Urk. 147.

Segeband von Wittorf ſchenkt dem Kloſter Medingen eine Geldrente aus Bardowiek. — Unter den Zeugen Abt Ludolf zu Lüneburg. 25. Mai 1293.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 392 Beil. 377 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Omnibus preſencia viſuris Seghebandus dictus de Wittorpe ſalutem in eo qui eſt vera ſalus. Recognoſcimus et preſentibus litteris proteſtamur quod nos de conſenſu heredum noſtrorum eccleſie Medinge quatuor ſolidos in villa bardewic in curia ymmonis iuxta forum omni anno tollendos libere contulimus et donamus et reſignamus ad manus domini Hartwici eiusdem eccleſie Prepoſiti Vt noſtra donatio maneat inconvulſa preſentem litteram noſtro firmauimus ſigillo et dilecti fratris noſtri Hynrici Teſtef ſunt Dominus Ludolfus abbas de Luneborg ſocer noſter ekehardus de boyceneborg. eckehardus ſcacko et alii plures fidedigni Acta ſunt hec anno domini M° CC° LXXXXIII° in die Sancti Vrbani.

Urk. 148.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, in welcher Weiſe das Geſchenk einer Mark Einkünfte aus der Saline daſelbſt zur Feier eines Jahresgedächtniſſes des Geiſtlichen Gerhard in den Kirchen St. Johannis, St. Cyriaci und St. Lamberti zu Lüneburg vertheilt werden ſoll. Lüneburg, 30. November 1293.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneborch. Johannes de melbeke. Thidericus Zabel. verdewardus. Andreas Adololdus. Nycolaus de molendino. Thidericus volcmari. Johannes beue. Johannes albus. Hartuicus volcmari. Thidericus de cunis. Albertus hollo junior. Tenore preſentium publice proteſtantes recognoſcimus quod fraternitas ſancti ſpiritus unanimi conſilio et conſenſu vendidit honeſto viro. domino Gherardo ſacerdoti. quondam Capellano ad ſanctum Johannem in modeſtorpe. unam marcam denariorum Luneborgenſium. in redditu annuatim tollendam. ſingulis annis in aſſumpcione ſancte Marie virginis. in ſalina Luneborch. in domo Ekbertinge, ad ſiniſtram manum. cum domus intratur in ſartagine que gunchpanne wlgariter nominatur. iure hereditario perpetualiter poſſidendam. Quam videlicet marcam redditus, memoratus dominus Gherardus. ſacerdos felicis memorie. pie propter deum contulit ad altare ſancte crucis. eccleſie ſancti Cyriaci. poſſidendam perpetuo ſub hac forma. ut dominus Johannes de palborne nunc rector eiuſdem altaris. ſuique ſucceſſores qui pro tempore fuerint. rectores altaris memorati in anniuerſario prefati domini gherardi. ſingulis annis. de ipſa marca retineant. ad ſuos proprios vſus quatuor ſolidos propter diſpenſacionem, ac diſtributionem infra ſcriptam et anniuerſarium dicti domini gherardj. eo diligentius peragendam.

Reliquos uero duodecim ſolidos memoratus dominus Johannes de palborne, diuidat in hunc modum ita quod ſex ſolidos denariorum ordinet aut procuret, Eccleſie ſancti Johannis. hoc modo diſtribuendos. ſcilicet cuilibet ſacerdotum vnum ſolidum reſiduum vero de ipſis ſolidis inter ſcholares eiuſdem Eccleſie diuidatur. ſacerdoti uero, qui pro tempore fuerit rector eccleſie ſancti Lamberti. vnus ſolidus preſentetur, Reſidui uero quinque ſolidi. diſtribuentur in Eccleſia ſancti Cyriaci. videlicet cuique ſacerdotum ſolidus vnus reliquum uero ſcolaribus tribuatur. qui in anniuerſario. ſepedicti domini gherardi vigiliis et miſſis voluerint intereſſe. hoc ordine anniuerſarius. ſepedicti domini gherardj. in prenotatis Eccleſiis Luneborch. annis ſingulis perpetualiter recolatur. In premiſſe ordinacionis euidenciam teſtimonij pleniorem preſentem litteram. memorato domino Johanne de palborne. ſuisque ſucceſſoribus. ſigillo noſtre Ciuitatis dedimus inſignitam. Datum Luneborch. Anno dominj. M.CC.LXXXXIII. Andree apoſtoli.

Rundes Siegel der Stadt Lüneburg.

Urk. 148a.

Biſchof Konrad zu Verden erſucht die Herzoginn Mathilde von Braunſchweig, Herrinn zu Lüneburg, diejenigen Mönche des Kloſters St. Michaelis, welche bei Ungebührlichkeiten außer ihrem Kloſter betroffen werden, durch ihren Vogt und ihre Knechte ergreifen und in's Gefängniß werfen zu laſſen. (Ohne Jahr) [1]).

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Beglaubigte Abſchriften de 1723 und 1724. — Abgedruckt bei Sudendorf Urkundenb. I 70 Urk. 112.)

Illuſtri et in chriſto dilecte domine, M. Ducisſe, De brunſwic, ac domine in luneborg, C. Dei gratia verdenſis epiſcopus, cum ſincera deuotione paratam ad obſequia uoluntatem, Quia monachi ſancti Michahelis in luneborg, ſecundum quod a multis frequenter intelligimus, nec propriam honeſtatem attendentes, nec etiam mandatum noſtrum in aliquo formidantes, obſeruancie regulari minime ſunt intenti, ſed tanquam uagi, die et noctu currunt per plateas, et extra ciuitatem ad libitum, et commeſſationibus et domorum efractionibus noctuis et inſolentijs huiusmodi intereſſe dicuntur, dominationi ueſtre committimus et pro peccatis uobis injungimus, ut qui tales inuenti fuerint, et deprehenſi, per aduocatum, et ſeruos ueſtros, detineri faciatis, et carcerari cuſtodie mancipari, ut cum diſtrictionem eccleſiaſticam contempnere uideantur, ſaltem per ſeculare iudicium conpeſcantur,

Siegel abgefallen.

---

1) Zwiſchen den Jahren 1288—1300.

Urk. 149.

Heinrich, Domdechant zu Verden und Propſt zu Bardewiek, thut kund, daß der jezeitige Pfarrer zu St. Johann in Modestorpe von den Gütern „Adenbruch" (vor Lüneburg), welche er als Pfarrer daſelbſt von dem Kloſter Scharnebeck gekauft hat, 4 Schillinge Zins an die Küſterei des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg jährlich entrichten muß. Verden, 2. November 1294.

(Nach dem Transſumte des Biſchofs Friedrich zu Verden im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 141 vom April 1291.)

H. dei gratia verdenſis Eccleſie maior Decanus ac prepoſitus in Bardewich omnibus preſens ſcriptum viſuris ac audituris ſalutem et orationes in chriſto. Recognoſcimus et ſerie preſentium publice proteſtamur quod quicumque pro tempore fuerit plebanus Eccleſie ſancti

Johannis in modeſtorpe cuj noſ quondam preſedimus. quatuor ſolidos. Luneburgenſium denariorum de bonis in adenbroke, que noſ ad predictam Eccleſiam comparauimus in modeſtorpe noſtro tempore de Cenobio riuj Sancte marje. ordinis Cyſterſienſis ad cuſtodiam monachorum in Luneburg. Ordinis Sanctj benedictj quolibet anno tenetur cenſualiter erogare. In cuius rej euidens teſtamentum preſentem cartulam, iuſſimus noſtri ſigillj appendiculo communirj. Datum verde anno dominj M.CC.XCIIII. In Craſtino Omnium Sanctorum.

Urk. 150.

Vogt Heinrich Heger und der Rath zu Lüneburg thun kund, daß Ritter Ulrich von Mule der Kirche St. Cyriaci ein halbes Fuder Salzgut in der Saline zu Lüneburg erbeigen verkauft hat, und bezeugen überdieß, daß beſagte Kirche eine Rente von 5 Schillingen an einem Hauſe bei ihrem Kirchhofe beſitzt. Lüneburg, 11. November 1294.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 239—240 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Nos hinricus heger aduocatus in luneborg Johannes de Melbecke Johannes Bartoldi Waldemarus, Volcmarus de Arena Andreas Arnoldus Schiltſten Gerhardus Garlop Adeloldus Thidericus de hertzebergen Johannes Beuen Thidericus Burmeſter Hermannus Albus eiusdem conſules Ciuitatis Luneborg tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes quod Olricus de Mule miles vnanimi conſilio et conſenſu omnium legitimorum heredum ſuorum vendidit Eccleſie Sancti Ciriaci dimidium plauſtrum ſalis quolibet flumine tollendum in ſalina luneborg in domo bouinge ad ſiniſtram manum ubi ipſa domus intratur in ſartagine que wechpanne vulgariter nominatur Jure hereditario perpetualiter poſſidendum. Inſuper recognoſcimus proteſtantes manifeſte quod dicta eccleſia habet annuatim in reditu v ſolidos denariorum luneburgenſium in domo hinrici apotecarii que domus eſt ſita iuxta Cimiterium Sancti Ciriaci jure hereditario perpetuo poſſidendos. In huius euidentiam pleniorem preſentem paginam predicte Eccleſie Sigillo Civitatis dedimus inſignitam. Datum luneborg Anno Domini M° CC° XCIIII° in die ſancti Martini Epiſcopi.

Urk. 151.

Ritter Gevehard vom Berge ſchenkt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg eine Rente von einer Mark aus ſeinen Gütern in Wetzen (im K. Raven A. Winſen a. d. L.). 1. Februar 1295.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 54 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ne ea que aguntur in tempore ſimul tranſeant cum lapſu temporis poni ſolent in linguis teſtium. uel ſcripture memorie perhennarj. Hinc eſt quod ego geuehardus miles dictus de monte omnibus preſentia uiſuris ſeu audituris notum eſſe cupio. quod omnium uerorum heredum meorum conſenſu. eccleſie ſancti michaelis in luneburg. pro remedio anime uxoris mee. bone memorie. domine Elizabeth in bonis meis weddeſſen marcam denariorum annuatim. octo ſolidos in feſto paſcho. et octo ſolidos. in feſto beati michaelis tollendos. contuli iure hereditario. Sub hac forma. Quod cum eiuſdem eccleſie monachis. quinque marcas hamburgenſium denariorum dedero. VIII. ſolidi de predicta marca ad uſus meos reuertentur. Si uero decem marcas hamburgenſium denariorum eis dedero ſepefata marca ad me integraliter perueniet iterato. Ipſi autem cum dictis decem marcis alibi, ubi eis uidebitur expedire ad anniuerſarium prefate domine peragendum. marcam denariorum meo conſilio medio comparabunt. Vt igitur hec donatio et omnia premiſſa a predictis monachis. et me. et meis heredibus inuiolabiliter obſeruentur. preſens ſcriptum meo ſigillo roboraui.. Datum Anno domini. M°.CC°.XC.V°. in uigilia Purificationis beate marie virginis.

Urk. 152.

Biſchof Konrad zu Verden beſtätigt die von jeher beſtandene Trennung der Güter der Abtei und des

Convents im Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg, und die Enthebung des Priors und Convents von der Verpflichtung, aus ihren Einkünften in die Abtei täglich Brod und Bier für zwei Perſonen zu liefern, weil ſie zur Abtragung der Schulden, welche der Abt Lüder gemacht hatte und ſein Nachfolger Abt Ludolf nicht überwältigen konnte, unter Entbehrung beigetragen haben. 25. Mai 1295.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

In nomine domini amen. Conradus dei gratia verdenſis Eccleſie Epiſcopus, Omnibus preſentis littere inſpectoribus ſiue Auditoribus, Salutem fructuoſam et ſempiternam in domino karitatem, Cum et plantare ſacram Religionem, et plantatam fouere modis omnibus debeamus Numquam hoc ſalubrius Exſequimur, quam ſi nutrire ea que recta ſunt, et corrigere que profectum virtutis impediunt Commiſſa nobis Auctoritate efficaciter ſtudeamus, Ea propter ſcire cupimus, tam preſentes. quam poſteros Quod cum Luderus quondam abbas monaſterij Sancti Michaelis in Luneburch noſtre diocefis felicis memorie intollerabilem contraxiſſet farcinam debitorum Nec Ludolphus abbas ſucceſſor ipſius de bonis ad abbaciam ſpectantibus ſpecialiter, ad ſatisfaciendum creditoribus commode ſufficeret, prior et conuentus eiuſdem monaſterij ob dilectionem abbatis. et monaſterij vtilitatem, quamquam ad hoc minime tenerentur, De bonis ad prebendas ſuas pertinentibus, dumtaxat, Eo quod abbatis et conuentus bona et prouentus ſint, omnino diuiſi etiam et fuerint ab antiquo, Una cum ipſo abbate debitorum ſolutionibus non ſine graui detrimento Cottidianorum victualium follicitius intenderunt Et licet ſicut pretangitur, abbatis et conuentus predictorum, prouentus, ſint, et fuerint, a tempore cuius non exſtat memoria penitus ſequeſtrati, Nichilominus prior et conuentus adminiſtrandum abbati qui fuit pro tempore, Panem et Cereuiſiam duabus perſonis competentem, de ſuis prouentibus Singulis diebus ex quadam conſuetudine cuius ignorabatur Ratio tenebantur Porro, memoratus abbas benuolentia et pio affectu quos Prior et conuentus ſepefati ad ſe et monaſterium ſuum in omnibus ſuis ſpontanea voluntate Subleuandis fauorabiliter habuerant mutua ſinceritate inſpectis in Reconpenſam Subſidij prenarrati Sibi benigno fauore inpenſi, Priorem et conuentum Sepedictos a preſtatione panis et Cereuiſie in futurum facienda pro ſe et ſuis ſucceſſoribus duxit perpetuo et irreuocabiliter abſoluendos Nos quoque de conſilio, voluntate Ac vnanimi conſenſu Decani. et Capituli. noſtre Eccleſie preſcriptam et hactenus obſeruatam Bonorum abbatis et conuentus omniſariam ſequeſtrationem ac Panis et Cereuiſie De cetero A priore et conuentu abbatibus non miniſtrande inconwlſam Relaxationem Ratas habemus. approbamus. et preſentis ſcripti patrocinio Auctoritate qua fungimur confirmamus. Decernentes ut nullus omnino abbas antedictas ordinationes A nobis confirmatas. Preſumat Auſu temerario infringere uel quomodolibet immutare. Ut autem Singula et uniuerſa premiſſa in ſuo perſeuerent indiſſolubiliter Robore preſentem paginam. noſtro. et Capituli noſtri Sigillis procurauimus Roborari Nos etiam henricus Decanus. et Capitulum Eccleſie verdenſis ordinationibus preſcriptis conſenſimus Sigillum noſtrum in noſtri conſenſus teſtimonium preſentibus apponentes. Cum igitur ſingula et uniuerſa ſuperius recitata De noſtra ſcilicet Ludolphi abbatis monaſterij ſancti Mychaelis in Luneborch prenominati. eo modo quo ſunt Preſcripta proceſſerunt voluntate et conſenſu et ipſa per nos fuerint ordinata Nos ad ſuperhabundantem omnium premiſſorum firmitatem et Cautelam hanc paginam exinde confectam noſtri Sigilli appenſione Juſſimus communiri Datum Anno domini. Milleſimo. Ducenteſimo. Nonageſimo. Quinto, Octauo kalend. Junij in Die Urbani Pape.

Erſtes Siegel abgefallen; länglich rundes „SIGILLVM . CAPITVLI . VERDENSIS . ECCLESIE“, drei Figuren, inmitten die Madonna; länglich rundes Siegel des Abtes Ludolf, wie unter der Urk. 139 vom Jahre 1291.

Urk. 153.

Ritter Ludolf von Evering verſpricht dem Abte Ludolf zu St. Michaelis in Lüneburg, daß er für

die von demſelben ihm ertheilte Erlaubniß, die Straße Greving auf der Saline, ein Abtslehn, zu verkaufen, ein Fuder Salzgut daſelbſt ankaufen und zu Lehen vom Abte nehmen will. Lüneburg, 7. Januar 1296.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ego ludolphus de Eueringhe miles. Tenore preſentium Recognoſco. me habuiſſe vnam viam que dicitur via greuinghe in ſalina luneburgh cuius vie dimidietatem uel quantum plauſtrum ſalis in eadem ſalina ſoluere poterat habui de domino abbate, monaſterij ſancti Michaelis in luneburgh iure pheodali. Neceſſitate igitur michi imminente. prefati monaſterij abbas ludolphus proborum virorum precibus inclinatus eandem viam michi vendere licentiauit Sub hac forma. quod in feſto paſche proxime venturo ad duos annos vnum plauſtrum ſalis in eadem ſalina Luneburgh emere debeo. et abbati prefato reſignare uel alteri qui tunc temporis ſepedicti Monaſterij prouiſor extitit. et ab ipſo. iure pheodali. quo. iuxta quantitatem plauſtri in via predicta habui me promiſi recepturum. ſi uero medio tempore quod abſit morte preuentus fuero. hanc conditionem mei heredes firmiter obſeruabunt. vt igitur hoc. firmum et inuiolabile perſeueret. Nos thidericus de wettorp Drochtlews de beneſholte. Ludolphus de Eueringhe prefcriptus. Hunerus de odem. Gheuearduſ de odem milites. ſuper condicione in ſolidum quod vulgariter dicitur mit ſamender hant promiſimuſ fide data. Ita quod poſt feſtum paſche proxime venturum ad duoſ annoſ. Luneburgh intrare debemuſ. nullatenuſ exituri. niſi priuſ omnia premiſſa totaliter fuerint adimpleta. In huius ordinationiſ et federiſ euidentiam. preſenſ ſcriptum ſigillorum noſtrorum appenſionibus fecimus Roborari. Datum luneburgh Anno domini. M.CC.LXXXX.VI. ſequenti die poſt Ephiphaniam Domini



Ein Stückchen des Siegels Gevehard's von Ôderne mit zwei fünfblättrigen Roſen.

Urk. 154.

Abt Ludolf, Prior Friedrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg übertragen dem Kloſter Medingen das Obereigenthum an fünf Häuſern in Eddelſtorf (im K. Alt-Medingen A. Medingen). Lüneburg, 24. Juni 1296.

(Nach einer Copie in der Königlichen Bibliothek zu Hannover: „Copiar. Meding. 1. Fol. XLII^{b}" in „Älterhand Nachrichten und Urkunden" ꝛc. S. 115.)

Ludolfus Dei gracia Abbas. Fredericus Prior. Totusque Conuentus Eccleſie Sancti Michahelis in Luneborch. Omnibus preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris. Salutem in Domino ſempiternam. Ab humana facilius labuntur memoria. que nec voce teſtium. nec ſigillatis apicibus eternantur. Ad noticiam itaque tam preſentium quam futurorum cupimus deuenire. quos nos propter Deum. nec non ad peticionem dilecti nobis Hartwici Prepoſiti et Werneri militis dicti de Medinge. proprietatem quinque domorum in villa Edelſtorpe cum omnibus attinencijs. quas predictus Wernerus et ſui fratres a Nobis in beneficio tenuerunt. Eccleſie et Conuentui in Medinge libere contulimus et ſolute. Ne igitur ab aliquibus ſucceſſoribus noſtris iſta donatio poſſit infringi. preſentem litteram Sigillis noſtris fecimus inſigniri. Datum Luneborch. Anno Domini. M.CC.LXXXXVI. In die Sancti Johannis Baptiſte.

Urk. 155.

Abt Ludolf, Prior Friedrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg beurkunden, auf welche Weiſe der Altar zur Ehre St. Michaelis, welchen Propſt Hartwig zu Medingen mit einem Fuder Salzgut aus der Saline daſelbſt dotirt hat, verwaltet werden ſoll. Lüneburg, 4. Juli 1296.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ludolphus dei gratia abbas, Fr, prior totusque Conuentus Eccleſie ſancti Michaelis in luneburgh ordinis Beati Benedictj. omnibus preſentia uiſuris ſeu audituris ſalutem in domino ſempiternam Ne rei geſte veritas denigretur neceſſe eſt, ut Actio mutua. priuilegijs auctenticis perhennetur Hinc eſt quod tenore preſentium ad notitiam deuenire Cupimus ſingulorum. quod dominus Hardewicus prepoſitus in medinghe. diuina motus pietate. Et noſtre Eccleſie Speciali fauore ductus. uno plauſtro ſalis, Scito in domo vdinghe ad ſiniſtram manum Cum domus intratur in ſartagine que wechpanne nominatur. quoddam altare in honorem ſancti michaelis dotauit In hoc apud chriſtum ſempiternam ſui memoriam relinquendo. Ita tamen quod dominus prior quicumque pro tempore fuerit. idem altare conmittat alicui confratrum ſuorum conſenſu domini abbatis et conuentus. verum cum orare pro defunctis ſit tam ſancta cogitatio quam ſalubris. frater cui altare conmiſſum fuerit in memoriam abbatum et dominorum defunctorum, miſſas pro defunctis celebrabit niſi legitima excuſatione interpoſita et feſtis obſtantibus quibus poterit excuſari. ſi uero aliter fecerit ſciat ſe inſtitutis violatis grauiter exceſſiſſe. Idem etiam confrater qui altari preſtitutus fuerit duas Marcas et quatuor ſolidos de predicto plauſtro Annis ſingulis conuentui miniſtrabit. Ut autem hec dotatio et eiuſdem ordinatio inviolabilis perſeueretur In euidentiam ueritatis ſigilla noſtra preſentibus

ſunt appenſa Datum Luneburgh Anno gratie. M.CC.LXXXX.VI. In vigilia Margarete virginis et Martiris.

Siegel des Abtes abgefallen.

Urk. 156.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Margarete, Wittwe des Heinrich Greving, dem Vicar Johann von Parchim in der Kirche zu Lübeck ein Fuder Salzgut in der Saline zu Lüneburg auf Wiederkauf übertragen hat. Lüneburg, 4. September 1296.

(Nach einem Transſumte im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos margareta totuſque conuentus eccleſie beati iohannis ewangeliſte in lubeke omnibus has litteraſ inſpecturis orationes in chriſto. Recognoſcimus et proteſtamur ſigilli noſtri conuentus litteram ciuitatis luneborch munitam et ſaluam vidiſſe et legiſſe in hunc modum. Nos conſules ciuitatiſ luneborg. Johannes de melbeke. Thidericus zabel. verdewardus. Andreas. Adheloldus. Nycolaus de molendino. Thidericus volcmarj. Johannes beue. Johannes albuſ. Hartwicuſ volcmarj. Thidericus de cunis. Albertuſ holle iunior. Tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtanteſ. quod domina. Margareta. relicta henrici Greuingi. de conſenſu legitimorum heredum ſuorum plauſtratam ſalis in ſalina luneborg quolibet flumine tollendam. de ſartagine que wlgariter Guncpanne nuncupatur. ſita in domo Memminghe ad ſiniſtram manum cum dictam intratur domum. vendidit domino Johanni vicario lubicenſis eccleſie. Dicto de parchim. pro ſexaginta et ſex marciſ denariorum Lubicenſium. eidem domino iohanni pretactam plauſtratam, quam libere poſſedit ſecundum iura et conſuetudinem dicte noſtre ciuitatiſ. coram nobiſ ad lapideſ reſignando. et repreſentatione extincte tede. in eundem ipſam cum omnj iure quod in eadem habuerat tranſferendo. nichilominus prenominata domina Margareta coram nobiſ ſuperdicta plauſtrata. dicto domino iohanni per annum et diem ſe preſtituram warandiam fideliter repromiſit. ex parte vero prefati domini iohanniſ. dato ſolido qui vredeſchilling communiter dicitur. quique aduocato darj ſolet. eidem domino iohanni ſepetacte plauſtrate pacifica poſſeſſio ſententialiter eſt addicta. verum huic adiectum eſt contractui. quod ſepedicta domina Margareta. ex beneplacito dicti domini Johanniſ. poteſtatem et facultatem ſibi retinuit premiſſam plauſtratam reemendi infra quadriennium. quocumque tempore ſibi videbitur oportunum. Si uero infra dictum quadriennium ipſam reemere

voluerit. eam ad vſum et vtilitatem propriam ſeu ad heredum ſuorum legitimorum non ad extraneorum reemet et pretaxatam pecuniam ſcilicet ſexaginta ſex marcaſ denariorum lubicenſium. ſepe nominato domino iohanni ſoluendam in ciuitate lubicenſi faciet exhiberi. Porro ſi infra dictum quadriennium prefata domina Margareta pretactam plauſtratam non reemerit. extunc apud dictum dominum iohannem. cum omni iure perpetuo libere remanebit. Ne autem huiusmodi contractuſ peruerſitate qualibet valeat inpugnari preſentem paginam ſigillo noſtre ciuitatiſ fecimuſ communirj. Datum luneborg. Anno domini. M.CC.LXXXX. Sexto feria tercia ante natiuitatem Beate virginis.

Siegel abgefallen.

Urk. 157.

Notiz über tauſend Mark, welche Hermann Buſche, Bürger in Lüneburg, am 1. November 1296 dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg zu Stipendien geſchenkt hat.

(Verzeichnet in den Gebhardiſchen Manuſcripten I 501.)

Mille marcas donavit Herman Buſche civis senex in hac civitate Luneborg die omnium ſanctorum anno poſt Chriſtum natum M CC XCVI, et ab eo conſtitutum beneficium pro pauperibus ſtudioſis plebeijs hominibus conferendum annuatim ſub pena eterne damnationis ſi aliorſum conferatur, et ita impoſitum eſt noſtro Monaſterio eternitus ſervandum iuramento dato. Reditus annui ſunt L. marc. vide Reg. Cellariatus.

Urk. 158.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Eliſabeth, Tochter des Nikolaus Pellifex, an Johann Bertoldi eine Geldrente verkauft hat. Lüneburg, 12. März 1297.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 114 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos conſules ciuitatis Luneburg. Johannes bertoldi. Andreas. Alardus de ſchilſtene. Thidericus de hertesberghe. Nicolaus de molendino. Johannes dicke. Otto herwici. Hermannus albus. Heinricus de Lubeke Albertus de molendino. Hermannus de arena. Volcmarus de antiqua ciuitate. Tenore preſencium recognoſcimus. publice proteſtantes. Quod Elyzabeth filia nicolai pellificis. vnanimi conſilio et conſenſu omnium legitimorum heredum ſuorum. uendidit. de domo. curia et area thiderici ſuſoris ollarum. VIII. ſolidos denariorum Luneburgenſium annuatim Jure cenſuali dandos. annis ſingulis in feſto ſancti michaelis Johanni bertoldi burgenſi nobis dilecto. et ſuis ueris ac legitimis heredibus pro quinque marcis denariorum Luneburgenſium que in parte acciderant eidem Elyzabeth. ex parte aue ſue, domine Euechen Jure hereditario perpetualiter poſſidendos. In huius contractus euidenciam teſtimonii pleniorem preſentem litteram memorato Johanni bertoldi et ſuis iuſtis heredibus ſigillo noſtre ciuitatis dedimus inſignitam. Datum Luneburg Anno domini. M.CC.LXXXXVII. Gregorij pape.

Urk. 159.

Mehre Erzbiſchöfe und Biſchöfe ertheilen jeglicher zu Gunſten der Pfarrkirche St. Cyriaci einen Ablaß von 40 Tagen. Rom, 4. März 1298.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten I 91.)

Uniuerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis Nos dei Gratia frater Baſilius Jeroſolimitanus Johannes turitanus et phs. ſalernitanus Archiepiſcopi frater lambertus aquinas Romanus Aubruius Stephanus oppidenſis Ildebrandus Aretinus, Adam Marruinnenenſis matheus

Vegelenſis Ciprianus bonenſis frater Stephanus Balmoregenſis Laudonus Suanenſis Leonardus Auerſanus. Andreas Venafranus et frater Jacobus Gruinnenſis, eadem gratia Epiſcopi Salutem in Domino ſempiternam Licet is de cuius munere venit ut ſi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur de habundantia pietatis ſue merita ſupplicum excedentis ad vota bene ſeruientibus multo maiora tribuat, que voluerit promereri, deſiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fidelis chriſti ad deplacendum et quaſi quibusdam allectiuis muneribus, indulgentiis videlicet et peccatorum ſuorum remiſſionibus unitamus ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur ut parrochialis eccleſia ſancti Ciriaci in Lunenburg virdenſis Dioceſis congruis honoribus frequentetur et a cunctis Chriſti fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad dictam eccleſiam in ſingulis feſtiuitatibus ſeu diebus ſubſcriptis videlicet Natiuitatis reſurrectionis et aſcenſionis domini noſtri ihesu chriſti atque pentecoſtes in quatuor feſtiuitatibus beate Marie virginis glorioſe uidelicet Aſſumptionis Natiuitatis purificationis et Annuntiationis beatorum petri et pauli et aliorum omnium apoſtolorum Sanctorum Johannis baptiſte et Euangeliſtarum beatorum Stephani et Laurentii atque Vincentii martirum ſancti Michahelis archangeli, ac etiam beati Ciriaci dicte eccleſie patroni ſanctorum martini et Nicolai confeſſorum ſanctarum Martirum Catherine et aliarum et agnetis virginum, beate Marie Magdalene in anniverſariis dedicationum ipſius eccleſie in feſto omnium ſanctorum ac per octo dies predicta feſta immediate ſequentes cauſa deuotionis ſeu peregrinationis et in ſpiritu humilitatis acceſſerint, aut qui ad fabricam ſeu reparationem ornamenta luminaria et ad alia neceſſaria predicte eccleſie manus porrigerint adiutrices aut in extremis laborantes quicquid ſuarum legauerint facultatum aut etiam evangeliorum doctrine exhortationem qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſet habebit lumen vite preſbiterum ſepedicte eccleſie cum ſacro communione infirmos viſitantem cum reuerentia ſecuti fuerint. Aut qui orationem dominicam cum ſalutatione Angelica dixerint mente pia pro animabus quorum corpora in cimiterio eiusdem eccleſie requieſcant et pro omnibus fidelibus defunctis. Nos de omnipotentia Dei marie et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi ſinguli noſtrorum ſingulas quadraginta dierum indulgentias de iniunctis ſibi poenitentiae miſericordia in Domino relaxamus Dummodo ſana voluntate (*sic*) ad id acceſſerit et conſenſus. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra iuſſimus appenſive muniri Datum Rome Anno domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo die quarto menſis martii. Pontificatus Domini Bonifacii pape octaui anno quarto.

Urk. 160.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Propſt Hartwig zu Medingen dem Heinrich Boneke zu Handen des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg 2 Mark Renten aus der Saline daſelbſt vermacht hat, welche er ſich zur Leibrente vorbehält. Lüneburg, 8. September 1298.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos. Conſules. Ciuitatis. Luneburg. Albertus Hollo. Thidericus Zabel. Johannes Bertoldj. Verdewardus. Adheloldus. Alardus de ſchilſten. Gherardus garlop. Johannes Albus. Fredericus paron. Bertoldus longus. Conradus Seghehardj. Gherbertus putej. Tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes. quod honorabilis. vir. dominus. Hartwicus. Prepoſitus in Medinghe. vendidit domino. Hinrico dicto. Boneken. annuatim in redditu duas Marcas denariorum Luneburgenſium. in feſto ſanctj Mychahelis annis ſingulis percipiendas, in ſalina Luneburg in domo. Gluſinghe. in duabus ſartaginibus ſitis ad dextram manum cum ipſa domus ſubintratur. Quas videlicet duas Marcas prefatus dominus. Hinricus. Boneke. emit ad manus Eccleſie. ſeu Monaſterij ſanctj Mychahelis in Luneburg. iure hereditario perpetualiter poſſi-

dendas. ſub hac tamen forma. ut prenominatus dominus. Hinricus. Boneke. temporibus vite ſue liberam habeat optionem poſſidendj redditus predictarum duarum Marcarum. ſeu ordinandj in quoſcumque vſus memorate ſue Eccleſie decreuerit. prout ſibj et eidem ſue. Eccleſie medio tempore viſum fuerit expedire. In premiſſorum obſeruantiam pleniorem. preſentem litteram ſepeſato domino. Hinrico. Boneken et Eccleſie. ſue prenotato ſigillo noſtre Ciuitatis dedimus inſignitam. Datum Luneburg. Anno dominj. M.CC.LXXXX.VIII. In Natiuitate beate Marie virginis.

Rundes Siegel der Stadt Lüneburg.

Urk. 161.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg eignet dem Ritter Gevehard von dem Berge zwei „Verder" Honig Lehengut aus dem Sooth der Saline zu Lüneburg. Lüneburg, 26. April 1299.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 22. September 1301.)

Nos dej gratia, Otto dux de Bruneſwich et Luneborch. tenore preſentium Litterarum puplice recognoſcimus, quod dominus Gheuehardus de monte miles noſter fidelis a nobis habuit in feodo duas verder mellis de puteo ſaline noſtre in Luneborch, quorum proprietatem eidem dedimus, et vendendi pro ſuo placito liberam concedimus facultatem. In cuius rei euidentiam preſens ſcriptum noſtri ſigilli munimine iuſſimus inſignirj. Datum Luneborch Anno dominj M.CC. Nonageſimo. IX. dominica quaſi modo genitj.

Verletztes Siegel des Herzogs Otto.

Urk. 162.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg und ſeine Gemahlinn verkaufen der Lübecker Kirche ein Salzgut in der Saline Lüneburg. — Unter den Zeugen Abt Lüder, Prior und Convent in Lüneburg. 2. Auguſt 1299.

(Nach dem Copialbuche № 13 S. 1 f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Dei gratia otto Dux de bruneſwich et luneborch Vniuerſis chriſti fidelibus preſens ſcriptum cernentibus in ſalutis auctore ſalutem. — — Nouerint igitur tam preſentef quam poſteri. Quod nos vna cum vxore noſtra ducilſa Mechtilde vendidimus — — Quatuor choros ſalis in ſalina noſtra luneborch in quolibet flumine exhibendos Eccleſie lubicenſi — — procurauimuſ ad habundantem cautelam vt viginti quatuor milites ſiue armigeri vaſalli noſtri dilecti quorum nomina hic duximuſ exprimenda videlicet. Theodericuſ de alten henricuſ de wenden. hinricuſ de wreſtede Lippoldus et thetharduſ de doren. Echarduſ de boyceneborch Echarduſ ſcacko. Manegoldus de eſtorpe Waſmodus heyne. Manegoldus ſtruuo. Theodericuſ et Geuehardus de monte Werneruſ de medingen henricuſ de Odeme henricus de monte Otto baruot ludolfus et Conraduſ de eſtorpe. Thidericuſ et ſeghebanduſ de wittorpe. albertus Eylemannj filiuſ milites, Seghebanduſ et Johannes de monte henricuſ de zwerin, Johannes magnuſ Otto de medinghen vna nobiſcum preſtita fide promitterent nos et heredeſ noſtri premiſſa vniuerſa et ſingula ſeruaturos — — huius rei teſteſ ſunt venerabilis pater dominus abbas luderus prior et conuentuſ in clauſtro noſtro luneborch, henricuſ prepoſitus Montiſ ſancti Ciriacj in brunſwik. Echarduſ plebanuſ in modeſtorpe. Predicti vaſalli et alii milites et armigerj predicti conſules (luneburgenſes) et alij layci quampluref in cuiuſlibet premiſſorum euidentiam planiorem preſentes litteras ſcribi et noſtro ſigillo et vxorif noſtre domine Mechtild et prefatorum conſulum et Ciuium predictorum ſigillorum munimine et appenſione fecimus firmiter et inuiolabiliter Roborarj. Datum anno domini M,CC. Nonageſimo Nono ad vincula ſancti petri. Quarto Nonas auguſti.

Urk. 163.

Knappe Albert von Reinſtorf verkauft dem Propſte Hartwig und der Kirche zu Medingen drei Güter in Horndorf (im K. Reinſtorf A. Lüne). — Unter den Zeugen Abt Thomas in Lüneburg. 1299.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 482 Bell. 478 in der Königlichen Bibliothek zu Hannover.)

Ego Albertus famulus dictus de Reynſtorpe, omnibus hanc litteram viſuris ſeu audituris. Notum eſſe volo quod ego de conſenſu dilecti fratris mei Alverici et omnium amicorum meorum voluntate in villa Horrendorpe tria bona cum omni iure que ego et mei progenitores poſſederunt libere vendidi Domino Hartwico Prepoſito et ſue eccleſie Medinge in perpetuum poſſidenda. Et quia ſigillo careo uſus ſum ſigillis amicorum meorum ſcilicet Heynrici Ryben Huneri Ghevehardi Fratrum de Odem Ghevehardi de Monte militum. Teſtes ſunt huius emptionis Honorabilis vir Thomas Abbas de Luneborg Thidericus de Monte Heynricus de Zverin Willekinus dictus de ſtadio Johannes Magnus Lippoldus de Doren et alii quam plures Actum anno Domini Milleſimo CC.LXXXX VIIII.

Urk. 164.

Abt Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg geſtattet dem Ludolf Hoſel, den Dienſtmannenhof in Emmendorf (im K. Bevenſen A. Medingen) auszuthun, oder zu verpfänden, unter Vorbehalt des Wiederkaufs, wenn derſelbe dieſen Hof nicht wieder einlöſen ſollte. 17. Auguſt 1299.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 16. Juni 1310.)

Nos dej gratia Thomas abbas Eccleſie ſanctj Michaelis in Luneburgh, Tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtando, quod nos ludolpho dicto Hoſel Curiam in Eemmendorp quam a nobis et noſtra Eccleſia habuit in pheodo et hoc loco miniſterialis exponere ſeu obligare licentiauimus tali modo, quod cum terminus expoſitionis ſeu obligationis exſpirauerit, ſi dicta Curia per eum uel per ſuos progenitores ad quos de iure pertinet redempta non fuerit, nobis eandem redimendi, ſiue noſtris ſucceſſoribus prout iuris eſt libera ſit facultas. In huius rei teſtimonium noſtrum Sigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno dominj, M,CC, Nonageſimo Nono, Octava Beati Laurentii Martiris.

Vom Siegel ein kleiner Reſt beiliegend.

Urk. 165.

Ritter Diedrich von Harzgerode reſignirt dem Abte und Convente des Kloſters (St. Michaelis) in Lüneburg ſeine Gerechtſame an drei und einer halben Hufe und zwei Wäldern zu Biſchofrode (im K. Appenrode Grafſchaft Hohnſtein). 9. September 1299.

(Nach dem Abdrucke bei J. G. Leuckfeld addenda ad antiquit. Walckenrid. II 213.)

Honorabilibus in Chriſto Domino ſuo Abbati totique conventui Monaſterii Ordinis Sancti Benedicti in Luneborch. Theodoricus miles dictus de Hartesroden una cum ſuis haeridibus ſuae fidelitatis obſequium perpetuum. Tenore praeſentium recognoſcimus et publice proteſtamur, quod nos et omnes, quorum intereſt vel intereſſe poterit in futuro, quicquid juris in tribus manſis cum dimidio et duabus ſylvis Biſcopingeroden jacentibus, quae in pheodo de

veſtra tenemus eccleſia, nobis poſſumus aut poterimus vendicare, vobis et eccleſiae veſtrae liberaliter et expreſſe praeſentibus reſignemus, nihil quaeſtionis vel actionis ſuper dictis bonis deinceps habituri. Hujus reſignationis rite per nos factae teſtes ſunt: Johannes miles et Theodoricus fratres, Ludolfus Anno et Thiodoricus filii fratrum noſtrorum Annonis et Ludolfi militum, de quorum ſcitu et beneplacito haec ſunt acta ad majorem evidentiam praemiſſorum noſtrum et dictorum fratrum videlicet Johannis et Theodorici ſigilla praeſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini M.CC.XCIX. in Craſtino nativitatis Sanctae Mariae.

Urk. 166.

Ritter Diedrich von Harzgerode verkauft dem Kloſter Stötterlingenburg ſeine Gerechtſame an drei und einer halben Hufe und zwei Wäldern in Biſchofrode (im K. Appenrode Grafſch. Hohnſtein), welche er dem Kloſter (St. Michaelis) in Lüneburg reſignirt hat. Mingerode, 9. September 1299.

(Nach dem Abdrucke bei J. G. Leuckfeld addenda ad antiquit. Walckenrid. II 214.)

In nomine Domini Amen ... Nos Theodoricus miles dictus de Hartesroden, una cum noſtris haeredibus et omnibus, quorum intereſt, vel intereſſe poterit in futuro, tenore praeſentium recognoſcimus et publice proteſtamur, quod receptis ab Eccleſia Sanctimonialium ordinis ſancti benedicti Stotterlingeborch decem marcis, cum dimidia examinati argenti, omne jus, quod in tribus manſis et dimidio ac duabus ſylvis Biſcopyngerod jacentibus, quae de domino. Abbate et conventu ordinis Sancti benedicti in Luneborch in pheodo tenuimus, nobis potuimus vendicare, liberaliter et expreſſe renunciavimus, eccleſiae quoque memoratae Stotterlingeborch vendidimus proprietatis titulo perpetuo poſſidendum. Hujus rei teſtes ſunt Johannes miles et Theodoricus fratres. Ludolfus, Anno, Theodoricus fratres filii fratrum noſtrorum videlicet Annonis et Ludolfi militum de Hartesroden, Nobilis vir H. Comes in Reghenſten. Baſilius et Johannes de Romesleve. Helmoldus de Marckelmgerode. Jordanus de Mynplene. Milites. etc. Datum et. Actum Memgerod. Anno Domini M.CC.XCIX. in craſtino matutinarum Sanctae Mariae Virginis.

Urk. 167.

Ritter Heinrich und Knappe Werner von Schwerin ſchenken der Kirche St. Michaelis in Lüneburg drei Güter zu Eimſtorf (im K. Dahlenburg A. Bleckede). 28. September 1299.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck in der Deductio etc. Beil. M. 31.)

Uniuerſis chriſti fidelibus preſentia viſuris ſeu audituris. Nos Henricus miles Wernerus de Zerin filius Georgij militis bone memorie famulus Tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtando, quod nos vnanimi conſenſu et bona voluntate omnium legitimorum heredum noſtrorum, pro animabus georgij militis, Ac adelheydis ſue vxoris felicis recordationis dedimus Eccleſie ſancti michaelis in luneborch, tria bona in villa eylmeſtorpe, in qua villa ſex ſunt bona, magiſtrum ciuium cum duobus ſuis vicinis optinebimus. alia tria bona, viri religioſi predicte Eccleſie. cum cenſu aduocatia et cum omni iure quo nos ipſa Hactenus poſſedimus, uel in ipſis bonis habere poterimus perpetualiter optinebunt, vt igitur hec noſtra donatio a noſtris poſteris ſiue heredibus nequeat annullari preſens ſcriptum, ſigilli noſtri, quia adhuc tantum ſigillo vno vtimur appenſione fecimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Wernerus de medighe, Conradus De eſtorpe milites, otto, gheuehardus de Zerin, Nicolaus de pomerio

famuli et quam plures alij fide digni. Datum et actum Anno gratie Milleſimo CC. Nonageſimo nono in vigilia ſancti mychaelis archangeli.



Urk. 168.

Abt Thomas, Prior Ludolf und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Kloſter Stötterlingenburg das Obereigenthum an drei und einer halben Hufe und zwei Wäldern zu Biſchofrode (im K. Appenrode Grafſch. Hohnſtein). Lüneburg. 27. October 1299.

(Nach dem Abdrucke bei Leuckfeld addenda ad antiq. Walckenrid p. 214. — Vergl. die Urk. 165 u. 166.)

In nomine Domini Amen. Univerſis Chriſti fidelibus praeſentia viſuris ſeu audituris. Thomas Dei gratia Abbas. Ludolphus prior totusque conventus Monaſterii Sancti Michaelis in Luneborch ordinis Sancti Benedicti Salutem. Hinc eſt, quod ad notitiam tam futurorum quam praeſentium cupimus pervenire. Quod receptis ab Eccleſia Sanctimonialium ordinis Sancti Benedicti in Stotterlingeborch tribus Marcis examinati argenti, proprietatem trium manſorum et dimidium duarumque ſilvarum Biſchopenrode iacentem, quae miles ſtrenuus Theodoricus de Hartesroden quondam a nobis in pheodo tenuerat, una cum proprietate omni ad dictam bonam ſpectante cum noſtri conventus conſenſu liberaliter et expreſſe praefato Monaſterio Stotterlingeborch contulimus perpetuo poſſidendam. Datum Luneborch Anno Domin. Incarnationis M.CC.XCIX. Vigilia Apoſtolorum Simonis et Judae.

Urk. 169.

Abt Thomas ſchuldet dem Reinkin von Reppenſtedt 12 Mark 6 Schilling, wofür demſelben vier Chor Salzgut ausgeſetzt ſind. 1300.

(Notiz darüber in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc.“ S. 121 in der Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Dominus Thomas Abbas tenetur Reynekino de Repenſtede xij Marc. et vj. Solidos Luneborg. denar. pro quibus Dominus Bricamus. Dominica proxima poſt Epyphaniam preſentat dicto Reynekino iiij Choros ſiliginis ſub hac forma computando ſibi chorum quemlibet pro iij Marcis Luneb. denar. ij ſolidis minus. Sed maximum quando Chorum ſoluerit infra hinc et Natiuitatem Johannis. tanto duobus ſolidis computabitur ſibi minus. Act. 1300. Donat. Antiqu. p. 51.

Urk. 170.

Knappe Gebhard von Ödeme verkauft dem Canonicus Heinrich von Melbeck zu Ramelsloh einen Hof und eine Kothe im Dorfe Brackel (im K. Hanſtedt) und zwei Höfe in Toppenſtedt (im K. Salzhauſen, beide A. Winſen a. d. Luhe). 6. Februar 1300.

(Nach dem Copialbuche № 5 S. 226 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Vniuerſis quorum intereſt vel intererit in futurum Nos geuehardus dictus de odem famulus et noſtri heredes Tenore preſentium publice proteſtamur quod honorabili viro domino hinrico dicto de melbeke Canonico Ramesloensi ibidem Scolaſtico Vendidimus pro quinquaginta duabus marcis Luneborgenſium denariorum In villa Brakele Curiam quam Ludolphus ymmen inhabitat et Caſam ibidem alardi fabri et in villa Toppenſtede duas Curias quas Johannes Snebart et wynpe vidua inhabitant cum omnibus attinentijs ſuis iuſte vendicionis titulo ad fatiendum et dimittendum tam in vita quam in morte cum eiſdem quando ſibj videtur expedire perpetuis temporibus poſſidendas nihil iuris penitus nobis reſeruantes in eiſdem pheodum dictarum curiarum domino hinrico et cui vel quibus idem hinricus habere voluerit, quum requiſiti fuerimus volumus dominis feoudj ad manus dictorum reſignare, et ad bonum eorum medio tempore fideliter conſeruare Super quo domino hinrico prenotato et ad manus ſuas domino Johanni Reken. Militi Johanni Greuing, Ottoni de Thüne famulis cum noſtris compromiſſoribus Conrado et Waltero fratribus filijs domini wernerj militis dicti de Boldenſe et Johanne de tzarenhuſe famulis in hijs ſcriptis in ſolidum vnita manu promiſimus et preſentibus promittimus data fide si in dictis Curijs et earum appenditijs fuerit quomodolibet impeditus Ciuitatem Luneburgenſem intrabimus inde non eueniurj donec omnia et ſingula in amicitia priſtina fuerint omnino reformata. Datum ſub noſtris ſigillis anno domini M° CCC° In craſtino ſancte Agate. virginis.

Urk. 171.

Papſt Bonifaz VIII. beauftragt den Abt zu Lüneburg, den Dompropſt zu Ratzeburg und den Domſcholaſter zu Naumburg mit der Entſcheidung der Streitſache des Biſchofs und Domcapitels zu Lübeck wider die Stadt Lübeck. Im Lateran, 15. März 1300.

(Nach dem zu Lübeck befindlichen Originale abgedruckt bei Leverkus Urkundenb. des Bisth. Lübeck I 436. — Vergl. Urk. vom 8. Juli 1300.)

Bonifatius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis . . Abbati Monaſterii in Lunenborch — —. Datum Laterani. Id. Martii. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Urk. 172.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Eberhard von Ödeme der Aeltere und Jüngere, auch Eberhard und Segeband, Söhne Philipp's von Ödeme, anerkannt haben, daß der Kirche St. Michaelis in Lüneburg 4 Mark 10 Schillinge Einkünfte aus der Saline daſelbſt zuſtehen. Lüneburg, 17. März 1300.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneburg. Albertus hollo. Andreas. Nerdewardus. Nicolaus de molendino. Johannes dicke. Johannes albus. Otto Herwicj. Gherbertus putej. Albertus wolbertj. Hartwicus de ſalina. Hermannus de arena. Johannes Elerj. Tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes. quod Euerardus de Odeme ſenior. et Euerardus junior. Euerardus et Seghebandus filij Phylippj de Odeme. venientes ad noſtram preſentiam recognouerint manifeſte. Eccleſiam ſanctj Mychahelis in Luneburg habere duarum Marcarum. et decem ſolidorum

redditus annuatim jure cenſualj in ſalina Luneburg. in domo. woldertzinghe. in duabus ſartaginibus ſitis ad ſiniſtram manum cum itur in ipſam domum. quas duas Marcas cum decem ſolidis dicta Eccleſia ſanctj Mychahelis percipiet annis ſingulis in feſto ſanctj Mychahelis. ad officium karitatis. Inſuper dictj. Euerardus et alij prenominatj ſuj heredes recognouerunt coram nobis publice quod prefate Eccleſie ſanctj Mychahelis reſignauerint ad predictum officium karitatis duarum Marcarum redditus luneburgenſium denariorum in prenotata domo. woldertzinghe. et in duabus ſartaginibus memoratis percipiendos ſimiliter annis ſingulis in feſto ſanctj Mychahelis, in recompenſam duarum Marcarum redditus Luneburgenſium. denariorum quos dicta Eccleſia ſanctj Mychahelis habuerat in duobus plauſtris prefatj Euerardj et aliorum ſupradictorum heredum ſuorum. ſitis in domo. Enninghe. ad ſiniſtram manum cum itur in ipſam domum in ſartagine que wechpanne wlgariter nominatur, iure hereditario perpetualiter poſſidendos. In premiſſorum omnium obſeruanciam teſtimonij pleniorem. preſentem litteram ſepefate. Eccleſie ſanctj Mychahelis ſigillo noſtre Ciuitatis dedimus inſignitam. Datum Luneburg. Anno dominj. M.CC.C. Gertrudis virginis.

Rundes Siegel der Stadt Lüneburg.

Urk. 173.

Ritter Ludolf von Eſtorf verkauft dem Lüder von Embſen ſeine Erbgüter in Melbeck (im K. Embſen A. Lüne), unter Vorbehalt des ihm und der Kirche zu Beetzendorf zuſtändigen Zinſes aus denſelben. 2. April 1300.

(Nach dem Copialbuche AA 2 Fol. XXXVII b. des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos Ludolphus Miles dictus de Eſtorpe. Recognoſcimus publice proteſtantes Quod vnanimi conſilio et conſenſu filiorum noſtrorum Manegoldi et Hinrici, atque omnium heredum noſtrorum, vendidimus Ludero de Emmeſſen et ſuis veris heredibus, bona noſtra ſita in media villa Melbike Jure hereditario et perpetuo, excepto cenſu noſtro. quem augmentare non debemus. Illum nobis et noſtris heredibus integraliter reſeruamus. ſcilicet XXIIII ſolidos denariorum Luneburgenſium et vnum porcum. Eccleſie vero in Betzendorpe IIII ſolidi et duo plauſtra feni. mediocriter bona de ſupradictis bonis perpetualiter miniſtrentur. Additum eſt etiam quod, nos nec noſtri heredes prefatum luderum vel ſuos heredes in ſepedictis bonis reſidentes vltra quod noſtri homines vniuerſaliter faciunt. non debemus ſpecialiter aggrauare. Vt igitur Iſta emptio et venditio, a nobis et a noſtris heredibus firma et inuiolata obſeruetur, Jam ſepius memorato Ludero et ſuis heredibus. pro warandia Conradum fratrem noſtrum, et Eckeardum de Eſtorpe Milites, poſuimus fideiuſſores, quorum Sigillis noſtro Sigillo annexis preſentem litteram decreuimus roborari. Datum anno domini M.CC.C. In vigilia palmarum.

Urk. 173 a.

Abt Thomas zu Lüneburg und Dompropſt Heinrich zu Ratzeburg befehlen aus päpſtlicher Macht dem Propſte Hermann zu Zarrentin, den Biſchof und das Domcapitel zu Lübeck einerſeits und den Vogt und Rath der Stadt Lübeck andererſeits zur Schlichtung der Streitigkeiten zwiſchen beiden Theilen auf den 16. September nach Ratzeburg vorzuladen und ihnen zu befehlen, ſich indeſſen aller Fehde zu enthalten. Artlenburg, 8. Juli 1300.

(Nach dem zu Lübeck befindlichen Originale abgedr. bei Leverkus Urkundenb. des Bisth. Lübeck I 442.)

Thomas dei gratia abbas Lunenburgenſis. Hinricus dei gratia prepoſitus Razeburgenſis. Judices a ſummo pontifice in cauſa ſeu cauſis que vertitur vel uertuntur ſeu uerti ſperantur inter Epiſcopum et Capitulum Lubicenſem ex una parte et aduocatum Conſules et vniuerſi-

tatem Ciuitatis eiusdem ex parte altera delegati. Diſcreto viro et honeſto domino Hermanno prepoſito de Cernenthin ſalutem in domino. Nouerit ueſtra diſcretio mandatum domini pape nos recepiſſe ſub hac forma. Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis abbati monaſterii in Lunenburg verdenſis dyoceſis ac prepoſito Razeburgenſi et ſcolaſtico Nuenburgenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Significarunt nobis venerabilis frater noſter Epiſcopus et Capitulum Lubicenſe, quod orta dudum inter eos ex parte vna et Conſules et vniuerſitatem Ciuitatis Lubicenſis ex altera ſuper quibusdam terris poſſeſſionibus et rebus aliis materia queſtionis, ut in autentico plenius continetur. — — Datum Erteneburg. Anno domini M°.CCC°. feria ſexta poſt octauas beatorum apoſtolorum petri et pauli. In cuius teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa.

Nachtrag zu Heft I.

Urk. 15a.

Kaiſer Lothar II. entfernt die Nonnen aus Königslutter und beſetzt dieſes Kloſter mit Benedictinermönchen, denen er die alten Beſitzungen beſtätigt und neue dazu verleiht. — Unter den Zeugen der Lüneburger Abt Anno. Neuenberg, 1. Auguſt 1135.

(Nach dem Abdrucke bei Rehtmeier Braunſchw.-Lüneb. Chronica S. 297, orig. Guelf. II 524 ſq.)

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. Lotharius divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. — — Hinc itaqve circumſpectionis oculum Eccleſiae noſtrae in Luthere a proavis noſtris fundatae accommodantes, ablatis inde Sanctimonialibus et alibi locatis, monaſticam ibi vitam pro concilio Religioſorum noſtrorum ordinavimus. — — praefatae Eccleſiae bona, qvae a prima fundatione ſua poſſederat, ſanctimonialibus exiſtentibus adhuc in ipſa, et qvae nos poſtmodum ad ſuſtentationem monachorum in ipſorum inſtitutione jam dictae contulimus eccleſiae: in Luneburg ſuper ſalinam unum chorum ſalis cum medio, hereditatem noſtram Luthere cum omnibus attinentiis, nihil exceptis: inſuper ſilvas adjacentes vulgariter dictas Elm et Brock, cum omnibus attinentiis conſimiliter earundem: in Schickelſen XXIV. manſos: curiam, dictam Hagen cum II. manſis, decima, paſcuis, viis et inviis, et omnibus attinentiis nihil exceptis: in Santersleve XXI. manſos, in Flöte XVII. manſos, in Merdorp XII. manſos, in Bernſtorp XII. manſos, in Nienſtide XII. manſos cum dimidio, in Ingeleve XVII. manſos, in Vorſne (Boerſte.) VII. manſos, in Knetlinge VIII. manſos, dictam de Wulfesburg villam, Keſtorp, villam Bergfelde, villam Bornum, Vatenſtede V. manſos, Achen II. manſos; — — Huic autem confirmationi, ſive traditioni, idoneos teſtes adhibemus: Epiſcopum Thitmarum Verdenſem, Anshelmum Mindenſem, Arnoldum Nienburgenſem, Hanonem Luneburgenſem, Praepoſitos, Hartmannum, Snelhardum, Eggerhardum, Bernonem, Laicos qvoqve Ludolphum, Gerhardum, Giſelbertum, Waſmodum, Sigfridum. Signum Domini Lotharii tertii Romanorum Imp. invictiſſimi. Conradus, vice Adelberti Archicancellarii recognovi. Dat. Kal. Auguſti, Indictione XIII. regni Regis Lotharii M C XXXV. Imperii tertio, in Neuenberg, in Chriſti nomine feliciter. Amen.

Urk. 21a.

Biſchof Hermann zu Verden weihte, auf Bitten des Abts Gottſchalk zu St. Michaelis in Lüneburg (am 13. December 1157), eine hölzerne Kapelle zur Ehre der Jungfrau Maria, welche ein Mönch Theoderich mit Erlaubniß des Abtes in Stein aufrichtet und Abt Marquard dann weihen läßt. (c. 1164.)

(Ex vetere charta Lunenſi. Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten I 201 in der Königl. Bibliothek zu Hannover. — Vergl. Urk. 18.)

Anno Domini M C. ſeptuageſimo ſecundo fundatum eſt monaſterium (Lunen). Hermannus Epiſcopus verdenſis rogatu Godeſcalſi Abbatis S. Michaelis in Luneborch capellam ligneam in honorem B. Virginis Marie conſecravit quam quidam frater nomine Theodericus permiſſu ipſius Abbatis excoluit et poſtmodum Eccleſiam lapideam erexit adjutus auxilio quorundam ſuburbanorum nomine Huneri nomine (*sic*) et Eccleſia ipſa rogatu Marquardi Abbatis eſt conſecrata.

Urk. 25 a.

Mönch Theoderich zu St. Michaelis in Lüneburg ſtiftet, auf Antrieb des Abtes Bertold, und unter Zuſtimmung des Biſchofs Hermann (zu Verden) und Herzogs Heinrich das Kloſter Lüne. 1172.

(Ex vetere charta Lunenſi, Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten I 201 in Königlicher Bibliothek zu Hannover. — Vergl. Urk. 25.)

Anno domini M.C. ſeptuageſimo ſecundo iſtud Clauſtrum Lunen eſt fundatum. — — impetrante Bertoldo Abbate et annuente Hermanno Epiſcopo et Duce Hinrico. — — Fundatio huius Monaſterii Theodericus Sacerdos et Monachus de Monaſterio S. Michaelis fuit. Prima Prioriſſa Hyldewich van Marckboldeſtorp.

Urk. 30.

Wilhelm von Lüneburg, Sohn des Herzogs Heinrich von Sachſen, ſchenkt dem Kloſter Lüne ein Salzgut in der Saline Lüneburg. — Unter den Zeugen Abt Burchard zu St. Michaelis in Lüneburg. 1205.

(Nach dem Abdrucke in den Orig. Guelf. III 857 ſq.)

In nomine ſancte et individue trinitatis. Wilhelmus de Luneburg, filius Domini Henrici Ducis Saxonie. — — ad ſupplementum prebende dominarum in Lune — — conceſſimus in perpetuum, vt ſingulis fluminibus iam dictarum dominarum quadraginta vrne de communi Sulta adderentur. — — teſtes ſunt Dominus Burchardus Abbas Sancti Michaelis in Luneborch — —.

Urk. 51 b.

Papſt Gregor IX. befiehlt einigen Geiſtlichen, das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg wieder in den Beſitz der demſelben entzogenen Güter zu verhelfen. Im Lateran, 27. April 1240.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 481 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis prepoſito et Decano ſancti Anviici (*sic*) et ſcolaſtico verdenſi Salutem et apoſtolicam Benedictionem Dilecti filii Abbatis Monaſterii in Luneburc verdenſis dioceſis precibus inclinati preſentium uobis mandamus quatinus ea que de bonis eiusdem Monaſterii alienata inueneritis illicite vel diſtracta ad ius et proprietatem ipſius legaliter reuocetis. — — Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio uel timore ſubtraxerint cenſura ſimile appellatione ceſſante cogatis ueritati Teſtimonium perhibere. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe duo ueſtrorum nichilominus exequantur Datum Lateran. V. kl. Maji pontificatus noſtri anno Quartodecimo.

Plumbum „Gregorius PP. VIIII.“

Urkundenbuch

des

Klosters St. Michaelis zu Lüneburg.

Heft II. vom Jahre 1301 bis 1400.

Hannover.

Hofbuchdruckerei der Gebr. Jänecke.

1860.

Digitized by Google

Urkundenbuch des Kloſters St. Michaelis zu Lüneburg.

Heft II. vom Jahre 1301 bis 1400.

Urk. 174.

Ritter Huner von Ödeme reſignirt den Grafen Nikolaus und Günzel von Schwerin zu Gunſten des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg den Zehnten zu Heinſen (im K. Embſen A. Lüne). Lüneburg, 12. Juni 1301.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. von 1291, 8. September 1301 und 30. December 1311.)

Nobilibus viris ac dominis ſuis. Nicolao Gunzelino Comitibus zwerinenſibus, Hunerus miles dictus de Odem. cum debita ſubiectione tam paratum quam debitum in omnibus obſequium. Decimam in heynſen quam ego et mej progenitores, a vobis et veſtris progenitoribus in pheodo tenere debemus et tenuimus hactenus. quam eciam ego de conſenſu meo et heredum meorum. necnon omnium, qui laudare et conſentire debebant, pro remedio et memoria anime mee. vxoris mee, ac omnium progenitorum et parentum meorum, monaſterio beati michaelis in luneborg. ordinis beati benedicti, legaui cum omnibus iuribus ſuis et pertinencijs, ad me pertinentibus veſtre nobilitatj reſigno ſub hac forma. literas per preſentes, quod ipſius decime proprietas ad dictum monaſterium perpetualiter devoluatur. Quare rogo, quatenus propter deum et ſalutem anime veſtre, vt ſepedicta decima ad ſepedictum monaſterium tranſeat efficaciter intendatis. In Cuius mee reſignationis teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum Luneborg Anno domini M°,CCC. primo Secundo ydus Junij.



Urk. 175.

Biſchof Hermann zu Ratzeburg ertheilt allen Reuigen, welche den Bau der Kirche St. Michaelis in Lüneburg irgendwie fördern, einen Ablaß von 40 Tagen und einer Faſtenzeit. Dadow, 15. Juli 1301.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Hermannus dej Gratia Raceburgenſis Eccleſie epiſcopus. Uniuerſis chriſti fidelibus Preſentia viſuris et Audituris ſalutem in domino, Quoniam vt ait apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal chriſti recepturi prout in corpore geſſimus. ſiue bonum fuerit. ſiue malum. oportet nos diem meſſionis extreme. minime operibus preuenire. Ac eternorum intuitu ſeminare. in terris. quod reddente domino. cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis. firmam ſpem. fiduciamque tenentes. quoniam. qui parce ſeminat. parce et metit. et qui ſeminat in benedictionibus. de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur eccleſia beati mychahelis archangeli in caſtro Luneborg. propriis facultatibus ad ſtatum peroptatum in edificiis perduci non poſſit. vniuerſitatem veſtram monemus et hortamur in domino atque in remiſſionem vobis iniugimus peccatorum. quatenus de bonis A deo vobis collatis. pias elemoſinas. et grata eidem eccleſie. karitatis ſubſidia erogetis. vt per ſubuentionem veſtram in edificiis inſtruj valeat. et vos per hec et alia bona que domino inſpirante feceritis. ad eterna poſſitis gaudia peruenire. Nos vero de omnipotentis dei miſericordia. et beatorum petri et pauli apoſtolorum. et qua fungimur auctoritate. confiſi omnibus confeſſis et contritis qui ad inſtaurandam dictam eccleſiam manum porrexerint adiutricem. xl. dierum indulgentias et vnam karenam. de iniuncta eis penitentia miſericorditer relaxamus, alias indulgentias. Si quos habent in noſtra dyoceſi confirmantes. Datum Dadowe anno domini. M. trecenteſimo primo. in diuiſione apoſtolorum. pontificatus noſtri Anno. Decimo.

Länglich-runder Siegel des Biſchofs verletzt.

Urk. 176.

Die Grafen Nikolaus und Günzel von Schwerin reſigniren dem Biſchofe Friedrich zu Verden zu Gunſten des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg den ihnen vom Ritter Huser reſignirten Zehnten zu Heinſen (im K. Embſen A. Lüne). 8. September 1301.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt in Schröder papiſt. Mecklenburg S. 867, Harenberg hiſt. eccl. Gandersh. p. 1497. — Vergl. die Urk. de 1291, 12. Juni 1301 und 30. December 1311.)

Reuerendo in chriſto patri ac domino. frederico verdenſis eccleſie Epiſcopo, Nicolaus et Gunzelinus dej gratia Comites zwerinenſes. cum debita ſubiectione quicquid poſſunt amicitie obſequij et honoris, Decimam in heynſen nobis a hvnero milite per literas reſignatam, quam a nobis in pheodo tenuit. et nos a uobis. et eccleſia veſtra, iure tenemus pheodali, vobis et eccleſie veſtre reſignamus, in hiis ſcriptis hac addita conditione, quod ipſius decime proprietas ad Monaſterium Sanctj Michahelis in luneburch perpetuo deuoluatur, vt nos exinde omnium bonorum operum, que in dicto monaſterio fieri dederit iheſus chriſtus. participes efficj mereamur. In huius noſtre reſignationis teſtimonium preſentem litteram noſtris Sigillis fecimus communirj, Datum. Anno domini Milleſimo. Trecenteſimo primo. in die Natiuitatis domine noſtre. marie. virginis glorioſe.

Erſtes Siegel abgefallen, vom zweiten noch der Vordertheil des ſchweriner Pferdes.

Urk. 177.

Graf Nikolaus von Dömitz (Dannenberg) ſchenkt der Wittwe des Ritters Albert von Diſe und ihren Kindern den Zehnten zu Glüſingen bei Beetzendorf (im K. Beetzendorf A. Medingen). Lüneburg. 22. September 1301.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos dej gratia. Nicolaus. Comes de. Domenetze. Proteſtamur litteras noſtras per preſentes quod nos decimam in villa. Gluſinghe. ſita iuxta. Betzendorpe. porreximus honorabilj domine Mechtildj Relicte Albertj. militis dictj dyſen et pueris eiuſ videlicet. Alberto. et frederico. necnon et Margarete ſororj eorundem et eorum veris ac legitimis heredibus iure hereditario imperpetuum poſſidendam. libere et quiete prout prefatus Albertus miles. felicis memorie memoratam decimam. a noſtris progenitoribus poſſederat hactenus in hunc diem. Huius rej teſtes ſunt. Thidericus de withdorpe. Johannes de Lobeke et Ekhardus de Eſtorpe milites, et Johannes de Gamme famulus et plures alij fide dignj. Nos igitur volentes premiſſa, dicte domine. Mechtildj. et pueris ſuis, eorumque veris heredibus perpetuo ac inuiolabiliter obſeruarj preſentem litteram eiſdem ſigillj noſtrj appenſione dedimus inſignitam. Datum Luneborg Anno dominj M°.CCC°. primo. In die ſancti. Mauricij et ſociorum ejus.

Urk. 178.

Ritter Gevehard von dem Berge und ſein Sohn Segeband übertragen der Marienkirche zu Lüneburg einen Zins aus dem Salzbrunnen zu Lüneburg gegen einen Hof zu Haverbeck (im K. Bielſpingen A. Winſen a. d. Luhe). 22. September 1301.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 26. April 1299.)

Nos Gheuehardus miles et ſegebandus filius meus famulus dicti de monte. tenore preſentium literarum publice proteſtamur. quod eccleſie beate marie virginis in luneborch duas menſuraſ puri et examinati mellis que wlgariter dicuntur verder de puteo ſaline in reconpenſationem curie in hauerbeke que eidem eccleſie ab antiquo pro lumine lampadis fuerat aſſignata. ad idem lumen dedimus perpetuo percepturas. Et talis cenſus annualis ſine aliquo obſtaculo de prefato puteo dabitur in feſto natiuitatis virginis glorioſe. Cujus cenſus proprietatem ſepedicte eccleſie conferimus pleno iure ſicut patentes litterae illuſtri principis domini noſtri ottonis ducis de brunſwich et luneborch quaſ nicolao de molendino procuratori eiuſdem iam ſepedicte eccleſie preſentauimus proteſtantur. Ne igitur factum inſtud quod ſano conſilio admiſimus ab aliquo reuocari poſſit preſentem paginam appenſione ſigilli noſtri ac

fratris mei hinrici militis dicti de monte duximus roborandam. Data anno domini. M.CCC.I. In die ſanctorum Martirum Mauritij ac ſociorum eius.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 179.

Papſt Bonifaz incorporirt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg, deſſen Einkünfte, nach der allgemeinen Abſchätzung, die Summe von tauſend Mark reinen Silbers nicht überſchreiten, zur Beſtreitung demſelben obliegender Laſten und Ausgaben, die Pfarrkirchen in Dahlenburg (A. Bleckede), Gerdau (A. Bodenteich), Veerßen (A. Oldenſtadt), Hittbergen (A. Artlenburg) und Nahrendorf (A. Bleckede), Verdener, und Bergen (A.-V. Bergen), Mindener Diöces, deren Collation dem Kloſter zuſteht, unter dem Vorbehalte, daß die Vicare an dieſen Kirchen den hinreichenden Unterhalt behalten und die biſchöflichen Gerechtſame beſtehen bleiben, auch andere denſelben obliegende Verpflichtungen erfüllt werden. Rom, 22. Februar 1302.

(Nach dem Copialbuche № 6 S. 57 f. № 52 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Ad futuram rei memoriam Sincere deuocionis affectus quem dilecti filii Abbas et conuentus monaſterij ſancti Michaelis in Luneborg ordinis ſancti benedicti verdenſis diocefis ad nos et ad Romanam gerunt eccleſiam promeretur vt votis eorum illis preſertim per que ipſorum et dicti monaſterij neceſſitatibus prouidetur quantum cum deo poſſumus ſauorabiliter animabus Hinc eſt quod Nos eorundem Abbatis et conuentus in hac parte ſupplicationibus inclinati parrochiales eccleſias in dalenborch in Gerdowe In veerſen In hidbergen et in Norendorpe dicte verdenſis et in Bergis Mindenſis diocefis quarum collacio ad eundem Abbatem pertinere dinoſcitur et quarum quadraginta cum omnibus juribus et pertinenciis ſuis prefato monaſterio cuius mille marcarum argenti puri fructus redditus et prouentus ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum vt afferitur non excedunt in releuamen onerum et expenſarum eiſdem Abbati et conuentui incumbencium auctoritate apoſtolica tenore preſencium vnimus et annectimus et incorporamus Ita tamen quod cedentibus uel decedentibus rectoribus dictarum eccleſiarum qui nunc ſcilicet aut alias ipſas eccleſias quomodolibet dimittentibus liceat prefatis Abbati et conuentuj earundem eccleſiarum corporalem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere et eciam in uſus ipſorum perpetuo retinere necnon fructus redditus et prouentus in ſupportacionem onerum eorundem deputare ſuper hoc dioceſanorum locorum pro tempore exiſtencium et cuiuscunque altaris licencia ſeu conſenſu minime requiſitis ac quamlibet predictarum eccleſiarum per vnum ex monachis dicti monaſterij uel per preſbiterum ſecularem ydoneum facere gubernari Reſeruatis tamen pro perpetuis vicariis dictarum eccleſiarum inibi pro tempore inſtituendis congruis portionibus de quibus congrue poſſint ſuſtentari. Non obſtante ſi aliquj ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiusmodi uel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales uel generales apoſtolice ſedis uel legatorum eius litteras impetrarunt etiam ſi per eas ad inhibitionem reſeruationem et decretum uel alias quomodolibet ſit proceſſum quaſ quidem litteras et proceſſus habitos et habendos per eaſdem et quecunque inde ſecuta ad prefatas eccleſias volumus non extendi ſed nullum per hoc eis quoad affectionem beneficiorum aliorum preiudicium generari et quibuſlibet litteris Indulgenciis et priuilegiis apoſtolicis generalibus uel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtat per que preſentibus non expreſſa uel totaliter non inſerta effectus earum impedire valeat quomodolibet uel differri et de quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mencio ſpecialis, volumus autem quod ijdem Abbas et Conuentus poſtquam uigore preſentium dictas

eccleſias fuerint pacifice affecuti earum ratione Epiſcopalia Jura ſoluere ac alia eis incumbentia onera ſupportare teneantur. Nos enim eximere irritum decreuimus et inane ſi ſecus ſuper hijs a quoquam quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contigerit attemptari Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre vnionis annexionis Incorporacionis voluntatis et conſtitucionis infringere uel ei auſu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignacionem omnipotentis dei et Beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum Datum Rome apud ſanctum Petrum VIII kalend. Martij Pontificatus noſtri Anno octauo.

Urk. 180.

Hiſalde, Wittwe des Ritters Eggehard Schack, und ihr Sohn Johann verkaufen dem Otto Eigel, Mönche zu St. Michaelis in Lüneburg, zu Händen ſeiner Kirche eine Rente aus einer Hausſtelle im Grimm (nahe bei der Stadt Lüneburg) jenſeits des Reigerbeke. Lüneburg, 6. December 1303.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Notum ſit vniuerſis ad quos preſentes littere peruenerint, quod nos Hiſalda relicta Egghehardi militis ſcacken. Johannes predicti Egghehardi filius vendidimus in vna area, viro religioſo ſancti mychaelis in Luneborch. domino Ottoni dicto Eygel ad manus ſue eccleſie trium ſolidorum redditus cum seruicio, quod de predicta area haberi poteſt. pro duobus talentis Hamburgenſium denariorum. ſita eſt enim in grimmone, vltra locum, qui vocatur reygerbeke. nam dicte Eccleſie abbas. et conuentus in eadem area ſex ſolidorum redditus antea habuerant. Sed nos feruitium et aduocaciam. cum trium ſolidorum redditibus, que modo etiam vendidimus cum omni iure quod in eadem area habuimus vel habere poterimus, iure perpetuo poſſidenda. dantes predicto domino Ottoni et ſuo conuentui poteſtatem de ipſa area vendendi. diſponendi quicunque ipſorum fuerit voluntatis. Nos igitur Geuehardus. Henricus milites dicti de monte Wernerus miles de Medinghe. Conradus. Ludolphus milites dicti de Eſtorp. predicte venditioni rite et rationabiliter facte interfuimus. In cuius teſtimonium ſigilla noſtra, cum ſigillo domini Egghehardi ſcacken pie memorie, quo adhuc utitur ſepedicta vidua Hyſalda cum ſuo filio. Johanne. preſentibus ſunt appenſa.. Datum Luneborch. Anno domini. M.CCC.III. In die beati Nicolai epiſcopi et confeſſoris.

Von ſechs Siegeln das erſte und letzte erhalten, beide Herzſiegel:

„† SIGILLVM CONRADI . DE . EST . . . E“, mit einer quer liegenden Lilie im Schilde.

Urk. 180a.

Die Gebrüder Otto, Johann und Werner von Melbeck verkaufen dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Conuente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Melbeck (im K. Embſen A. Lüne) erbeigen. Sollte es nicht gelingen, das Obereigenthum vom Grafen von Schwerin zu erwirken, ſo wollen ſie den Zehnten zu treuer Hand des Kloſters als deſſen Gut beibehalten, bis dies möglich geworden iſt. Lüneburg, 1. Januar 1304.

(Nach einer alten Copie im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Otto Johannes et Wernerus dicti de Melbecke famuli tenore preſentium publice recognoſcimus et teſtamur, quod communicata manu ſimul et In ſolidum cum bona voluntate et vnanimi conſilio ac omnium noſtrorum legittimorum heredum conſenſu, quorum nunc intereſt aut in futurum dinoſcitur intereſſe rite et rationabiliter vendidimus honorabilibus et diſcretis viris dominis videlicet Abbati Priori totique conuentuj Monaſterij Sancti Michaelis in caſtro Luneborg Ordinis Sancti Benedicti noſtram integram decimam tam maiorem quam minutam totius ville Melbecke cum omnj fructu et utilitate et penitus cum omnj Jure quo ad noſtros progenitores et hactenus ad noſmet ipſos pertinebat ſeu poterat pertinere pro Sexcentis Marcis et sexaginta marcis Luneburgenſium, denariorum Jure hereditario perpetuis temporibus poſſidendam et plane ad faciendum ac dimittendum quod dicto Abbatj et Conuentuj placuerit cum ea, nobis et noſtris heredibus penitus nihil Juris In ea de cetero reſeruantes Sed ſi idem dominus Abbas et Conuentus aliquod In ipſa decima obſtaculum ſeu impedimentum habuerint, hoc ſibi, cum primo moniti fuerimus diſbrigabimus, qualibet conditione totaliter pretermiſſa Cuius quidem decime feodum predicto Abbati et Conuentuj a domino Comite de Swerin, ſi quocunque nunc poterimus volumus procurare, ſi vero In hoc defecerimus tunc dominus Abbas et Conuentus debent de Ipſius procuratione ſibi perſonaliter prouidere Si autem predictum feodum ex vtraque parte non poterimus (*procu*)rare tunc ipſum ad manus dominj Abbatis et conuentus apud nos ad bonum ſuum volumus obtinere, quouſque a domino feudali poterit procurari Volumus etiam dictum dominum Abbatem et Conuentum In dicta Decima warandare, vt tenemur ſecundum Jus et conſuetudinem warandare Vt autem hec conuentio facta per nos firmiter obſeruetur Nos fratres ſupraſcripti vna cum compromiſſoribus noſtris videlicet Segebando de wittorpe et Johanne dicto Riben domino wernero Abbatj Othrauen priorj et dominis ſcilicet Frederico puſtekenn wernero de Odem Olrico de ylten ſacerdotibus et Ibidem Conuentualibus Segebando dominj Johannis dominj Hinrici dictorum de Monte Militum, filijs, hinrico kynth hunero de Odem et Johannj Schakkenn famulis ex parte ſepedicti domini Abbatis et conuentus cautionem ſimul manualem et nichilominus ſigillis noſtris et premiſſorum noſtrorum Segebandi et Johannis predictorum preſentem literam duximus confirmandam, Datum et actum Luneborg Anno dominj Milleſimo tricenteſimo quarto In die Circumciſionis dominj preſentibus honorabilibus viris et ydoneis ſupraſcriptis Domino Dithmaro et domino Jacobo dictis hollen et pluribus alljs fide dignis.

Urk. 180b.

Herzog Otto von Braunſchweig ſchenkt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg die Vogteigerechtſame in Heinſen (im K. Embſen Kl.-A. St. Michaelis, jetzt Amts Lüne), Holtorf (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. L.) und Glüſingen (im K. Beetzendorf A. Medingen). 22. März 1304.

(Nach dem Copialbuche *M.* 9. IV des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Dei gratia Otto Dux de Brunſwich tenore preſentium literarum publice recognoſcimus, quod progenitores noſtri et Nos dedimus et donamus Domino Abbati et Eccleſie

ſue Sancti Michaelis in Luneborg pro peccatis noſtris et in remedium anime noſtre et parentum noſtrorum omne jus, quod quondam habuimus et Advocatiam in villa Heinſen in villa Holtorpe et in villa Glutzinge perpetuo tenendum et exercendum, nec qvicqvam in iisdem retinemus juris. Ne a quoquam noſtrorum filiorum et deſcendentium, vel etiam Advocatorum, et qvi noſtro nomine dominationem gerunt, in iisdem locis in futurum attentet, et audeat diſbrigare hoc factum et infringere, jubemus ſerio et volumus, ſub obtentu gratie et eterne ſalutis diſpendio mandantes ſevere, ut abſtineant hoc facere, Injungimus et filiis et poſteris noſtris totique noſtre familie, quamdiu eadem ſtabit et in perpetuum, ut ſuos etiam Advocatos prefectos et ſcribas, qvique a nobis et deinceps ab ipſis herent et herebunt, arceant Sacramento ſtricto et ſumma exactione ab iſtiusmodi nefario auſu atque tentamine detineant, quam charus ipſis eſt Deus et eterna ſalus Super qvo hoc ſcriptum ſigillo noſtro communivimus. Datum etc. Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti M°.CCC°.IV°. In Dominica viridi et viva.

Urk. 181.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß der Pfarrer Willekin zu Hittbergen (im A. Artlenburg) ſeiner Kirche die Rente eines Fuders Salzgut geſchenkt hat, unter Vorbehalt der Nutznießung deſſelben während ſeines Lebens. Lüneburg, 13. Juli 1304.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 179 vom 22. Februar 1302.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneborch. Thidericus zabel. Alardus de ſcilſten. Andreas. Johannes Dicke Thidericus volcmarj. Hermannus albus. volcmarus de Sacco. Gerbertus Magiſtri Putei. Albertus wolbertj. Hartwicuſ de Salina. Johannes Elerj. Gherardus willerj. Notum eſſe cupimus, vniuerſis chriſti fidelibus, quibus preſentes littere fuerint preſentate. quod dominus willekinus rector Eccleſie, in Hethberghe. ad noſtram accedenſ preſentiam propter specialis deuotionis affectum, quo suam amplectabatur eccleſiam, iam dictam, contulit eidem eccleſie, poſt mortem ſuam, pro ſuſtentatione plebani, qui ibidem fuerit pro tempore, vnum plauſtrum Salis, quolibet flumine in salina Luneburch. hereditarium, ſicut ipſe quondam ſuis propriis denariis emit, In domo Memminghe ſitum. ad ſiniſtram manum cum in ipſam domum itur, In Sartagine, wechpanne wlgariter nuncupata. Ipſe tamen fructibus eiuſdem plauſtri Salis vbicunque locorum fuerit, vel ſub quocunque ſtatu permanſerit, temporibus vite Sue pacifice perfruetur. Ne igitur predicta eccleſia Hethberge, tantis poſſit in poſterum, aliquorum verſucia, defraudari beneficiis, preſens scriptum, super gratia et dono preſenti confectum noſtre Ciuitatis Sigillo, in euidens teſtimonium duximus conſignandum. Datum Lvneburch. Anno gratie. M.CCC.IſſI. Henrici Regis.

Siegel abgefallen.

Urk. 182.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß ihr Kapellan Ludolf zu St. Spiritus an Wardewarb in der Altſtadt von den Gütern ſeiner Kapelle ein Salzgut in der Saline Lüneburg für die Kirche St. Cyriaci [1]) verkauft hat. Lüneburg, 22. September 1304.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 240 in Königlicher Bibliothek zu Hannover. — Vergl. Urk. 197 vom 31. October 1308.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneburg. Tidericus Zabel Andreas Johannes Dicke Thidericus Volcmari Hermannus Albus Volcmarus de facco Gerbertus mag. putei Alb. Volcherti Hartw. de ſalina. Johannes Elueri Gerhardus Willeri Scire volumus poſteros et preſentes Quod ludolphus ſacerdos noſter Capellanus rector eccleſie S. Spiritus de noſtro conſilio ac voluntate vendidit honeſto viro Wardewardo in antiqua ciuitate de bonis Capelle ſuae iam

dicte dimidium plauſtrum ſalis quolibet flumine in ſalina Luneburg in domo Ludolphinge in ſartagine que vocatur gunepanne poſita ad dextram manum cum domus intratur predicta ad ſtructuram et vſus Eccleſie S. Ciriaci antique ciuitatis jure hereditario perpetualiter pertinendum. In cuius contractus euidentiam noſtre ciuitatis ſigillum huic ſcripto in teſtimonium duximus apponendum. Datum Luneburg Anno Domini M° CCC° IIII° Mauritii et ſociorum martyrum.

---

1) Vergl. Urk. 76 vom 29. Juni 1259.

Urk. 183.

Abt Johann zu Scharnebeck kauft für 10 Mark, welche ihm der Canonicus Nikolaus zu Bardowiek gegeben hat, einen Hof in der Straße Auf-dem-Meere zu Lüneburg, wofür das Gedächtniß des verſtorbenen Markgrafen Otto des Langen gefeiert werden ſoll. Scharnebeck, im December 1304.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 7. October 1343.)

Nos frater Johannes abbas monaſterij in Riuo sancte marie, Recognoſcimus tenore preſencium proteſtantes, Quod dominus Nicolaus, filius Johannis Bertoldi quondam filij (*sic*), Canonicus eccleſie Bardewicenſis, preſentauit nobis decem marcas ſtendalenſis argenti, quarum amminiculo Comparauimus Curiam Henrici quondam dicti de ochtenhuſen in luneborg, in vico ſituatam qui mare dicitur, sub hac forma Tota medietas penſionis curie supradicte cedet ad conſolacionem conuentus noſtri annis singulis, ritu perpetuo, die certa, videlicet dominica Letare, Si vero medio tempore predictam curiam in manus alterius contingeret deuenire, Tunc nos, vel succeſſores noſtrj qui pro tempore fuerint, alio loco certo duarum marcarum redditus comparabimus, vel etiam comparabunt, de quibus eadem conſolacio sine vlla defectione seu diminucione, die preſentabitur memorata, Et tunc Bone memorie Marchionis ottonis qui dicebatur Longus, commemoratio peragetur, Data in Riuo sancte Marie anno domini, M,CC.C.IIII, Menſe decembrj.

Königlich rundes Siegel „ABBATIS DE RIVO SANCTE MARIE“, einen ſtehenden Abt enthaltend.

Urk. 184.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Hille, Witwe Ludolf's Sepe, der Structur der Kirche St. Cyriaci [1] in der Altſtadt Lüneburg ein Salzgut in der Saline Lüneburg verkauft hat. Lüneburg, 8. September 1305.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 239 in der Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Nos Conſules Civitatis Luneborg Andreas Nicolaus v. d. Molen Cyfridus hoyke Albertus hollo junior Volcmar. de facco harman. de Arena Bertoldus longus hinricus de lubeke Johannes Weddeſſen Hinricus de parchem Georg Sinck Recognoſcimus preſentibus publice proteſtantes quod Domina Hilla relicta ludolphi Sepen de ratihabitione et conſenſu omnium legitimorum heredum ſuorum vendidit ad ſtructuram Eccleſie S. Cyriaci in antiqua civitate luneborg dimidium plauſtrum ſalis quolibet flumine in ſalina luneborg in domo butzinge in ſartagine que wechpanne dicitur jacente ad ſiniſtram manum cum itur in ipſam domum jure hereditario perpetualiter pertinendum. In preſato quidem dimidio plauſtro ſalis Cyzage habet cenſum octo ſolidorum luneborgenſium denariorum hereditario Jure qui eidem in feſto S.

---

1) Vergl. Urk. 76 vom 29. Juni 1259.

Michaelis Archangeli annis ſingulis perſoluentur. In premiſſorum euidens teſtimonium noſtre Ciuitatis ſigillum apponi fecimus literam ad preſentem Datum luneburg Anno domini M CCC Quinto In natiuitate beate Marie Virginis.

Urk. 185.

Ritter Eggehard von Eſtorf verkauft der Kirche zu Veerßen eine Frucht- und Geldrente aus ſeinem Hofe im Kirchdorfe Kirchweyhe (beide A. Oldenſtadt). 27. September 1306.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 22. Februar 1302 und 1. Mai 1313.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Amen. Echardus Miles dictus de Eſtorp omnibus preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris ſalutem in domino. Nouerint vniuerſi hanc paginam intuentes quod Ego Echardus Miles dictus de Eſtorp vendidj redditus, trium wichhimten ſiliginis. et VIII. ſolidorum denariorum. quj denarii dicuntur Crucepennige. in Curia mea ſita in villa Weynedhe in qua Eccleſia habetur ad uſum Sancte Marie in verſena. videlicet ad luminationem eius perpetue poſſidendos quos enim redditus recipiet ſancta Maria ſingulis annis tempore quo de iure dari ſolent. Ne igitur mea venditio a me vel a meis heredibus poſtmodum vel aliquorum iniuria infringj valeat preſentem cartulam fecj mej ſigillj munimine roborarj. Datum anno Domini. M.CC̄C.V̄I. V̄. kalendas. Octobris. In die ſanctorum martirum. Coſme et Damianj.

Siegel abgefallen.

Urk. 186.

Abt Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg beſtimmt unter Zuſtimmung des Priors und Convents, daß die Austheilung der Präbende des Convents zu Gunſten ihres Baues auf vier Jahr ſiſtirt, und zur Anſchaffung der Kleidungsſtücke drei Wiſpel vertheilt werden ſollen. Lüneburg, 9. März 1307.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos dei gratia thomas abbas ſancti michaelis in luneborg. Tenore preſentium recognoſcimus per preſentes. quod matura deliberatione habita. ſuper prebenda noſtri conuentus, conſiderauimus, quod dicta prebenda ſine magno edificij noſtri inpedimento miniſtrari non poteſt, cum conſenſu domini prioris et totius conuentus. ſtatuimus et volumus ut miniſtratio antedicte prebende differatur. uſque ad feſtum paſche proxime venturum ad quatuor annos. et tres chori ad comparandas veſtes miniſtrentur toto conuentui, vt medio tempore inceptum edificium quod nos etiam omni ſtudio quo valemus promouebimus valeat conſummarj. Inſuper ſi aliquis dictam conſtitutionem contra neceſſitatis et edificij facturam infringere attemptauerit. hoc quantum poſſumus auertemus vt igitur firmum permaneat. preſens ſcriptum munimine noſtri ſigilli iuſſimus roborari. Datum luneborg anno domini. M°.CCC°. ſeptimo, quinta feria poſt dominicam Letare.

Siegel des Abtes Thomas, verlegt, der Abt ſitzend.

Urk. 186a.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß die Gebrüder Ulrich und Johann von Thune an Nikolaus Kind zwei Salzpfannen im Hauſe Boninghe verkauft haben, aus welchen Renten an die Kirche zu Bienenbüttel (A. Medingen) und an die Söhne Johann's von Lobke zu entrichten ſind. Lüneburg, 11. März 1307.

(Nach einem Transſumpte vom 6. November 1423. — Den Abdruck ſ. in letzterer Urkunde.)

Urk. 187.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ſchenkt dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ſeine Anſprüche an die Vogtei über einen Hof bei der Kirche in Wendhauſen (im K. Reinſtorf A. Lüne), welchen derſelbe von des Herzogs Vaſallen gekauft hat. Lüneburg, 2. April 1307.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck Deduction ꝛc. Beil. № 20 und in Rehtmeier's Chronica I 516. — Vergl. Urk. vom 16. Juni 1310.)

Otto dei gratia dux Brunſuicenſis et Luneburgenſis, cunctis preſencia viſuris et audituris, ſalutem in eo qui ſalutem attulit toti mundo, Ne facta recordatione digna lapſu temporis a memoria deleantur, expedit ea ſcriptis durabilibus commendare, ob hoc eciam notum facimus vniverſis nos in ſalutem anime noſtre, et parentum noſtrorum donare proprietatem cuiuſdam dominationis noſtre, que vogedyge teutonico dicitur, in caſtro Lvneborgh conuentuj ſancti Mychaelis, quam fredericus filius domini Leonis militis quondam coquine noſtre magiſtrj, a nobis in feudo tenebat, de quadam curia iuxta eccleſiam in wenthuſen ſita, quam curiam dictus conuentus emit a frederico prefato perpetuo poſſidendam, cum omni iure quo pertinebat eidem, et ne aliquis hoc factum infringere preſumat, decreuimus hoc ſcriptum ſigillo noſtro forcius confirmandum, Datum Luneborgh, Anno domini. M.CCC.VII. Dominica Qvaſimodogenitj.

Verletztes großes rundes Siegel des Herzogs Otto mit dem Löwen.

Urk. 188.

Die Gebrüder Otto, Gevehard, Werner, Gevehard junior Grote übertragen dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg zum Seelenheile ihres Vaters Gevehard und ihres Vaters Bruders Otto und deſſen Sohnes Johann eine Geld- und Fruchtrente aus „Rozeve", für 30 Mark ablösbar. 2. April 1307.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 99 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Otto. Geuehardus. Wernerus. Geuehardus iunior fratres dicti magni. Recognoſcimus per preſentes. Quod abbati et Conuentui monaſterii ſancti michaelis in Luneborg. ordinis beati benedicti. contulimus in uilla rozeve pro remedio anime patris. noſtri Geuehardi. et patrui noſtri ottonis. et filii ſui Johannis. duas marcas. et vnum Wichempten filiginis. et XVI. denarios in feſto ſancti michaelis. et in feſto Palmarum. quinque ſolidos. ſingulis annis. Sub tali conditione. quando eis dabimus. XXX marcas. hamborgencium denariorum. predicta bona. ad nos libere reuertentur. Vt autem iſtud firmum permaneat. preſens ſcriptum ſigillo noſtro. fecimus roborare. Datum anno domini. M°.CCC°.VII°. Dominica. Quaſimodogeniti.

Urk. 189.

Ritter Ludolf von Eſtorf verkauft dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ſeine Güter zu Rindorf an der Schmalen-Aue (im K. Egeſtorf A. Winſen a. d. L.). Lüneburg, 15. Juni 1307.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 190 vom 29. Juli 1307.)

Omnibus chriſti fidelibus preſentium litterarum auditoribus et viſoribus vniuerſis. Ego Lvdolfvs miles dictus de Eſdorp Recognoſco. ipſarum teſtimonio publice proteſtando. quod ego cum conſenſv filiorum meorum Manegoldj videlicet et Hinricj, et reliquorum legitimorum heredum, vendidj racionabilj vendicione. bona in Nendorp in Smalnowe ſita jlla videlicet bona que proxime poſſederat. wichmannus colonus meus, conuentuj Monaſterij ſanctj Mychaelis

in Lvneborg. pro Sedecim marcis denariorum hamborgenſium et decem Marcis denariorum Lvneborgenſium. expedite cum omnj, jure quo hactenus tenuj et tenere potuj, dicta bona quiete ſine alicujus heredum meorum interrupcione perpetuo poſſidenda. jn cujus emptionjs et vendicionjs euidenciam et memoriam promptiores. Ego dictus Lvdolfus pro me et meis heredibus legitimis preſentem litteram ſigillorum videlicet mej. dominj wernerj de Medinge militis ſenioris et Ottonjs dictj magnj famulj. preſente domino Seghebando milite dictj de monte filij. ſeghebandj quondam ipſj Monaſterio duxj pro teſtimonjo conferendam. Actum et datum Lvneborg Anno dominj M.CCC.VII. die vitj et Modeſtj martyrum.

Herzſiegel „† S. LVDOLFI DE ESTORPE“, mit einer Lilie auf einem ſchraffirten Hintergrunde (ähnlich dem Siegel unter Urkunde 111.)

Ein drittes Siegel abgefallen.

Urk. 190.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg verleiht der Kirche St. Michaelis in Lüneburg das Obereigenthum über ein Lehngut zu Rindorf an der Schmalen-Aue (im K. Egeſtorf A. Winſen a. d. L.), welches Ritter Ludolf von Eſtorf ihm zu Gunſten des Kloſters reſignirt hat. Lüneburg, 29. Juli 1307.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 189 vom 15. Juni 1307.)

Nos dej gratia Otto, dux de Brunſwich et Luneborgh, Tenore preſentium recognoſcimus, proteſtantes, quod Ludolphus miles de eſtorpe veniens, reſignauit, nobis vnum bonum ex conſenſu omnium heredum ſuorum, quod a nobis tenuit in pheodo in uilla nendorpe, ſuper aquam ſmallow, ſitam, de quo dedit cenſum quidam colonus wichman nomine, petens, vt ius pheodale, ſiue proprietatem dicti bonj dare, abbati et Conuentuj ſancti Mychaelis in Luneborg, dignaremur, Nos igitur propter deum et ad honorem ſancti Mychaelis archangeli, collationem predicti pheodj et omne ius quod in ſepedicto bono habuimus vel habere poterimus, Cum Conſenſu omnium heredum noſtrorum contulimus, Eccleſie ſancti Michaelis in Luneburgh perpetuo poſſidendum Vt igitur noſtra donacio in perpetuum firma permaneat Sigillum noſtrum duximus apponendum, Datum Luneborgh Anno domini M.CCC.VII. In die Sanctorum felicis Simplicii ſauſtinj beatricis.

Vom großen runden Siegel des Herzogs Otto noch ein Theil vorhanden.

Urk. 191.

Der Rath zu Lüneburg beurkundet, daß Hille, Wittwe Werdeward's Goldſchmied, und ihre Schweſter

Zacharia dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg ein Haus, Hof und Hausſtelle in der Altſtadt vermacht haben. Lüneburg, 1. Auguſt 1307.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Lvneborg. Gerbertus magiſtri putej. Albertus wolbertj. Sifridus Hoyke. Albertus Holle junior. Volcmarus de Sacco. Bertoldus longus Henricus de Lvbeke. Johannes weddiſſen. Henricus de Parchem. Georgius Swiker. Johannes Abbenborch. Scire volumus tam futuri temporis poſteros quam preſentes. quod domina Hilla. relicta verdewardj aurifabrj. et germana eius Zacharia. in animarum Suarum Salutare remedium, poſt mortem ſuam. donauerunt, Monaſterio et Conventui Sancti Michahelis in Caſtro Lvnebůrch. ordinis Sanctj benedictj. Domum. Curiam. et aream. in antiqua Ciuitate, apud Curiam Johannis vrſi Militis, bone memorie, abſque omnj inpedimento iure hereditario libere, poſſidendam. In Cuius donationis noticiam et euidens teſtimonium, preſens Scriptum exinde confectum noſtre Ciuitatis Sigillo precepimus inſignirj. Datum Lvnebůrch. Anno Dominj. M.CC̊C.VII. vincula Sanctj Petrj.

Siegel abgefallen.

Urk. 192.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß der Schneider Bodo dem Prior und Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg eine Geldrente aus der Saline Lüneburg verkauft hat. Lüneburg, 16. Februar 1308.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Lvneburch. Gerbertus magiſtri Putej. Albertus wolbertj. Sifridus Hoyke. Albertus Holle junior. Volckmarus de Sacco. Bertoldus longus. Heynricus de Lvbeke. Johannes weddiſſen. Henricus de Parchem. Georgius Swickere. Johannes Abbenborch. Innoteſcimus preſentibus et poſteris preſentium per tenorem. quod Bodo pannicida noſter conburgenſis, accedente conſilio et conſenſu omnium legitimorum heredum Suorum, vendidit reuerendis viris, Priorj. Totique Conventuj, Monaſterij Sanctj Mychaelis in Lvneburch, vnam Marcam denariorium Lvneborgenſium, annuatim, cenſualem, in Salina Lvneburch, in feſto Sanctj Mychaelis, in domo Müntzinge. ad dextram manum cum itur in ipſam domum. in Sartagine que dicitur wechpanne. iure hereditario perpetualiter poſſidendam. Super quo noſtre Civitatis Sigillum. apponi fecimus in euidens teſtimonium huic Scripto. Datum Lvneburch. Anno domini. M.CC̊C.VIII. Juliane virginis et martiris.

Großes rundes Siegel der Stadt Lüneburg.

Urk. 193.

Ritter Georg von Hitzacker genannt Lange verkauft dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg den Zehnten zu Rohſtorf (im K. Reinſtorf A. Lüne). 14. April 1308.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Pfeffinger II 603.)

Nouerint vniuerſi ad quos preſens ſcriptum pervenerit, quod ego Georgius miles dictus longus. vel de hiddeſakere, cum bona voluntate, et conſenſu meorum agnatorum et heredum meorum legitimorum. vendidi domino abbati. et conventuj monaſterij ſancti michahelis in luneburch ordinis beati benedicti, decimam in villa rodeſtorpe ſitam in monte, pro C. et X. Marcis hamburgenſium denariorum. cum omni iure. tam in pheodo. quam in proprietate, ſicut eam emi. a domino wernero ſeniore. et wernero iuniore fratribus dictis de medinghe. qui predictam decimam pacifice diu poſſederunt iure perpetuo poſſidendam. Item

ſi predicta decima infra diem et annum ab aliquo occupata fuerit. tunc mecum frater meus Th. de hiddeſackere. wernerus ſenior. wernerus iunior fratres dicti de medinghe. et duo filij mei. Georgius. et Manegoldus intrabunt ciuitatem luneburch. non exituri niſi predicti domini de omni impedimento ſufficientem habuerint cautionem, vel de eorum fuerit voluntate. Preterea ſi poſt terminum iam dictum. ab aliquo fuerit orta queſtio de proprietate. vel pheodo. vel de quocunque. fideliter laborabo cum amicis meis ſupra ſcriptis, ne dicti domini periculum aliquod incurrant. Si autem nullo effectu potero, tunc ipſi debent habere liberum arbitrium. et ego non mihi predicendi. et hunc poſt dimidium annum a me vel meis veris heredibus habebunt ſine dubio pecuniam pretaxatam. Ut autem iſtud firmum et ratum permaneat. ſuper eo wernerus ſenior. et wernerus Junior fratres dicti de medinghe milites. et Thidericus. miles dictus de hiddeſacker frater meus. et duo filij mei. Georgius. et Manegoldus. mecum fide data promiſerunt. et in teſtimonium ſua ſigilla vna cum meo preſenti litere ſunt appenſa. Datum anno domini. M.CC.C.VIII. Tiburcij et valeriani martirum.

Siegel abgefallen.

Urk. 194.

Biſchof Friedrich zu Verden überläßt dem Abte und Kloſter St. Michaelis in Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Grünhagen (im K. Bienenbüttel Kl.-A. St. Michaelis, jetzt Amts Lüne) gegen Renten aus Höfen zu Hohnſtorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen), Kirchgellerſen (Kirchd.) und Eyendorf (im K. Salzhauſen, beide A. Winſen a. d. L.) nebſt zwei Leibeigenen. Verden, 26. Auguſt 1308.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 7. December 1308.)

In nomine domini. amen. Fredericus dej gratia verdenſis Eccleſie, Epiſcopus. Omnibus hoc Scriptum viſuris, Siue audituris, Salutem in domino Sempiternam. Niſi per ſcripture viuacitatem. actus hominum labilitatis conſequantur fulcimentum. proceſſu temporis obliuionis Interitu Subiacebunt. Sciant igitur preſentes et poſterj. quod Nos de Conſilio et beneplacito venerabilis viri. Decanj. et Capituli Eccleſie noſtre. locorum Commoditate, et vtilitatis melioratione hinc inde conſideratis. Decimas maiorem et Minutam in Gronenhagen. ad redditus Epiſcopales pertinentes. cum Omnibus Juribus et proprietatibus Suis, quibus ipſam noſtra poſſedit Eccleſia, Abbatj et Monaſterio Sanctj Michahelis in Lvneburch aſſignauimus perpetuo poſſidendas, per modum permutationis Sev Concambij. In Curia honſthorpe. XVIII. modios. Siliginis. et XI. ſolidos Lvneburgenſium denariorum. In Curia Gelderſen. XII. ſolidos. denariorum Luneburgenſium et dimidium quadrantem hinnulj. In Curia hyenthorpe. XX. ſolidos

denariorum Luneburgenſium. cuius tamen Curie Cenſus, mortuo villico nunc Cultore ipſius poterit ad placitum Moderarj, et duos litones, Eckehardum et Gotfridum. cum pueris eorum duntaxat Naſcituris. Jam natis. ad Seruitutes Sepeſati Monaſterii. remanentibus Obligatis. Sicut prius. cum Omnibus Juribus et proprietatibus Suis, prout ad Sepeſatum Monaſterium ex antiquo Spectare videbantur. Abbate et Conventui Sepius dictis Conſentientibus, et permutationem affectantibus. In Recompenſam, decime preſcripte, Menſe Epiſcopalj. irrefragabiliter annectentes. In Cuius permutationis euidentiam, noſtro et Capituli noſtri Sigillis preſens Scriptum fecimus roborarj. Datum verde. Anno dominj. M.CCC.VIII, Septimo Kalendas Septembris.

Siegel abgefallen.



Urk. 105.

Papſt Clemens V. befiehlt dem Abte des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg, alle Abteien des Ciſterzienſerordens gegen perſönliche und ſonſtige Beläſtigungen, namentlich ihrer Güter in Schutz zu nehmen, jedoch unter der Beſtimmung, daß Niemand über drei, oder vier Tagereiſen weit aus ſeiner Diöceſe vor Gericht gezogen werden ſoll. Avignon, 4. September 1308.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Clemens epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilecto filio . . Abbati Monaſterij ſancti Michaelis in Caſtro Lunemborch Verdenſis dioceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem Et ſi quibuſlibet perſonis eccleſiaſticis preſertim ſub religionis habitu domino militantibus apoſtolicum debeat adeſſe preſidium profeſſores tamen Ciſtercienſis ordinis utriuſque ſexus ne prauorum hominum moleſtijs agitentur eo libentius protectionis noſtre munimine confouemus, quo preſatum ordinem in eccleſia dei, conſpicuum dilectione proſequimur ampliori ac illorum iniurie grauius nos contingunt. Cum itaque ſicut ad noſtrum peruenit auditum dilecti filij . . Abbas Ciſtercienſis eiuſque coabbates et fratres ac dilecte in chriſto filie Abbatiſſe et ſorores eorumque Conuentus ipſius Ciſtercienſis ordinis a nonnullis qui nomen domini in uacuum recipere non formidant in perſonis et bonis ſuis multipliciter moleſtentur. Nos uolentes ipſorum abbatum fratrum Abbatiſſarum ſororum ac Conuentuum prouidere quieti et peruerſorum conatibus obuiare diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus

per te uel alium ſeu alios eiſdem abbatibus fratribus Abbatiſſis ſororibus et Conuentibus efficacis preſidio defenſionis aſſiſtens non permittas ipſos in perſonis et bonis eorum contra indulta priuilegiorum ſedis apoſtolice ab aliquibus indebite moleſtari Moleſtatores huiusmodi quicumque et cuiuſcunque religionis conditionis aut ſtatus exiſtant etiam ſi Pontificali prefulgeant dignitate auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus felicis recordationis Boniſatij pape. VIII. predeceſſoris noſtri qua cauetur ne cum actor et reus fuerint ciuſdem Ciuitatis uel dioceſis aliquis eorum extra ipſas niſi in certis caſibus ad iudicium euocetur et alia ne Conſeruatores a ſede deputati predicta extra Ciuitates et dioceſes in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere ſiue alij uel alijs uices ſuas committere. aut aliquos ultra unam dietam a ſine dioceſis eorundem trahere preſumant, quodque poteſtas et iuriſdictio Conſeruatorum quo ad non cepta negotia per obitum concedentis expiret, quam de duabus dietis in Concilio generali et alijs quibuſcunque conſtitutionibus ab eodem Bonifatio uel alijs predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſuper hoc in contrarium, editis dummodo ultra tertiam uel quartam dietam aliquis extra ſuam dioceſim auctoritate preſentium non trahatur, ſeu ſi aliquibus communiter uel diuiſim a predicta ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi uel excommunicari ſeu extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam de indulto huiuſmodi eorumque perſonis locis uel ordinibus mentionem ſeu qualibet alia indulgentia dicte ſedis generali uel ſpeciali per quam tue iuriſdictionis explicatio in hac parte ualeat quomodolibet impedire. Attentius prouiſimus ne de hijs ſuper quibus lis eſt forte iam mota ſeu que cauſe cognitionem exigunt et que indulta huiuſmodi non contingunt per te uel alium ſeu alios te aliquatenus intromittas Nos enim ſi ſecus preſumpſeris tam preſentes litteras quam etiam proceſſum quem per te uel ipſos illarum auctoritate haberi contigerit omnino carere iuribus et nullius fore decernimus firmitatis huiusmodi ergo mandatum noſtrum ſic prudenter et fideliter exequaris ut eius fines quomodolibet non excedas Ceterum uolumus et apoſtolica auctoritate decernimus, quod a data preſentium ſit tibi in premiſſis omnibus et eorum ſingulis perpetuata poteſtas et iuriſdictio attributa ut in eo uigore illaque firmitate poſſis auctoritate predicta in predictis omnibus et pro predictis procedere ac ſi tua iuriſdictio in hijs omnibus et ſingulis per citationem monitionem uel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet. Datum Auinion II. Nonas Septembris Pontificatus noſtrj Anno Quarto.

Plumbum: „Clemens: PP: V.“ an Bindfaden.

Urk. 196.

Biſchof Nikolaus zu Verden bezeugt, denjenigen Befehl des Papſtes geſehen zu haben, in welchem derſelbe dem Abte zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg befiehlt, die Ciſterzienſerklöſter in ihren Perſonen und Gütern gegen jegliche Bedrückung zu ſchützen, und ertheilt demſelben die Macht und Gerichtsbarkeit, die Bedrücker derſelben zu beſtrafen.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 329 in der Königl. Bibliothek zu Hannover. — Vergl. Urk. 195 vom 4. September 1308.)

Nicolaus Dei gratia Verdenſis Eccleſie Epiſcopus tenore preſentium recognoſcimus et teſtamur. quod priuilegium felicis memorie domini Clementis pape ſub vera bulla ſana et integra vidimus in hec verba. Clemens epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. dilecto filio Abbati Monaſterii ſancti Michaelis in caſtro Luneborg Verdenſis dioceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Et ſi quibuslibet perſonis eccleſiaſticis — — datum Auioni II Nonas Sep-

tembris Pontificatus noſtri anno quarto [1]). In cuius rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus duximus apponendum.

[1]) Urk. 195 vom 4. September 1308 iſt hier inſerirt.

Urk. 197.

Der Rath zu Lüneburg beſcheinigt, daß der Mitbürger Wardeward und deſſen Frau Hillegunde der Kirche St. Cyriaci [1]) ein Salzgut in der Saline Lüneburg zur Feier ihrer Anniverſarien überwieſen haben. Lüneburg, 31. October 1308.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 241 in Königlicher Bibliothek zu Hannover. — Vergl. Urk. 182 vom 22. September 1304.)

Nos Conſules Civitatis luneborg Tidericus Tzabel Nicolaus de Molendino Tidericus Volckmari Bartoldus Longus Volcmarus de facco Hermanus de Arena Hartwicus de ſalina Gerdes Willeri Nicolaus ſchultheti Jacob Niebur Hinricus Viſcule iunior Fridericus de Netze Recognoſcimus preſentibus manifeſte. Quod Wardewardus quondam comburgenſis noſter et hillegundis uxor ſua felicis memorie poſt obitum ſuum contulerunt Eccleſie Sancti Cyriaci antique Civitatis Luneborg dimidium plauſtrum ſalis quolibet flumine in ſalina luneborg in domo Butzinge ad ſiniſtram manum cum domus intratur in ſartagine que Wechpanne vulgariter nominatur Jure perpetuo poſſidendum de iſto dimidio plauſtro annuatim exeunt quatuordecim ſolidi denariorum luneborgenſium Videlicet ſeptem ſolidi in anniverſario Werdewardi quod peragetur in annis ſingulis in die Sancti pancratii Et ſeptem ſolidi in anniverſario Domine Hillegundis Quod peragetur in die beati blaſii martiris. Iſtos denarios juratı eccleſie memorate in predictorum Werdewardi et hillegundis ſingulorum anniverſarius ſubſcripto ordine erogabunt. Videlicet II ſolidi cum dimidio ſolido Rectori eccleſie ſepedicte qui fuerit pro tempore. Reſidui vero quatuor ſolidi inter capellanos huius eccleſie equaliter diuidentur et ſex denarios campanario eiusdem eccleſie qui fuerit pro tempore. In premiſſorum omnium obſeruantiam pleniorem preſentem literam ſuper his confectam ſtatuimus ſigillo noſtre civitatis feliciter inſigniri Datum luneborg Anno Domini Milleſimo ducenteſimo tricenteſimo octauo in vigilia omnium ſanctorum.

[1]) Vergl. Urk. 76 vom 29. Juni 1259.

Urk. 198.

Abt Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg überweiſt dem Prior und Convente daſelbſt 20 Schillinge Renten aus den Abteigütern in der Saline Lüneburg [1]) für eine gleiche Summe aus einem Gute zu Eyendorf (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.), welche er mit ihrer Zuſtimmung dem Biſchofe zu Verden für den Zehnten zu Grünbagen (im K. Bienenbüttel Kl.-A. St. Michaelis) mit überlaſſen hat. 7. December 1308.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 26. Auguſt 1308.)

Nos dej gratia Thomas abbas Monaſterij ſancti Michaelis in Luneburch Ad notitiam omnium tam futurorum quam preſencium cupimus pervenire quod dilecti nobis in chriſto prior et Conventus noſtre Eccleſie, habuerunt vnum bonum in villa yendorpe ſoluens. XX. ſolidos. ad cameram ipſorum pertinentes, cum duobus pullis et plauſtro lignorum, quod nos

[1]) Vier Schillinge überdieß ſoll der Verpfleger (Caritatar) für eine Wieſe zu Brettingen (im K. St. Dionys A. Scharnebeck) jährlich unter die Mönche vertheilen.

cum bona uoluntate ipſorum dedimus domino Epiſcopo verdenſis Eccleſie in modum permutationis et concambij, cum quibusdam aliis bonis pro decima in gronenhaghene. et predictis dominis noſtris dedimus in ſalina de bonis noſtris ad abbatiam ſpectantibus, X̄X̄. ſolidos denariorum, in recompenſam ſupradictorum. X̄X̄. ſolidorum, quorum ſedecim iacent Erderinghe in ſartagine wechpanne ad ſiniſtram manum et in domo ſtarthuſen, octo ſolidos in ſartagine gunepanne ad ſiniſtram manum, quatuor vero ſolidos ſupra vigintj computatos tollet karitatarius pro uno prato in britlinghe annuatim dominis miniſtrandos. vt igitur hoc factum a nullo valeat irritarj, preſens Scriptum ſigillj noſtri munimine duximus roborandum, Datum anno dominice incarnationis, M.CCC.VIII. In octava beati andree apoſtoli.

Siegel abgefallen.

Urk. 199.

Die Gebrüder Segeband und Heinrich Schack tauſchen mit dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg Einkünfte aus der Saline Lüneburg. 24. December 1308.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nouerint vniuerſj preſencium inſpectores. quod nos Seghebandus Scacko, Heynricus, fratres, filij militis quondam dictj Scacken iunioris pie memorie cum conſenſu et ratihabitione dilecti patrui noſtrj, Johannis, filij egghehardj militis dicti Scacken ſenioris, felicis Recordationis, et omnium legitimorum heredum noſtrorum, dedimus domino abbati et Conuentuj Eccleſie ſancti Mychaelis in Luneburgh, in modum permutationis et concambij, quoſdam Redditus in Salina, videlicet Nouem menſuras ſalis, que wlgariter ſicuntur (*sic*) ſus, quos habuimus alternis annis in ſalina in domo butzinghe, in duabus ſartaginibus ad dextram manum cum domus intratur, et dicti abbas et Conuentus habuerunt coſdem Redditus alternis annis, pro Redditibus octo ſolidorum, quos auus noſter Egghehardus Scacko, miles bone memorie dederat predictis dominis, pro ſalute anime ſue, in ſalina in bonis noſtris, in domo Thitmeringhe perpetuo poſſidendos, vt igitur hec permutacio firma et inviolabilis perſeueret preſens ſcriptum Sigillorum noſtrorum munimine duximus Roborandum, Teſtes huius ſunt, Ludolfus, Conradus fratres ac milites, dicti de Eſtorpe, Otto magnus, Seghebandus de monte milites, et alii quam plures fide digoj, Datum anno domini, M,CCC,VIII, In vigilia Natalis domini.

Zwei Herzſiegel „..EVILERREHARDI . DE ....." und „..HANNIS . SCAK .", jedes mit einer ſchräg liegenden Lilie.

Urk. 200.

Copialbuch *M.* 13.

auf Pergament geſchrieben. enthält auf 12 Quartblätttern 11 Urkunden (auf 11 beſchriebenen Seiten), ein Verzeichniß von Salinegütern (auf 6 Seiten) und „Denarij Sabborum" (auf 1 Seite). Die Urkunden umfaſſen den Zeitraum von 1293—1301, wovon eine einzige (von 1294 in ſeptuageſima) am 1. Juni 1308 transſumirt iſt. Auf der letzten Seite iſt der Inhalt zutreffend bezeichnet: „Copiae diverſarum Literarum de bonis ſalinaribus Canonicis Lubicenſibus venditis et alia ad rem ſalinariam facientia", weshalb nur die Urkunden 163 und 145, in welchen die Aebte Ludolf und Lüder zu St. Michaelis in Lüneburg als Zeugen erſcheinen, hier aufgenommen ſind.

Urk. 201.

Ritter Johann, ſein Sohn Ludinger und ihre Oheime Rudolf und Wedekind von Gerſtenbüttel verkaufen

dem Knappen Segeband von Wittorf den Zehnten zu Bornſen (im K. Natendorf A. Ebſtorf) und einige andere Güter. Lüneburg, 13. Januar 1309.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 15. April 1352.)

Nos Johannes, miles. Lvdingerus filius eius famulus. Rodolfus et wedekindus, fratres. patruj predictorum, dicti de Gerſenbutle. Tenore preſentium recognoſcimus et publice proteſtamur. quod de omnium legitimorum heredum noſtrorum conſilio et conſenſu, vendidimus, Seghebando de wittorpe, famulo, filio Seghebandj militis de wittorpe, ſane memorie, et Suis iuſtis heredibus, Decimam ville Bornſen, et bona ſi qua alia ſunt, que Thidericus de wittorpe, miles, cum ipſa decima, patruiſ dicti Seghebandi, de noſtra manu in feudo tenuit, et ipſe ſeghebandus a nobis in feudo habere tenebatur, pro viginti Marcis puri argenti, iure hereditario poſſidenda. Predictam quidem decimam, cum talibus bonis, noſtris reſignabimus veriſ dominis, et procurabimus toto poſſe noſtro, dictum Seghebandum, et ſuos heredes legitimos, ad ea bona, et ad dictam decimam infeudarj. Quod ſi forſitan hoc a noſtris Dominis ſtatim obtinere non poſſemus, ex tunc reſeruabimus feudum dictorum bonorum et decime, ad manus dicti Seghebandi et ſuorum heredum, quouſque ipſe Seghebandus, noſtro cum adiutorio, feudum huius decime et bonorum, ſibi, a noſtris veris dominis valeat procurare. Si eciam ipſe Seghebandus, dictam decimam et bona, ante infeudationem, ſibi, et ſuis heredibus, in ipſa, faciendam, alii vendiderit, Siue aſſignauerit, vtrum hoc ſint ſui heredes, an, alii, totum quod in premiſſis ipſi Seghebando facere tenebamur, hoc talibus fideliter obſeruemus. et pro omni impedimento ſtare volumus, quod dictus Seghebandus incurrere poterit in hac parte. Super omnibus premiſſis integraliter obſeruandis ipſi fidem noſtram manualem preſtitimus, et ad maiorem cautelam, preſens Scriptum exinde confectum et noſtris, ſimiliter, Johannis et Rodolfi, roboratum, Sigillis, eidem Seghebando et suis iuſtis heredibus, in euidens teſtimonium duximus conferendum. Teſtes vero huius ſunt, Conradus de Boldenſen. wernerus et wernerus. fratres de medinge dicti. Georgius Longus. Seghebandus de monte, filius ſeghebandi de monte. Milites, Boldewinus de Lobeke, famulus. et alii quam plures fide digni. Actum et Datum Lvneborg. Anno Dominj. M.CCC.IX. Infra Octauas Ephiphanie.

Länglich rundes „. IGIL. JOHANNIS . DE. GERSNEBVT..“ mit dem Adler, wie in nebenſtehender Abbildung, jedoch einer fünfblättrigen Roſe darüber.

Urk. 202.

Heinrich von Boizenburg, Verdener Domherr und Archidiakon zu Modeſtorf, verkauft dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Örrel (im K. Munſter A. Ebſtorf) unter dem Verſprechen, das Eigenthumsrecht daran von der Verdener Kirche zu erwirken. Lüneburg, 10. Februar 1309.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 20. December 1309.)

Vniuerſis preſentia viſuris et audituris. Nos dej gratia. Hinricus de Boycenborg verdenſis Eccleſie canonicus, ac Archidiaconus in Modeſtorp volumus eſſe notum. quod nos rite et rationabiliter vendidimus. venerabilibus viris. domino abbatj totique conuentuj Monaſterij ſanctj Mychaelis in Lvneborg. decimas Maiorem et minutam. in villa. Orle. pro Centum. LXXX. marcis denariorum hamburgenſium. jure perpetuo poſſidendas, Preterea ipſis infra hinc et feſtum beatj Johannis baptiſte proxime venturum. feodum et proprietatem ſub ſigillis dominj Epiſcopi et capituli noſtri procurare et warandiam anno et die preſtare promiſimus fide data. Nos et Otto de Boycenborg plebanus in Modeſdorp Sacerdos. Heynricus Segebandus. de Widdorpe. fredericus de Möle famulj. domino Raynero. Ottonj de Daldorp. Gerlaco. eiuſdem Monaſterij religioſis. necnon. Godfrido. de Odeme. Ottonj magno. Seghebando de monte quondam filio. Seghebandj militibus ad manus predictorum Abbatis et conuentus vt premiſſa jnuiolabiliter obſeruentur data fide promiſimus. et Sj aliquid jmpedimentj de premiſſis contigerit Lvneborg jntrabimus jnde prius quam ſepedictis dominis ſatisfactum fuerit nullatenus exituri. In hujus rej teſtimonium nos Hinricus de boycenborg prepoſitus dictus preſens Scriptum. Sigillo noſtro, et ſigillis fideiuſſorum noſtrorum. ſubſcriptorum fecimus communirj. Teſtes ſunt. Tidericus de Widdorpe. Wernerus et Wernerus fratres de Meydinge Seghebandus pincerna milites. Datum Anno dominj M.CCC.IX. Lvneborg die Scolaſtice virginis.

Zwei länglich runde und drei Herzſiegel:

1) zur obern zerbrochenen Hälfte mit zwei Heiligen, darunter einen Herzſchild mit dem Schweinskopfe;
2) „S. OTTONIS DE BOYCENEB. PLEBANI IN MODEST'", Johannes den Täufer Jeſum taufend, darunter ein Knieender, hinter welchem ein Herzſchild mit dem Schweinskopfe;
3) „† S' ...RICI . DE VITTORPE" und
4) „S' S...BANDI DE WITTORPE", jedes mit drei Fiſchen in einem geſchlängelten Bache (vergl. die Abbildung unter Urk. 153).



Urk. 203.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ſchenkt, auf Bitten ſeiner Gemahlinn und ſeiner Söhne Johann, Otto und Ludwig, dem Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg die Abgabe von 2 Hühnern und 2 Maß Hafer aus deſſen Hauſe in Wriedel (Kirchd. im A. Ebſtorf). Lüneburg, 19. Februar 1309.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 26. Februar 1312.)

Dej gratia nos Ottho dux de Brunefwik et de Luneborch Notum eſſe volumus preſentium inſpectoribus vniuerſis Quod ob reuerentiam corporis chriſti et ad inſtantiam kariſſime. vxoris noſtre ac liberorum noſtrorum videlicet Johannis, Ottonis, et Lodewicj. donamus Monaſterio ſanctj Michahelis in Luneborch. duos pullos, et duos modiolos auene. quos habuimus annis ſingulis, de quadam domo dictj Monaſterij in villa writledhe. eternaliter

poſſidendos, valentes vt nullus ſubditorum noſtrorum prefatum Monaſterium in domo predicta preſumat moleſtare de cetero, pullos. auenam, ſeu exactiones aliquas extorquendo. Vt Autem hec noſtra donatio que ad ampliandum diuinj nominis cultum preſentibus noſtris filiis supradictis rationabiliter facta eſt, a noſtris ſucceſſoribus inuiolabiliter obſeruetur. sepedicto monaſterio preſens Scriptum dedimus noſtrj sigillj robore communitum. Datum Luneborch Anno gratie. M.CCC.IX. feria quarta poſt dominicam Inuocauit.

Großes rundes „† S. OTTONIS DVCIS DE BRVNESWI . . . T : DE . LVNEBORCH“ mit dem ſchreitenden Löwen an reihen ſeidenen Fäden.

Urk. 204.

Abt Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg beſtimmt, zur Beſeitigung der bisherigen unerträglichen Ausgaben für die Eltern aufzunehmender Novizen im Kloſter, daß jeder Aufzunehmende im Ganzen 34 Hamburger Mark entrichten ſoll, und beſtimmt deren theilweiſe Vertheilung unter die Mitglieder im Kloſter und deren theilweiſe Verwendung zum Ankauf von Schuhen für dieſelben, daß ferner überhaupt nur 24 Perſonen aufgenommen werden ſollen; Alles unter Zuſtimmung des Priors Ludolf und des Convents überhaupt. 15. April 1309.

(Nach dem Copialbuche M. 3 S. 29 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

IN nomine domini ameN. Vniuerſis preſencia uiſuris ſeu audituris. Nos dei gracia Thomas abbas monaſterij ſancti mychaelis in Luneborch uolumus eſſe notum. Qvod quibusdam in Eccleſia noſtra conſuetudinem conſideratis que minus uidebantur iuſte. ex eo quod in receptione nouiciorum noſtrorum parentes puerorum immoderatis Clenodiis et intollerabilibus grauabantur expenſis. et cum omnis conſuetudo que in eccleſiis grauamen inducant ſint extirpande ſtatuimus ut de cetero non fiant huiuſmodi expenſe inutiles et ſuperflue. ſed pro omnibus expenſis et clenodiis dentur. XXXIIII. marce hamburgenſium denariorum. quarum ſex dentur domino abbati pro ſua procuratione et duo ad hoc. vna pro balneamine et altera pro aureo annulo. viginti autem marce dentur conuentui ſi pauciores uel plures fuerint non obſtante. Item dentur. XV. paria caligarum. pro quolibet pare. quatuor ſolidos. De iſtis vnum par detur domino priori. vnum kamerario. vt de iſtis omnibus diuidendis ſe intermittat. tertium magiſtro diſcipline. quartum et quintum coco et clauigero dominorum ſi fuerint. reliqua decem paria dentur familie domini abbatis. et quibus hoc in ipſius maneat uoluntate. Item de reſiduis denariis dentur clauſtralibus. XII. ſolidi ſcolari cuſtodis tres ſolidi. campario (*sic*) duo ſolidi. Item una marca diuidatur iunioribus ſeruis coquine et aliis qui fuerint de familia abbatis et hoc prout Sibi uiſum fuerit expedire. ad hoc de ſupraſcriptis. XXXIIII. marcis. tres ſolidi ſuperſunt qui dentur ſeruo qui eſt in coquina ex parte conuentus. quam diu uero iſte ſeruus. nec clauiger. nec cocus dominorum fuerit. preſcripti denarii inter abbatem priorem et conuentum tamquam diuidantur karitas. nouicius ad miſſam ad quam ueſtitur annulum de ſex ſolidis ſacrificet. et aliis clenodiis aut expenſis nullatenus uel ex debito uel ex conſuetudine grauetur. Sed qui in uino uel cereuiſia uel quibuſcumque, abbati uel conuentui benefacere uoluerint. hoc in ipſorum libero pendeat arbitrio uoluntatis . . Inſuper in monaſterio noſtro ultra numerum. XXIIII. perſonarum. dominorum ſimul et clauſtralium nullatenus recipiantur. Vt ſine gravi indigentia ualeant ſuſtentari. Item ne aliquid ſtatuatur in preiudicium iam receptorum ad ampliandum diuini cultus nominis. Et ad emendanda. apparamenta que iam omnia uetuſtate ſunt conſumta amici ipſius nouicii preuideant

sibi antequam emancipetur in cappa ferica vel biſſina. IIII. marcas ualentem exceptis ut ſcripſimus iam receptis . . Hec omnia et ſingula cum deliberatione et conſilio domini Ludolphi prioris et totius conuentus noſtri ſtatuimus volentes niſi maior interuenerit eccleſie utilitas ſiue euidens ſubſit neceſſitas irrefragabiliter obſeruarj. In huius rei firmiorem euidenciam preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum appenſionibus fecimus communiri . . Datum Anno domini. M.CCC.IX. XVII. kl. maii.

Urk. 205.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ſchenkt dem Abte Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg die Vogtei über des Kloſters Allodialgut Im Grimm (bei Lüneburg). Winſen, 24. April 1309.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Gebhardi de re literaria p. 44 ſq. und Pfeffinger Hiſt. I 339 f.)

Dej gratia Ottho dux de Brunſwich et de Luneborch Omnibus in perpetuum. Dignum valde gerimus et acceptum vt is qui in noſtris obſequiis et beneplacitis ſe beneuolum et gratioſum exhibuit aliquod retributionis meritum ex noſtra speciali gratia conſequatur. Hinc eſt quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris Quod cum honorabilis vir dominus, Thomas abbas Monaſterij ſanctj Michahelis in Luneborch irrefragabiles expenſas et labores habuerit, cum filiis noſtris kariſſimis quos in expenſis, ac beneficiis diuerſis, delicate, ſimulque laudabiliter, cum magna beniuolentia et diligentia procurauit, Contulimus sibi et donamus Monaſterio dictj ſanctj Michahelis omne ius aduocacie ſeu ſeruicium quod in allodio ſuo in Grimme Luneborch habere dinoſcebamur, Volentes vt dictum allodium ab omni iugo aduocatie et quolibet seruicio perpetuis temporibus liberum ſit penitus et exemptum Vt autem hec noſtra donatio que ad inſtantiam kariſſime vxoris noſtre noſtrorumque liberorum rationabiliter facta eſt, a noſtris ſucceſſoribus rata permaneat, preſens scriptum prefato Monaſterio dedimus sigilli noſtrj robore Communitum. Datum winſen anno dominj. M.CCC.IX. in die ſanctj Georgij martiris.

Verletztes Siegel mit dem ſchreitenden Löwen.

Urk. 206.

Eberhard von Ödeme der Aeltere verkauft dem Prieſter Chriſtian von Volterſen an der Kirche St. Cyriaci [1]) in Lüneburg für die Vicarie des Altars der Euchariſtie [2]) Weizengefälle aus ſeiner Mühle zu Ödeme (im K. Lüneburg A. Lüne). Lüneburg, 15. Juni 1309.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 12. März 1310 und 17. Auguſt 1314.)

Ego. Euerhardus de. Odeme ſenior, Recognoſco litteris preſentibus et proteſtor publice, me vendidiſſe vnanimj conſilio et conſenſu omnium legitimorum heredum meorum de molendino meo ſito. Odeme. duos quadrantes bone ſiliginis annua penſione, domino

---

[1]) Vergl. Urk. 76 vom 29. Juni 1259.

[2]) Euchariſtie d. i. die Dankſagung, oder das Abendmahl.

Chriſtiano dicto de. Bolterſen ſacerdotj et vicario altaris ſacroſancte Euchariſtie in. Eccleſia Sanctj. Cyriacj antique Civitatis. Lyneborgh, ad perpetuam vicariam eiuſdem altaris, pro. XXII. Marcas denariorum. hamburgenſium. perpetualiter permanſuros, Cenſum Itaque predictorum duorum quadrantum, molendinarjus dictj molendinj annis ſingulis in feſto beatj. Martinj, in Ciuitate Lyneborgh, prefato domino Chriſtiano, uel quicunque fuerit pro tempore ipſjus altaris vicarjus, omni occaſione poſtpoſita preſentabit, Sj uero quod abſit, molendinarjus ſepedictj molendinj qui fuerit pro tempore, prefixo termino, cenſum prehabitum, memoratj altaris vicario negglexerit preſentare, Extunc idem vicarjus, a ſepefato molendinario quocunque modo poterit pignore extorquebit, Hujus rej teſtes ſunt, Dominus. Lydolfus et dominus. Conradus. fratres dictj de Eſtorpe, et dominus Gherardus. de. Odeme milites, Schacko maior, Euerhardus de. Odeme et frater patruj mej, famulj, Thidericus volcmarj, volcmarus de facco, Bertoldus longus, Hinricus de Lubeke, et Nicolaus ſchiltſten. Burgenſes, Vt autem premiſſa ſingula inuiolabiliter obſeruentur, preſentem litteram, in euidens teſtimonium, ſigillo meo proprio, et ſigillo prefatj. Euerhardj patruj mej, petij inſignirj. Datum Lyneborgh, Anno. dominj. M.CCC.IX. In die beatj vitj Martiris.

Herzſiegel: „† S. EVERHARDI . DE . ODE .“, ebenfalls mit einem gekrönten Hundskopfe, wie das nebenſtehende Siegel.



Urk. 207.

Der Droſt Ritter Jordan ſchenkt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg ſein lehnsherrliches Recht über den halben Zehnten zu Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne), welchen Friedrich Puſteke von ihm zu Lehn beſeſſen hat. 18. Juli 1309.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 30. December 1311.)

Uniuerſis chriſti fidelibus. preſentia viſuris ſeu audituris. Ego Jordanus miles dapifer ſenior, notum eſſe cupio. quod fredericus puſteke cum ſuis fratribus et ipſorum progenitores dimidietatem decime in Bodendorpe, dudum a me et a meis progenitoribus iure poſſederant pheodali. Cum igitur dictum Jus pheodi. ſit ad me ſolum et ad meos heredes legitimos devolutum. Ego conſenſu et ratihabitione omnium heredum legitimorum meorum, prefatum Jus, propter deum et ad inſtancias proborum virorum contuli abbati et conuentui Monaſterij ſanctj Michaelis in luneburch perpetuis temporibus poſſidendum. Ne igitur hec mea donacio propter ſalutem anime mee et parentum meorum rationabiliter facta firma perſeueret et inviolabilis, ſigillum meum. coram pluribus, clericis, et laicis, militibus et famulis fide dignis

prefentibus eſt appenſum. Datum anno dominice Incarnationis Milleſimo Triceteſimo Nono decimo quinto kal. Auguſtj.

Urk. 208.

Heinrich Redding verkauft dem Abte Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg zwei Wieſen bei Handorf an der Abene (Kirchd. im A. Winſen a. d. L.). 9. Auguſt 1309.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Uniuerſis chriſti fidelibus, Ego henricus Reddingh notum eſſe cupio, quod de beneplacito et conſenſu filiorum meorum kariſſimorum henrici et ludolphj necnon omnium heredum meorum legitimorum vendidi duo prata vnum minus et aliud maius apud villam handohrp ſita, iuxta fluuium abene, pro XV, Marcis hamburgenſium denariorum, domino Thome abbati eccleſie ſanctj michaelis in luneborg et ſuis ſucceſſoribus perpetuo poſſidenda, Inſuper ego Henricus reddingh preſcriptus cum duobus filijs meis, henrico et ludolpho, necnon cum amicis meis Johanne dicto cruſen, et henrico de handorp data fide promiſimus anno et die warandiam preſtantes, nos ad hoc in hijs ſcriptis obligando, ſi aliquid impedimenti interuenerit luneborg intrabimus non exituri niſi domino thome abbati, ſiue quicunque pro tempore fuerit abbas in luneborg plenarie fuerit ſatiſfactum In cuius rej teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum Teſtes ſunt, dominus Johannes plebanus eccleſie ſanctj ciriacj, dominus Johannes paruus ſacerdotes wernerus de medinghe ſenior, gotfridus de odem, otto de Zverin milites fredericus de mûle Seghebandus de wittorpe famuli et quam plures alij fide digni, Datum Anno dominice incarnationis, M.CCC.IX. In vigilia beatj laurentij Martiris.



Urk. 209.

Ritter Gerhard von Ödeme verkauft dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg einen Hof neben der Sultwieſe, frei von ſtädtiſchen Abgaben. 9. Auguſt 1309.

(Nach dem Copialbuche *M* 3 S. 63 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ad noticiam omnium tam futurorum quam preſentium. Ego Gerhardus miles dictus de Odem cupio deuenire. Quod conſenſu et beneplacito omnium heredum meorum legitimorum uendidi pro. XX̊X̊. et una marca hamburgenſium denariorum curiam meam iuxta pratum ſaline ſitam honorabilibus uiris. abbati et conuentui ſancti michaelis in luneborg cum proprietate pheodi. quam de domino meo duce ottone. ſeruiciis. et amicorum meorum optinui precibus. liberam etiam ab omni impetitione. conſulum et ciuitatis Luneborg. Et cum omni iure quo ego ipſam hactenus poſſedi perpetuis temporibus poſſidendam. In cuius rei teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Ego eciam gotfridus miles de Odem cum fratre meo gerhardo promiſi. warandiam preſtando. quod omnes articuli preſcripti firmiter obſeruarj debent et in euidenciam pleniorem preſentem literam ſigilli mei munimine roboraui. Teſtes ſunt wernerus de medinghe ſenior. henricus de zwerin. Otto magnus milites. Fredericus kokemeſter. Segebandus de Odeme. Et quam plures alii fide digni. Datum anno dominice incarnationis. M°.CCC°.IX°. in uigilia beati laurentii martiris.

Urk. 210.

Biſchof Friedrich zu Verden ſchenkt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg ſeine Gerechtſame an dem Zehnten zu Örrel (im K. Munſter A. Ebſtorf). Verden, 20. December 1309.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 10. Februar 1309 und 30. December 1311.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Nos fredericus. dei gratia verdenſis eccleſie epiſcopus vniuerſis chriſti fidelibus preſentem litteram viſuris ſiue audituris ſalutem in domino Sempiternam. Acta principantium quam ſublimia et deo accepta per obliuionis molem propterque malignitatis ſucceſſiuum accrementum ſi non ſcriptis autenticis et ſigillorum caractere ſolidata fuerint modum de facili ſentiunt malignandi. Ea propter noſcant tam preſentes quam poſtere naſcationes. Nos ob multiplicia commoda et ſeruicia a domino hen. de bonſeneborch Verdenſis eccleſie canonico noſtro patruo nobis exhibita fidelius et inpenſa. venerabilibus viris abbati priori totique conuentuj benedicti ordinis ſanctj michahelis monaſterii in luneborch ius pheodale et proprietatem decime cum omni fructu in villa orle dediſſe et donando apropriaſſe pacifice iugis temporibus poſſidendum. Ne igitur per noſtrorum ſucceſſorum quempiam hec noſtra donacio et donacionis apropriacio valeat immutarj preſens ſcriptum noſtrum huius facti atteſtatiuum noſtri ſigilli ſignaculo iuſſimus communirj. Datum verde anno dominj. M.CC̊C.IX̊. In uigilia thome apoſtolj.

Verletztes Siegel.

Urk. 211.

Pfarrer Otto zu Modeſtorp, Prieſter Ludolf von Barnow, Sootmeiſter Hermann vom Sande und Diedrich Loweke entſcheiden als gewählte Schiedsrichter in einem Streite zwiſchen dem Prieſter Chriſtian von Boltersen, Vicar am Altare der Euchariſtie [1]) zu St. Cyriaci, und Eberhard von Ödeme dem Aeltern, daß der Vicar innerhalb 14 Tagen in den Beſitz der Weizengefälle aus deſſen

[1]) Vergl. Note 2 zu Urk. 206.

Mühle zu Ödeme geſtellt. dem Verkäufer aber das Recht des Wiederkaufs während eines Jahrs verbleiben ſoll. Lüneburg. 12. März 1310.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 15. Juni 1309. 17. Auguſt 1314 und 21. Januar 1320.)

Nos Otto plebanus in Modeſtorpe, Ludolfus ſacerdos dictus de barnowe, Hermannus de arena magiſter putej, et Thydericus dictus Loweke Recognoſcimus et tenore preſencium proteſtamur, quod cum Criſtianus ſacerdos dictus de bolterſen, vicarius altaris ſacroſancte euchariſtie in Eccleſia ſancti Cyriacj veteris ciuitatis Luneborch ex vna, et Euerardus ſenior dictus de odeme parte ex altera, ſuper litibus et controuerſijs inter ſe motis, in nos tamquam arbitratores et arbitros conſenſerint, et inſuper manu ad manum nobis promiſerint fide data ſe gratum et ratum habituros, quicquid eiſdem ſuper dictiſ litibus et controuerſijs ſopiendis duximus iniungendum, Primo definimus et arbitrando ſtatuimus, quod Criſtianus ſacerdos, et Euerardus de odeme predictj concorditer ſint amici, nec deinceps alter eorum per alterum uerbo vel opere moleſtetur preterea cum Euerardus de odeme predictus, dicto Criſtiano ſacerdotj, duos quadrantes ſiliginis, in molendino odeme — — vendiderit, nec ipſum adhuc in poſſeſſionem miſerit — — Statuimus quod — — infra quindenam — — ducat in poſſeſſionem — —. Huius rei teſtes ſunt, Dominus Johannes de parchem plebanus veteris ciuitatis luneborch, Dominus Johannes de boyceneborch ſacerdos, Heynricus, Hermannus, Conradus ſacerdotes Capellanj dominj Ottonis in Modeſtorpe, et quam plures alij clericj et layej fide dignj, Vt autem ea que premiſſa ſunt inuiolabiliter obſeruentur, Nos otto plebanus in Modeſtorpe, Lvdolfus ſacerdos de barnowe predicti, nomine noſtro et coarbitratorum noſtrorum qui ſigilla non habent, ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda — —, Datum Luneborch, Anno dominj. M.CCC.X. in die beatj Gregorij pape.

Länglich rundes „...ONIS DE BOYCEN.....BAI SCE..... IN L...“ mit einem Schweinskopfe unter Johannes. Jeſum taufend (abweichend von dem Siegel unter Urk. 202). — Zweites Siegel abgefallen. Länglich rundes Siegel „. JO PLEBANI . SANCTI CIRIACI IN LVNEB“, einen Mann mit Schwerte, von 13 Sternen umgeben, enthaltend. Herzſiegel „† S' EVERARDI DE ODEME.“ mit einem gekrönten Hundskopfe, wie unter Urkunde 206 an erſter Stelle.

Urk. 212.

Ritter Wasmod Kind überläßt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Rindorf (im K. Egeſtorf A. Winſen a. d. L.) gegen neun Güter, zwei in Wendhauſen (Kirchd. im A. Lüne) [1]), eins in Emmendorf (im K. Bevenſen A. Medingen) [2]), zwei zu Örzen (im K. Beetzendorf), eins in Kirchgellerſen, eins in „Boileneſtorpe“, eins zu Werſtergellerſen (im K. Kirchgellerſen) und eins in Öhlſtorf (im K. Salzhauſen, ſämmtlich A. Winſen a. d. L.). Lüneburg, 16. Juni 1310.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 30. December 1311.)

Uniuerſis preſencia viſuris ſeu audituris. Ego waſmodus miles dictus kint notum eſſe cupio. quod beniuolo conſenſu et ratihabicione fratrum meorum. Gherardi. et hinrici. et omnium heredum meorum legitimorum. dimiſi. abbati et conuentui eccleſie ſancti michaelis in Luneborg in forma permutacionis. et concambij. pro nouem bonis. quorum duo ſunt in villa wenthuſen. vnum in emmendorpe. duo in ordeſſen. vnum in kereghelderdeſſen. vnum in boileneſtorpe. vnum in weſterghelderdeſſen. et vnum in oſeleſtorpe. decimas maiorem te

[1]) Vergl. Urk. vom 2. April 1307.
[2]) Vergl. Urk. vom 17. Auguſt 1299.

minutam in uilla nendorpe. libere cum pheodo et proprietate et omnibus pertinencijs ipſarum. quia eo iure fuerunt ad me deuolute et ſic eas ſicut et mei progenitores diu pacifice poſſedi perpetuis temporibus poſſidendas .. Vt autem dicta permutacio firma et ſtabilis permaneat. Ego waſmodus dictus kint preſcriptus. Lippoldus de doren. Godfridus de odem. Seghebandus filius ſeghebandi de monte. Milites, et Nos Gherhardus ac henricus. famuli. fratres ſepedicti waſmodi milites dicti Kint. Wernero priori. ottoni de daldorpe. Gerlaco de hamerſſen. Monachis. et heinrico de ſuerin necnon waſmodo de kneſbeke. Militibus ad manus predictorum. abbatis. et Conuentus ſancti michaelis in Luneborg. fide data promiſimus anno et die warandiam preſtantes. ita. quod ſi in aliquo ſepius dicti abbas et conuentus in dictis decimis impedirentur. Nos, Luneborg intrabimus per fidem noſtram non exituri. donec in quietam et pacificam reddantur poſſeſſionem .. quod ſigillorum noſtrorum appenſionibus proteſtamur. Teſtes ſunt, Dominus Wedekindus domini noſtri prothonotarius, ſcilicet ducis ottonis, Johannes plebanus eccleſie ſancti Ciriaci. Clerici. Wernerus de medinghe. Ludolfus de eſtorpe. Otto magnus. Milites. et quam plures alij fidedigni .. Datum Luneborg anno domini. milleſimo, CC̊C.X̊ ... XV̊I. kalendas iulij.

Siegel an erſter Stelle abgefallen; vier Herzſiegel:





„† S' GOTFRIDI . DE ODEM", die obere Hälfte ſchraffirt, darunter drei ſechsblättrige Blumen (entſprechend dem Siegel des Huner von Ödeme. ſ. Abbildung unter Urk. 76).

„† SI ... LVM LIP .. LDI . DE . DOREN" mit einem Mühlrade (vergl. die Abbildung unter Urk. 252).

Urk. 213.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ſchenkt auf Bitten des Ritters Gerhard von Ödeme dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg das Eigenthumsrecht über einen Hof bei der Sultwieſe. Lüneburg, 3. November 1310.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 209 vom 9. Auguſt 1309.)

Otto dei gratia dux de Brunſwich et Luneborg vniuerſis chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in domino vniuerſis chriſti fidelibus ſerie preſencium cupimus eſſe notum. quod nos ob inſtantias precum fidelis militis noſtrj Gherhardi dicti de. Odem proprietatem curie cuiusdam quam ſitam habuit apud quendam locum qui Sultwiſke wlgariter nuncupatur Monaſterio ſancti Michaelis ſito in caſtro noſtro Luneborg libere donauimus perpetue poſſidendo. in hoc omnj iure quo prius prefatus miles prenominatam curiam poſſidebat integraliter obſeruato. volumus eciam et mandamus ne quis de cetero in prefatam curiam ſeu ſuper inhabitatores manus audeat ingerere violentas ſi quis autem auſu temerario

temptare preſumpſerit ſe noſtram indignacionem ſentiet incurriſſe. vt autem hec noſtra donacio ne ab aliquo noſtrorum ſucceſſorum infriggatur. ſed quod in perpetuum inviolabiliter perſeueret preſentem paginam noſtri ſigilli abpenſione fecimus roborarj Datum Luneborg anno domini milleſimo. CCC. decimo. tertio Nonas Nouembris.

Großes rundes Siegel des Herzogs Otto mit dem ſchreitenden Löwen, verletzt.

Urk. 214.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg beſtätigt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg deſſen Vogteigerechtſame und ſonſtiges Recht in den Beſitzungen zu Bienenbüttel (Kirchd. im A. Medingen), Neetze (Kirchd. im A. Scharnebeck), Vaſtorf (im K. Wendhauſen A. Lüne), Rieſte (im K. Bienenbüttel A. Medingen) und in andern daneben liegenden Ortſchaften, welche von nun an vogteifrei ſein ſollen, behält ſich aber daſelbſt das Straßengericht vor. Veſte Lüneburg. 10. November 1310.

(Nach dem Copialbuche № 9. IV des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 50 vom 14. Auguſt 1238. — Abgedruckt bei Bilderbeck deduct. Beil. № 10. Liebhaber Gründliche Ausführung ꝛc. S. 128 f.)

Dei gratia Nos Otto Dux de Brunswig et Luneburg recognoſcimus et tenore preſentium univerſis tam preſentibus quam futuris cupimus eſſe notum, quod Progenitores noſtri quondam, et Nos nunc honorabili viro Domino Thome Abbati et ejus Monaſterio Sancti Michaelis in caſtro Luneborg inſuper et etiam ex ſingulari gratia et favore, quem nos habemus in eum, et ejus Conventum ob magnam benevolentiam in nos et noſtros filios preſtitam contulimus benigne et donamus et confirmamus nunc omne jus Advocatie et omne, qvod in Allodio et bonis, Curiis ſimul ac Caſis ſuis in Bynebutle, Netze, Vaſtorpe, Ryſte, et ceteris adjacentibus atque Domino Abbati appertinentibus villis habuiſſe cognoſcebamur, volentes et ſerio mandantes, ut dictum Allodium et bona, curie ſimul et caſe omnes ſue ab omni jugo Advocatie noſtre et ſervitio qvolibet perpetuis abhinc temporibus libere ſint et exemte, excepto tamen Judicio ſtratarum, qvod in ſtratis publicis Nos habemus ibi, et Straten-Richte teutonice dicitur. Hoc tantum ibidem Nos retinemus et retinebimus pro Nobis et noſtris poſteris, qvotannis ſeu alterutrannis ſub aperto coelo tenendum publice in ſtratis, ut hactenus ſervatum eſt ſemper et ſervetur in futurum. In ceteris autem omnibus dicto Abbati omnem illarum utilitatem et omne jus et judicium omne in illis predictis locis ſimpliciter et ſtrictiſſime damus in futurum perpetuo fruendum. Sed ut hec noſtra donatio que a nobis ex grato animo ad petitionem Cariſſime noſtre conjugis et noſtrorum liberorum rationabiliter facta eſt et transacta, ſubinde irrefragabiliter in perpetuum perſeveret, nec ab aliqvo Succeſſorum noſtrorum, aut ab iis dehinc dimanantium unqvam imbrigetur, vel violetur vel infringatur, mandamus ſevere proinde iſtud caſtellanis, Advocatis, Scribis ſecretis, prefectis, mannisqve noſtris magnis et minoribus, et cunctis aliis, qvi a nobis pendent, et ſubinde a noſtris ſucceſſoribus pendebunt ſequentibus deinde annis ſub pena noſtre et noſtrorum disgratie et eterne damnationis, violatoribus qvibuscunque a Deo imponende, inviolabiliter ſervandum, necque qvidquam in eo usque ad finem mundi immutari volumus, ut predictus Dominus Abbas et Abbates ſubinde ſedentes hinc cum ſanctis ſuis viris in Conuentu dicte Eccleſie Sancti Michaelis eternitus rei hujus memoriam teneant, ſecure in Monaſterio ſuo ab omnibus et a noſtra ſede potius liberi et immunes, ab omnibus item moleſtiis exempti vivant, Deo famulentur devoti, et pro nobis et noſtra noſtrorumque et poſterum ſalute pie et devote

orent ſemper et ſacrificent. Super qvo nos in teſtimonium preſens hoc ſcriptum prefato Domino Abbati et Dominis ſancti Michaelis tradimus et exdamus ſigilli noſtri robore firmatum. Datum in caſtro noſtro Luneborg Anno Domini M°.CCC°.X°. in vigilia Sancti Martinj Epiſcopi.

Urk. 214 a.

Herzog Otto von Braunſchweig beſtätigt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg den Beſitz der Vogtei über zwei Höfe in Bohndorf (im K. Alt-Medingen A. Lüne), welche ſein Großvater, Herzog Otto, dem Kloſter geſchenkt hat. Winſen, 4. Juni 1311.

(Nach dem Copialbuche № 9, XVII des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Dei gratia, Otto Dux de Brunſwich recognoſcimus preſentibus et teſtamur manifeſte, quod nos cum Voluntate kariſſimorum filiorum noſtrorum, et qvi heredes nobis ſucceſſuri ſunt confirmavimus, et preſentibus confirmamus donationem Advocatiae in et ſuper Curias duas in villa Bodendorpe ſitas, qvam qvondam avus noſter Dux O. Domino venerabili Abbati et ejus conuentui ex ſingulari gratia fecit pro remedio anime ſue et in honorem ſanctiſſime Matris Domini Mariae Virginis cum omni jure utendam in perpetuum, et ſine omni impetitione et moleſtia tenendam. Ne autem hanc donationem noſtri avi antedicti et nunc noſtram confirmationem deſuper datam qvisquam noſtrorum ſive heredum ſive Advocatorum, et qvi a noſtra gubernatione ſtant vel deinceps ſtabunt, auſu nefario temerare audeat et infringere, mandamus illis ſevere et ſub diſpendio noſtre et Summi Dei ſuique eterni filii Jeſu Chriſti gratie, et temporalis ſalutis, ſi cara ſibi illa ſit, ut eſſe debeat, ut ſe abſtineant, et cum gemitu non moriantur. In cujus facti evidentiam ſigillum noſtrum ſcripto huic affigi curavimus. Datum Winſen Anno parte gratie M°.CCC°.XI°. In vigilia St. Bonifacii Confeſſoris.

Urk. 215.

Die Gebrüder Otto, Werner und Gevehard Grote verkaufen an Heinrich von Schwerin und Lüder Eyghel für die Kirche in Höver (A. Medingen) Güter zu Umſtede (wohl Vinſtede, d. i. Vinſtedt im K. Barum A. Medingen) auf Wiederkauf. Lüneburg, 15. Juni 1311.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 54 in Königlicher Bibliothek zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 15. November 1342.)

Nos Otto Miles Wernerus et Ghevehardus famuli fratres dicti Grothen recognoſcimus et preſentibus proteſtamur quod unanimi conſenſu et de bona voluntate omnium noſtrorum heredum legitimorum vendidimus Domino Henrico dicto de Zwerin et Ludero dicto Eyghel ad eccleſiam in Hobere bona noſtra videlicet alterum dimidium virum ſita in villa Umstede pro XXX marcis hamburgensis monete in hunc modum quod a feſto Johannis Baptiſte proxime nunc futuro ſpatio duorum annorum predicta bona pro eisdem denariis reemendi habemus liberam facultatem quod ſi forſitan non fecerimus ſepedicta bona cum omni iure quo nos poſſedimus apud eccleſiam predictam perpetualiter permanebunt. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine fecimus communiri Datum Luneburg Anno Domini M CCC XI in die beati viti martiris.

Urk. 216.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Knappe Albert Diſe dem Canonicus Nikolaus, Sohn des

Johann Bertoldi, zu Bardowiek eine Geldrente aus der Saline Lüneburg verkauft hat. Lüneburg, 31. November 1311.

(Nach dem Copialbuche № 6 S. 129. № 10 des Klosters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos consules ciuitatis luneborch. nicolaus de molendino gheghebertus (*sic*) magister putei. albertus hollo iunior. volcmarus de facco bertoldus longus. hinricus lubeke johannes de weddesse. henricus de parchem henricus visculo iunior. iohannes appenborch. hermannus cum cvna. Recognoscimus presentium testimonio literarum Quod albertus dyse famulus accedente consilio et consensu omnium legitimorum heredum suorum vendidit domino nicolao Johannis bertoldi canonico in bardewich vnum talentum lůneborgensium denariorum annuatim in salina luneborch in inferiori domo verdinge in sartagine dicta wechpanne iacente ad manum dexteram cum itur in ipsam domum iure hereditario possidendus et sane ad faciendus (*sic*) et dimittendum quitquit eidem viuenti ut morituro placet et expedit cum eodem sensus quoque huius talenti in purificacione beate marie virginis annis singulis persoluetur super quo nostre ciuitatis Sigillum presentibus duximus litteris in euidens testimonium apponendum. Datum luneborch anno dominj. M̊ CC̊C XI̊ in crastino beati andrei (*sic*) apostoli.

Urk. 217.

Bischof Friedrich, Propst Albert, Dechant Geltmar und das Domcapitel zu Verden schenken dem Kloster St. Michaelis zu Lüneburg das Obereigenthum an den, von demselben erworbenen Zehnten zu Örrel (im K. Munster A. Ebstorf) [1]), Heinsen (im K. Embsen A. Lüne) [2]), Rindorf an der Schmalen-Aue (im K. Egestorf A. Winsen a. d. L.) [3]) und Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne) [4]). Verden, 30. December 1311.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

In nomine domini, amen. FRedericus dej gratia Episcopus Albertus prepositus Geltmarus decanus. et Capitulum Ecclesie verdensis. Omnibus christi fidelibus presentes literas visuris siue audituris. salutem in domino sempiternam. Religiosis impensas locis largitiones. irrefragabilibus decet stabilirj Muninentis. ne per alicuius queant Calliditates. sue firmitatis Compendio defraudarj. Quapropter scire volumus presentes et posteros. quod cum dilectj nobis in christo abbas et Conuentus Monasterij sanctj Michaelis in Luneborch. vt suj Redditus Monasterij aucmentarent. Decimam in Orle. a frederico de Sofenthorpe. et suis heredibus. Decimam in heynhusen. a Hunero Militi. dicto de Odem. et suis heredibus. Decimam in Nenthorpe super smalowe a wasmodo Milite. dicto Kint et suis heredibus. et mediam partem decime in Bodenthorpe. a frederico dicto Pusteken. et suis fratribus ac heredibus legitimis Emptionis Titulo Comparassent. et vt verius dicatur de manu laica Redemissent. Nos recepta resignacione decimarum predictarum ab earundem venditoribus. sev detentoribus. sev nobilibus vel Militibus quj ipsas a nobis et ipsi ab huiusmodi. Nobilibus et Militibus in Pheodo Tenuerunt. proprietates et Jura decimalia. propter deum et speciales quos ad ipsos habemus et habere debemus fauores. abbatj et conuentuj memoratis. donauimus. et donamus in hijs scriptis. perpetuo possidendas. vt igitur nostre donationis Munificencia ex purj affectus Riuvlo

---

[1]) S. die Urk. vom 10. Februar und 20. December 1309.
[2]) S. die Urk. vom 12. Juni und 8. September 1301.
[3]) S. die Urk. vom 16. Juni 1310 und 8. November 1315.
[4]) S. Urk. vom 18. Juli 1309.

emanans. perpetue ſtabilitatis Robur nanciſcatur. preſentem paginam exinde Confectam. noſtrorum Sigillorum appenſione duximus fulciendam. Datum et actum verde Anno dominj. M.CCC.XI. Tercio kalendas Januarij.

Länglich rundes Siegel des Biſchofs.



Urk. 217 a.

Abt Thomas zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg und Johann, Propſt zu St. Bartholomei in Lüne und Dompropſt zu Verden, ertheilen dem Kloſter Scharnebeck einen Transſumt von einer Urkunde der Herzöge Johann und Albert von Sachſen, Engern und Weſtfalen vom 15. Juni 1266, und deſſelben Herzogs Johann vom 22. Juli 1274, und beſiegeln denſelben. 1312.

(Nach dem Copialbuche des Kloſters Scharnebeck S. 112 f. im Königlichen Archive zu Hannover.)

Tomas dei gratia abbas monaſterij ſancti michaelis in caſtro luneborg. Et eadem gratia Johannes prepoſitus monaſterij ſancti bartolomei apoſtoli in lune. Ac ſcolaſticus maioris eccleſie in verda — — Recognoſcimus tenore preſentium proteſtantes. quod nos apud monaſterium in riuo ſancte marie quod vulgo dicitur ſchermbeke ordinis Ciſtercienſis verdenſis dioceſis. literas illuſtrium principum dominorum Johannis et alberti quondam ducum ſaxonie. ſanas et integras in nullo viciatas ſub veris ſigillis vidimus — —. Datum anno domini. M.CCC.XII.

Urk. 218.

Segeband, Gevehard's Sohn, Gevehard und Lüder von dem Berge, Segeband's Söhne, Johann und Segeband, Johann's Söhne, und Heinrich, Heinrich's Sohn, alle von dem Berge, überlaſſen dem Abte Thomas und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Reiningen an der Wiepe (im K. Wiezendorf A.-V. Bergen). 25. Februar 1312.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 24. Februar 1315 und 8. September 1316.)

Ad noticiam tam futurorum quam preſencium cupimus devenire, quod nos Seghebandus miles filius gheuehardj militis de monte, Et nos Gheueardus et Luderus famulj fratres

filij Segebandj militis de monte, necnon Jo. et Seghebandus famulj filij, Joannis militis de monte. Et ego henricus famulus filius henrici militis de monte decimas maiorem et minutam in villa reyndinghe qve eſt ſita ſuper fluuium witzene que ad nos omnes filios fratrum ſupradictorum equaliter hereditarie ſunt deuolute. cum proprietate pheodj et omnj iure quo nos et progenitores noſtri ipſas poſſedimus conſenſu et ratihabicione. fratrum et omnium heredum noſtrorum legitimorum Domino thome abbatj et conuentuj eccleſie ſancti Michaelis in Luneborgh dimiſimus perpetuo poſſidendas. Notandum autem quod nos Seghebandus miles filius gheuehardj militis cum patruis noſtris Gheuehardo et ludero, dictarum decimarum dimidietatem, uendidimus abbatj et conuentuj predictis pro XXV. Marcis. hamburgenſium denariorum. ſed nos Johannes et Seghebandus filij iohannis de monte militis, et henricus filius henricj militis de monte, aliam dimidietatem dedimus pro remedio animarum parentum noſtrorum preſcriptorum pie memorie vt pro eo ipſorum anniuerſarij annis ſingulis peragantur, Nos igitur omnes ſupraſcripti Domino Wernero, priorj. reynero cuſtodj, Gherlaco magiſtro ſtructure, preſcripte eccleſie Monachis ſide data communiter et in ſolidum quod wlgariter dicitur mit ſamender hant promiſimus, quod omnia preſcripta a nobis et noſtris legitimis heredibus debent inviolabiliter obſervari. anno die warandiam preſtantes vt ſi aliquod impedimentj intervenirent luneburg intrabimus non exituri. donec ſepedictis abbatj et conventuj fuerit ſatiffactum. Teſtes ſunt wernerus de medinghen miles, ſenior. henricus de zwerin, Gotfridus de Odem, Seghebandus. filius. Thi. de monte militis, Seghebandus filius Seghebandj famuli de monte milites, et quam plures alij ſide digni, Datum Anno Dominj. M.CCC.XII. In die Mathie apoſtolj.

Anhängend drei Herzſiegel: 1) „† S. SEGHEBANDI DE MONTE DCI PINCERNE;“ 2) „† S. G ° EVE ° HARDI ° DE M..TE;“ 3) „† SIG . . JOHAN ° NIS DE .....“, jedes mit vier gegadten Balken, von dem obern nur die Spitzen (vergl. die Abbildung unter Urk. 212). Viertes Siegel abgefallen.

Urk. 219.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg überläßt dem Abte Thomas, dem Prior und Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg für ihre Küſterei die Vogtei über einen Hof in Bahlburg (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. Luhe) gegen den Hof zu Wriedel (Kirchd. im A. Ebſtorf). Bardowiek, 20. Februar 1312.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck deduction etc. Beil. M. 24. — Vergl. Urk. vom 19. Februar 1309.)

Omnibus chriſti fidelibus preſentium literarum noſtrarum auditoribus et inſpectoribus vniverſis. Dej gratia Nos otto, Brunſuicenſis et in Luneborgh Dux Recognoſcimus tenore ipſarum publice proteſtando, quod nos mutuam permutationem iniuimus, cum domino Thoma abbate. priore et toto conuentu monaſterij ſanctj Michaelis in luneborgh ex parte eiuſdem monaſterij cuſtodie, de duobus bonis videlicet padelenborgh et wrileden talj conditione atque modo. predictj Abbas et conuentus dimiſerunt nobis et noſtris legitimis heredibus in perpetuum curiam in wrileden que ad eos cum omnj iure pertinebat. pro qua eis dicte curie padelenborgh cujus cenſus et proprietas pertinebat ad eoſdem dimittimus aduocaciam ſiue Juridictionem quiete et libere poſſidendas in perpetuum que ad nos et noſtros heredes legitimos pertinebant, Quem contractum videlicet tocjus curie wrileden pro aduocacia ſiue juridictione curie padelenborgh inter nos terminatum nolumus a qvoquam de cetero violari. Teſtimonio preſencium literarum ſigilli noſtri robore munitarum. preſentes fuerunt Awuculus noſter dilectus Ericus Dux Saxonie, Dominus Johannes prepoſitus in lune [1]), willikinus de

[1]) Ein zweites Original enthält noch „Dominus hartlidus cappelanus noſter plebanus in futhorum.“

stadis tunc aduocatus noſter in Luneburgh, henricus scacko, et quam plures alij fide digni, Datum et actum Bardewic, Anno Dominj. M.C̊C̊C̊.XII. quarto kalendas Marcij.

Jedes der beiden Originale mit dem großen runden Siegel des Herzogs Otto mit dem ſchreitenden Löwen.

Urk. 220.

Johann von Trochel der Aeltere verkauft dem Abte Thomas, dem Prior und Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg den großen und kleinen Zehnten über zwei Güter in Wettenboſtel (im K. Hanſtedt A. Ebſtorf) unter dem Verſprechen, das Eigenthumsrecht an demſelben vom Bisthume Verden zu erwirken. 25. Mai 1312.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Pfeffinger Hiſt. II 1064.)

Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia viſuris ſeu audituris, Ego Johannes de trochle ſenior vna cum filijs meis Johanne, Boden. et nicolao cupimus eſſe notum, quod decimas maiorem et minutam ultra duo bona ſita in villa wetenborſtolde, beniuolo conſenſu omnium heredum noſtrorum legitimorum uendidimus Domino Thome abbatj priori et toto conuentui monaſterij ſancti Michaelis in luneborgh pro XXXII. Marcis. Hamburgenſium denariorum perpetuo poſſidendas, nos uero efficaciter et fideliter ipſos promouebimus quantumcunque poſſumus ut pheodum et proprietatem dictarum decimarum a domino noſtro epiſcopo verdenſi et ſuo Capitulo conſequantur, et ſi quod abſit tempore procedente optinere non poſſent nos et noſtri ueri heredes ipſis pheodum dictarum decimarum tenebimus et dictj abbas et conuentus ipſis retinendj vendendj nobis uel quibuſcunque uoluerint habebunt liberam optionem et nos pheodum ad manus ementis uel ementium reſignabimus ad ipſorum beneplacitum uoluntatis, vt igitur omnia premiſſa a nobis et noſtris heredibus inviolabiliter obſeruentur, Ego Johannes de Trochle ſenior cum preſcriptis filijs meis, Johannes de Botle miles, Antonius de zarnuſen Conrades de hamerſen famulj fide data promiſimus, ad manus predictorum abbatis et conuentus, domino Thome abbatj, Wernero priorj, et gherlaco ſepedictj monaſterij, religioſo, Gotfrido de odem Seghebando de monte filio Seghebandj pie memorie famuli militibus, et hoc ſigillorum noſtrorum appenſionibus proteſtamur, Teſtes ſunt Johannes, heynricus, dicti de honhorſt milites, ludolphus de linthorn, holt, de etzen, Albertus de proueſtinghe, famulj, et quam plures alij fide digni. Datum Anno dominj. M,C̊C̊C̊,XII, in die beatj urbani pape et martiris.

Vom zweiten Siegel nur ein Stückchen.





Fig. 1. *Ptychoparia (Solenopleura) brachymetopa*, Meek, p. 78.

Fig. 2. *Ptychoparia (Solenopleura) brachymetopa*, Meek, p. 78.

zu Ülzen funfzig hamburger Mark bezahlt haben, wofür die Bewohner von Veerßen (im A. Oldenſtadt), die bisher zur Parrochie Ülzen gehörten, unter die Parrochie der Kapelle zu Veerßen, deren Patronatrecht dem Abte zu St. Michaelis zuſteht [1]), geſtellt ſind, und beſtätigen dieſe Anordnung. Verden, 5. November 1312.

(Nach dem Copialbuche M. 3 S. 19 f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

IN nomine domini ameN. Nycolaus dei gratia Epiſcopus. Albertus prepoſitus. Geltmarus decanus et Capitulum eccleſie verdenſis. Vniuerſis chriſti fidelibus preſentis litere inſpectoribus ſive auditoribus. Salutem in domino ſempiternam. Vtilitatibus eccleſiarum et incrementis noſtre promotionis ſuffragia impertirj. ac ipſarum Jura noſtre auctoritatis fulcimento ſtabilire noſtri officii debito coartamur. Noſcant igitur preſentes et poſteri. quod viri honorabiles et religioſi. Abbas et conuentus monaſterii ſancti michaelis in Luneborg. Cupientes quod ciues ville Verſne qui ab eccleſia Vlleſſen Jura parochialia percipere conſueuerunt ab antiquo. Exempti penitus perpetuo ab omnibus debitis dicte eccleſie uiſitatione ſynodi dumtaxat excepta Capelle verſne dicte uille. cuius patronatus. ad Abbatem pertinet memoratum. Sint parochiani et a rectore ipſius. tamquam rectore ſue matricis eccleſie ab hac hora in antea recipiat eccleſiaſtica ſacramenta. et in eiuſdem capelle cymiterio tumulentur. honorabili uiro Rauen archidiacono et rectori memorate eccleſie Vlleſſen. Quinquaginta marcas denariorum hamburgenſium perſoluerunt pecunie numerate in prefate uille obuentionum recompenſam. pro redditibus preſcripte eccleſie comparandis. Scilicet rector capelle verſne ſepedicte. ſicut facturus obedientiam. archidiacono ab eo curam recipiet animarum. Hanc igitur ordinationem hinc inde convenientem de conſenſu archidiaconi et rectoris ſepefati. ratam habentes confirmamus in hiis ſcriptis. noſtra et eiuſdem archidiaconi ſigilla in noſtre confirmitationis et totius facti perhennem memoriam apponi preſentibus procurantes. Datum verde. Anno domini. M CCC XII. Nonas nouembris.

[1]) S. Urk. 179 vom 22. Februar 1302.

Urk. 223.

Biſchof Nikolaus zu Verden beſtätigt die Gründung, Dotirung und Einrichtung zweier Altäre in der Kapelle zu Veerßen (im A. Oldenſtadt) [1]). Lüneburg, 1. Mai 1313.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Pratje Alt. und N. V 267. — Vergl. Urk. 179 vom 22. Februar 1302.)

IN Nomine domini noſtri iheſu criſti. Amen. Nicholaus dej gratia verdenſis Eccleſie Epiſcopus. vniuerſis chriſtj fidelibus preſentis pagine tenorem lecturis siue audituris. salutem in domino sempiternam. Dominice laudis Excellenciam, cum perpetuj cultus diuinj propagatione. de proprijs Inſtaurancium sumptibus sancte Operationis propoſitum. feſtinanter conuenit adimplerj. ne cuiuſpiam sectatoris prauitate verſucia. retardationis obſtaculum paciatur. Noſcat igitur preſens etas et naſcitura poſteritas. quod Eckehardus Miles dictus de Eſthorpe.

[1]) Ritter Eggehard von Eſtorf hat dieſelben mit Zuſtimmung des Abtes Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg als Patrons, des Archidiakons zu Ülzen und des Rectors der Kapelle zu Veerßen gebaut, dotirt, und das Präſentationsrecht ſich und ſeinen Erben vorbehalten, auch beſtimmt, daß täglich Meſſe vor denſelben von den Vicaren geſungen oder geleſen werden ſoll. Das auf den Altären Dargelegte muß dem Rector der Kapelle zugeſtellt werden.

salutifero accenſus feruore. Creatoris et Redemptoris omnium orthodoxorum. ampliare seruicia. necnon ſuam et suorum progenitorum perpetuam deſiderans ordinare memoriam. de noſtris. venerabilis viri dominj Thome. Abbatis sanctj Michahelis in Lvneborg. Patronj Capelle in verſne. archidiaconj et Plebanj in vlleſſen. Rectorisque dicte Capelle verſne. Conſenſu. beneplacito et beniuola permiſſione petitis. habitis et conceſſis duo Noua Edificanto altaria. In eadem Capella verſne. quibus pro ſuſtentacione duarum perſonarum vicariorum eorundem altarium. de dotibus iam prouidit Competentibus, et quaſi volens aſtrictus largius prouidebit. Ad que altaria nunc et quandocunque ipſam vacare contigerit. Ipſe Eckehardus, et suj heredes preſentes et futurj tanquam ipſorum altarium perpetuj et verj patronj. ydoneas archidiacono in vlleſſen preſentabunt perſonas. a quo archidiacono. facturj sibj obedientiam Manualem. lidem vicarij. suam inſtitutionem recipere tenebuntur. Tales itaque vicarij. singulis diebus Ceſſante canonico Impedimento miſſas ad ipſa Cantabunt vel legent altaria. Oblationes singulis ipſis manifeſte vel occulte abiecto cuiuſlibet palliationis colore in altaribus oblatas. vel alias Exhibitas prefato Rectorj Capelle in verſne fideliter preſentabunt. Summopere ne quid quomodolibet per ſe vel per alium sev alios ordinent faciant sev diſponant. quod in preiudicium sepefatj Rectoris capelle in verſne redundare valeat. Si excommunicationis sententiam quam Monitione premiſſa Canonica in contrarium preſummentes scienter vel maliciose facere ferimus in hijs scriptis voluerint Euitare. Ut igitur preſcripta dotatio altarium. noſtra ac aliorum quorum interfuit approbatio noſtra principalis Confirmacio necnon singula et vniuerſa premiſſa perpetue firmitatis sorciantur Effectum preſentem litteram super hijs Confectam. noſtro. abbatis. dominj Rauen. archidiaconj et plebani in vlleſſen. tunc archidiacona tum et plebanatum simul tenentis. antedictorum sigillis fecimus robararj, Datum et actum Lvneborg. Anno dominj. M.CCC.XIII. kalendas May.

Anhangend zwei länglich runde, verletzte Siegel:

1) „...ICOL. V. RDN ⁝ ECCE ⁝ .....", mit einem ſitzenden Biſchof; 2) „...VEN . PPOSITI IN VLLES..", mit einem Bruſtbilde (verletzt), darunter ein Knieender, vor welchem ein Herzſchild mit einer halben Lilie. Das mittlere Siegel iſt abgefallen.

Urk. 224.

Abt Thomas, Prior Werner und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg thun kund, daß Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ihnen für 10 Mark Silbers, welche ſie ſeinen Söhnen Johann und Otto gelieben haben, die Vogtei über ihren, dem Hoſpitale zugehörigen Hof zu „Gluſinghe" [1]) wiederkäuflich überlaſſen hat. 6. Juli 1313.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Beglaubigte Abſchriften von 1723 und 1724. — Abgedruckt bei H. Sudendorf Urkundenb. zur Geſch. d. Herz. von Braunſchweig und Lüneburg I 139.)

Nos dei gratia Thomas abbas. wer. prior totusque conuentus monaſterij ſancti michaelis in luneborch ordinis beati benedicti tenore preſentium recognoſcimus per preſentes quod inclitus princeps dominus noſter otto dux de brunſwich et de lüneborch aduocatiam quam habuit in curia noſtra gluſinghe que ad elemoſinas pauperum in hoſpitali noſtro faciendas pertinet et pertinuit ab antiquo nobis dimiſit pro X. Marcis puri argenti quas filijs ſuis kariſſimis inclitis principibus dominis noſtris iohanni et ottoni mutuo conceſſimus libere poſſidendam quam tamen predicta pecunia recuperare poterit redimendo. In cuius facti cui-

1) Nach einem Güterregiſter in den Gebhardiſchen Manuſcripten. ſ. Urk. de c. 1750. lag „Glüſing" im Amte Dannenberg; es mag jedoch Glüſingen im K. Beetzendorf A. Medingen gemeint ſein.

denciam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M.CCC.XIII. in octaua apoſtolorum petri et pauli.

Siegel des Abts abgefallen.

Urk. 225.

Biſchof Nikolaus zu Verden beſtätigt die von dem Abte des Kloſters Scharnebeck und einigen Einwohnern zu Volterſen ermittelte Schnede zwiſchen den Dörfern Volterſen (im K. Neetze) und Rohſtorf (im K. Reinſtorf A. Lüne). — Unter den mithandelnden Zeugen der Abt Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg. 27/28. Juli 1313.

(Nach dem Copialbuche des Kloſters Scharnebeck S. 62 im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nicolaus dei gratia verdenſis eccleſie epiſcopus. Omnibus chriſti fidelibus inperpetuum. Ad perpetuam rei memoriam. ſcriptis preſentibus proteſtamur. quod omnis diſſencio et diſcordia — — propter diſtinctionem terminorum que vulgo ſuede dicitur. inter dictam villam bolterſen et villam roluestorpe — —. Nos dei gratia Tomas abbas monaſterij ſancti michaelis in luneborch. Johannes ſcholaſticus eccleſie verdenſis et prepoſitus in lune. Nicolaus decanus in bardewic. Criſtianus prepoſitus in medinge. qui dicte compoſicioni interfuerimus cum effectu venerabilis patris noſtri domini Nicolai verdenſis epiſcopi proteſtacioni confirmacioni prohibicioni. cum debita reuerencia ſubſcribentes. eam rite factam ſigillorum noſtrorum munimine proteſtamur. — — Acta ſunt hec ſupra locum dicte ſnede anno domini M.CCC.XIII. ſexta feria poſt diem ſancti Jacobi apoſtoli. Datum V. kalendas Auguſti.

Urk. 226.

Knappe Everhard von Ödeme der Aeltere verkauft dem Vicare Chriſtian von Volterſen an der Kirche St. Cyriaci die Hälfte ſeines außer dem Thore Lindenberg gelegenen Erbtheils Garthaus. Lüneburg. 14. Auguſt 1313.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ego Euerardus ſenior dictus de Odeme famulus Recognoſco tenore preſentium publice et proteſtor, quod vnanimi conſilio et conſenſu mee vxoris ac omnium legitimorum heredum

meorum, vendidi, domino Criſtiano de bolterſen, ſanctj Cyriacj Eccleſie vicario, dimidietatem hereditatis mee, ſitam extra valuam lindenberge que hereditas wlgariter Garthus nuncupatur pro IX. Marcis denariorum luneburgenſium cum omnj Jure quo ad me pertinebat libere poſſidendam, Predictus uero dominus Criſtianus talem gratiam ſeu libertatem mihi contulit vt infra hinc et Natiuitatem dominj proxime venturam hincinde ad annum reemendi liberam habeam facultatem, ſi autem predictam hereditatem tempore ſuperius aſſignato reemere non curarem, prefatus uero dominus Criſtianus ita libere poſſidere debet vt eam dare, et vendere poterit cuj libet, Teſtes uero huius ſunt, dominus Johannes de parcham Rector Eccleſie beatj Cyriacj in antiqua ciuitate et dominus fredericus dictus leo, presbiterj, Schacko, Euerardus et Seghebandus fratres dictj de Odeme famulj, et alij quam plures fide dignj, In cuius rei euidens teſtimonium preſens ſcriptum duxi ſigillo meo et meorum patruelium muniendum, Datum luneburch Anno dominj M.CCC.XIII. XIX kalendas ſeptembris In vigilia aſſumptionis beate Marie virginis.



Herzſiegel des Everhard von Ödeme (wie unter Urkunde 206) an erſter Stelle.

Urk. 227.

Everhard, Alexander's Sohn, Everhard und Segeband, Philipp's Söhne, von Ödeme verkaufen dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg ein Gut zu Rohſtorf (im K. Reinſtorf A. Lüne). 7. September 1313.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Uniuerſis chriſti fidelibus preſentia uiſuris ſeu audituris. Nos euerhardus de odem filius allexandri militis dicti de odem, Euerhardus et ſeghebandus fratres filij philippj de odem famulj. Notum eſſe cupimus quod beniuolo conſenſu et ratihabitione omnium heredum noſtrorum legitimorum uendidimus abbatj et conuentuj monaſterij ſancti Michahelis in lvneborch unum bonum in rodeſtorpe minorj pro XXXVIII marcis hamburgenſium denariorum libere cum proprietate et omnj jure quo nos ipſum diu poſſedimus, perpetuis temporibus poſſidendum, vt autem dicta emptio firma et ſtabilis permaneat, nos Euerhardus et euerhardus, et Seghebandus famulj preſcriptj, Wernero priorj, Reynero cuſtodj, ottonj de daldorpe, Gherlaco de hamerſen, Monachis, Et gotfrido de odem. Seghebando de monte militibus ad manus predictorum abbatis et conuentus fide data promiſimus Anno et die warandiam preſtantes. quod ſigillorum noſtrorum appenſionibus proteſtamur. Teſtes ſunt. Wernerus. de

medinghe ſenior. Heynricus de zverin, Otto magnus milites et alij quam plures fide digni. Datum anno dominj. M.CC.C.XIII, vigilia natiuitatis marie.

Erſtes Siegel abgefallen.

Siegel wie die Abbildung unter Urk. 206 und 226.

Urk. 228, 229.

Der Rath zu Lüneburg beſcheinigt, daß Albert Diſe und deſſen Gemahlinn dem Canonicus Nikolaus, Sohn des Johann Bertoldi, zu Bardewiek eine Geldrente aus der Saline verkauft haben. Lüneburg. 11. November 1313.

(Nach dem Copialbuche M. 6 S. 129 M. 102 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos conſules ciuitatis Luneborch. Nicolaus de molendino. albertus de molendino. albertus hollo. volcmarus de ſacco. bertoldus longus hinricus de luneborch nicolaus ſchilſten iohannes weddeſſe hinricus de parchem hinricus viſcule iunior Hermannus cum cunna. hermannus hot. Recognoſcimus et teſtamur Quod albertus dyſe famulus et vxor ipſius domina dilecta vnanimi conſilio et conſenſu omnium legitimorum heredum ſuorum vendiderunt. domino nicolao. Johannis bertoldi canonico in bardewich cenſum trium marcarum luneborgenſium denariorum annuatim in ſalina luneborch in inferiori domo verdinge in vno ſalis vno rumpo minus jacente in ſartagine que dicitur wechpanne et iacet ad manum dexteram cum itur ad ipſam domum iure hereditario perpetualiter libere poſſidendus et ad faciendus et dimittendus (*sic*) quidquid ſibi placet et expedit, cum eodem Cenſus vero predictus trium marcarum luneburgenſium denariorum ſingulis dabitur annis infra octauas paſce et ſi aliquis in eo defuit defectus ille ſuppleri debet anno de futuro ſuper quo noſtre ciuitatis ſigillum preſentibus in euidens teſtimonium eſt appenſum Datum luneborch. anno dominj. M.CC.C XIII martini epiſcopi et confeſſoris.

Urk. 230.

Knappe Everhard von Ödeme verkauft dem Abte Thomas, dem Prior und Convente zu St. Michaelis in Lüneburg ein Gut zu Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne). Lüneburg. 7. Januar 1314.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ad noticiam omnium tam futurorum quam preſencium ego Everhardus famulus ſenior dictus de odem cupio deuenire. quod voluntate benivola et conſenſu omnium heredum meorum legitimorum vendidi domino thome abbati. priori totique conuentuj monaſterij ſancti mychaelis in luneborg. vnum bonum in bodendorpe pro XX marcis denariorum luneborgenſium cuius proprietas ad me et meos legitimos heredes pertinebat cum omnj proprietatis iure quo ego et progenitores mei ipſum poſſedimus perpetuis poſſidendum temporibus. in cuius teſtimonium preſentem literam ſigilli mei munimine roborauj. Nos eciam filij phylippi de odem famuli, everhardus et ſeghebandus fratres ſupraſcripti ſenioris everhardj patruj predicte uenditioni interfuimus et cum omnibus legitimis heredibus noſtris conſenſimus. In cuius venditionis et ratihabitionis euidenciam firmiorem ſigillum meum everhardi uidelicet quia frater meus proprio caruit preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt wernerus de medinghe ſenior Heinricus de zwerin Seghebandus de monte filius Seghebandi famuli de monte Godfridus de odem milites fredericus de monte famulus et quam plures alij fide dignj. Datum Luneborg anno dominj M CCC XIIII die proxima poſt epyphaniam dominj.

Zwei Herzſiegel, wie unter Urkunde 206, 226 und 227, ſ. Siegelabbildung unter Urk. 206.

Urk. 231.

Abt Thomas, Prior Werner und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ertheilen der Wittwe des Johann Müller zu Neetze (Kirchd. im A. Scharnebeck) und ihren Erben die Mühle zu Neetze für einen Weizenzins; Nikolaus Müller zu Thomasburg (Kirchd. im A. Lüne), des verſtorbenen Johann Bruder, verzichtet auf alle Anſprüche an dieſelbe. 24. Januar 1314.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Thomas Dei gratia Abbas, Wernerus prior, Totusque Conuentus Monaſterij Sancti Michaelis jn Luneborgh. Ordinis Sanctj benedicti omnibus hoc ſcriptum viſuris et Audituris ſalutem in Domino. Temporalis exſpirat Actio, niſi Accipiat Robur A voce Teſtium et A Scripto, Hinc eſt quod Ad noticiam tam futurorum quam preſencium volumus pervenire, quod nos de communj conſilio et conſenſu Totius conuentus noſtri Megthildi relicte johannis Bone memorie Molendinarij jn neteſſen, necnon veris et legitiMis heredibus eiuſdem, porreximus Dictum Molendinum noſtrum in Neteſſen jure pheodali, Sub Annuo Cenſu, videlicet Septem quadrantibus Siliginis, quatuor Annj Temporibus perſoluendis Duobus quadrantibus jn paſcha, Duobus jn natiuitate johannis baptiſte, Duobus in feſto Sanctj michaelis, reſiduo Autem et vltimo quadrante jn natiuitate chriſti, Tali conditione premiſſa, quod ſi Dicta Mechtildis ſiue ipſius veri heredes ſingulis Annis Semper jnfra Annj Tranſvolutionem prefatum Cenſum non dederint, extunc molendinum noſtrum Abſque omnj contradictione Ad nos et noſtram eccleſiam libere Reuertatur Nicolaus vero Molendinarius jn Thodemenſborgh frater dictj johannis jn neteſſen, ad manus noſtras reſignauit Ac renuntiauit omni juri cum conſenſu et bona voluntate ſuorum heredum omnium quod habuit jn molendino prelibato. Huius rej teſtes ſunt. Dominus wernerus Ac frater ſuus wernerus dictj de Medinghe. Ac johannes puſteke Milites. Nycolaus. et Albertus. de Molendino. Gherbertus magiſter putej. Fredericus de neteſſen. conſules jn Luneborg. et Alij quam plures fide dignj vt Autem jſtud factum Ratum et jnconwlſum permaneat A nobis et A noſtris Succeſſoribus, preſens ſcriptum fecimus Ac dedimus prenominate vidue et ſuis heredibus legitimis, noſtris Sigillis Roboratum. Actum et Datum Anno Dominj. M.CC.C.XIIII. jn vigilia converſionis ſancti paulj Apoſtolj.

Länglich rundes „...GILLVM . THOME . DEI . GRACIA . ABBA... DE . LVN...“, der Abt ſitzend, die Rechte zum Segen erhoben, in der Linken den Stab haltend.

Urk. 232.

Der Rath zu Lüneburg beurkundet, daß Margarete, Wittwe des Johann Hutzenvleth, ein halbes Fuder Salzgut in der Saline Lüneburg an Johann Felix und deſſen Frau verkauft und dieſe daſſelbe, mit Bewilligung des Abts Thomas, Priors Werner, Schatzmeiſters Reyner und des Convents zu St. Michaelis in Lüneburg ihrem Sohne Roland zur Verbeſſerung ſeiner Präbende als Mönch daſelbſt geſchenkt haben. Nach deſſen Tode ſoll dafür beider Jahresgedächtniß im Kloſter gefeiert werden. Lüneburg, 12. März 1314.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Lvneborch. Nycolaus de molendino. Gerbertus magiſter putei. Thidericus volcmarj. Bertoldus longus. Hermannus de arena. Hartwicus de Salina. Gherardus willerj. Johannes abbenborg. Jacobus Nyebur. FRedericus de netze. Johannes Om. Marquardus wedd.˜ Innoteſcimus, preſentibus, et poſteris, preſentem per tenorem. Quod Domina Margareta, relicta Johannis Hutzenvleth. accedente conſilio et conſenſu, omnium legitimorum heredum Suorum. vendidit, Honeſto viro, Johanni dicto felici et Coniugi Sue, Domine Elizabet. Burgenſi in Brunſwic. Dimidium plauſtrum ſalis, quolibet flumine in Salina Lvneborg. in Domo Gererdinge. in Sartagine que dicitur Gunchpanne. iacente ad manum dextram, in introitu ipſius domus. iure hereditario perpetuo poſſidendum. Quod quidem dimidium plauſtrum Salis, hiidem. ſcilicet Johannes, et vxor ipſius Elizabet. contulerunt filio Suo Rolando, Monacho, Monaſterii Sancti Michahelis in Caſtro Lvneborch. ordinis beati Benedicti, pro melioratione et augmentatione prebende Sue, et neceſſariorum, ad tempora vite Sue tollendum. et hoc benigna ex permiſſione, et ex ſingulari gratia, reuerendorum, in chriſto virorum. Dominj Thome. abbatis. werneri Prioris. Reynerj Theſaurarii. et Tocius Conuentus, Monaſterii prenotati. Poſt mortem autem dicti Rolandi. ipſum dimidium plauſtrum, apud dictum Monaſterium manebit in perpetuum, ad Conſolationem, In anniuerſario obitus die, predictorum, Johannis et Elizabet, et Suorum progenitorum, et parentum. qui quidem anniuerſarius, Simul, et ſemel. quolibet anno, a dicto Conuentu deuote et ſollempniter peragetur. In premiſſorum noticiam, et euidens teſtimonium, preſentem literam exinde confectam, noſtre Ciuitatis Sigillo fecimus inſigniri. Datum Lvneborg Anno Domini. M.CCC.XIIII. Gregorii pape.

Verletztes großes rundes Siegel der Stadt Lüneburg.

Urk. 232a.

Biſchof Nikolaus zu Verden bezeugt, die Bulle des Papſtes Innocenz IV. vom 31. October 1247 zu Scharnebeck eingeſehen zu haben, in welcher derſelbe den Mitgliedern des Ciſterzienſerordens das Recht ertheilt, alle ihnen, wenn ſie Laien geblieben wären, zuſtehenden Güter, bewegliche und unbewegliche, außer Lehen, in Beſitz zu nehmen. — Unter den Zeugen Abt Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg. 24. März 1314.

(Aus dem Abdrucke bei Pratje Alt. und N. I 31 f.)

Urk. 233.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg verſpricht dem Heinrich Müller und deſſen Sohne Johann zu Bienenbüttel (Kirchd. im A. Medingen), daß ihnen zum Nachtheil keine Mühle an dem Bache, welcher von Niendorf nach Bienenbüttel fließt, noch an den untern Bächen oder Gängen, welche von der Brücke zu Bienenbüttel herabkommen, oder an den benachbarten Bächen erbaut werden ſoll. Winſen, 25. März 1314.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei H. Sudendorf Urkundenb. zur Geſch. d. Herz. von Braunſchweig und Lüneburg I 141.)

Dei gratia nos Otto Dux de Brunſwich et de Luneborch. recognoſcimus et Tenore preſentium publice proteſtamur, quod Hinricus molendinarius in bynenbutle. cum Johanne Suo filio. ita nobiſcum placitauerint et taliter sumus vniti cum eiſdem. quod ammodo ab hoc Tempore in preiudicium dictorum virorum siue dampnum nullum conſtruere debeat molendinum super riuum quj deſcendit de Nyendorpe uſque binenbutle. neque super riuos inferiores, sed meatus deſcendentes de ponte bynenbutle. nec etiam super alios riuos adiacentes, edificare molendinum de cetero nullus attemptabit. per quod molendinum eorum in bynenbutle poſſit dampnarj. aut aliquod impedimentum ſuſtinere vt autem hec predicta viris prenotatis. ac eorum veris heredibus nunc exiſtentibus et adhuc naſcendis rata obſeruentur et illeſa. dedimus ipſis preſens scriptum noſtrj sigilli munimine roboratum volentes nichilominus quolibet premiſſorum a noſtris heredibus inuiolabiliter obseruarj. Datum winſen anno dominj. M.CCC.XIIII. in die annunciationis beate marie virginis.

Sieget abgefallen.

Urk. 234.

Knappe Everhard von Ödeme verkauft dem Vicare Chriſtian am Altare corporis Chriſti ſeine Mühle zu Ödeme (im K. Lüneburg A. Lüne) auf Wiederkauf. Lüneburg, 17. Auguſt 1314.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Deduction etc. Beilage № 42. — Vergl. die Urk. vom 15. Juni 1309, 12. März 1310 und 21. Januar 1320.)

Ad notitiam cunctorum chriſti fidelium cupimus pervenire, Qvod noſ.. Euerhardus. famulus dictus de odeme de bona voluntate et conſenſu omnium heredum noſtrorum legitimorum vendidimus domino .. Criſtiano vicario altaris corporis chriſti noſtrum molendinum in odeme. cum cenſu. Seruitio et advocacia. et integraliter cum omnj jure. ſicut nos habuimus et iam dudum poſſedimus. pro viginti quinque. marcis luneborgenſibus. in hunc modum. qvod ipſum molendinum cum omnj jure qvo nunc vendidimus reemere poſſumus a proximo feſto beatj Michaelis ſpatio vniuſ anni pro quantitate pecunie memorate. Quod ſi forte non fecerimus, aut neglexerimus, ſepe dictum molendinum cum preſcripto jure. apud ipſum dominum. Criſtianum. vel cuj vendiderit. aut poſt obitum ſuum donauerit in perpetuum permanebit .. Huius vendicionis teſtes ſunt. dominus ludolphus. de eſtorpe .. et dominus Johannes. de parcham. plebanus ſancti Cyriaci .. luderus .. Eygel. Geuehardus. de monte. Johanneſ ſchagko Henricuſ greving. Fredericuſ. de netze. Johannes. behem et Alij quam plures fide dingni .. In cuius rej teſtimonium noſtro ſigillo .. ſigilloque patruorum noſtrorum videlicet. Euerhardj. et Seghebandi. preſens ſcriptum fecimuſ et petiuimus inſignirj .. Datum luneborch. Anno domini. M.CCC.XIIII. ſabato poſt aſſumpcionem beate virginis marie.



Herzſiegel des Everhard von Ödeme, wie unter Urkunde 206 an erſter Stelle.

Urk. 235.

Everhard, Sohn des Ritters Alexander von Ödeme, verkauft dem Abte Thomas zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg eine Fruchtrente aus ſeinem, von demſelben zu Lehen erhaltenen Hofe in Rettmer (im K. Embſen A. Lüne) auf Wiederkauf. 21. October 1314.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 26. März 1317.)

Ad noticiam omnium tam futurorum quam preſencium, Ego euerhardus de Odem, filius alexandrj, militis pie memorie, de odem, cupio deuenire, quod, in curia mea in villa, Retmere, quam ab abbate sanctj Michaelis in caſtro Luneborch, Jure teneo pheodalj, eidem abbatj, domino Thome, et ſuo conuentuj conſenſu, et ratihabicione, omnium heredum meorum legitimorum, vendidj duos wichemmethen siliginis, singulis annis, in feſto beatj Michaelis perſoluendos, pro, X,X, marcis denariorum Luneburgenſium, et ſi infra quatuordecim dies, a feſto predicto videlicet beatj Mychaelis non ſoluerentur predicta curia mea, in Retmere, quam nunc reſignauj ad manus predictj dominj Thome abbatis, extunc, sibj et ſuis ſucceſſoribus, vacabit, et abrenuntio omnj Jurj, ſi quod michj in prefata curia competeret uel in futurum competere poſſet, et Ipſi contradictione qualibet poſtpoſita perpetuo poſſidebunt, Dominus autem abbas, et ſuus conuentus, dummodo cenſus predictus in feſto sanctj Mychaeljs proxime uenturo perſoluatur, vſque ad feſtum purificacioms beate Marje virginis, mihj dederunt gratiam reemendi, Nos Igitur Euerhardus, de Odem, filius philippj famulj dictj, de Odem, bone memorie et, Johannes, ſacko, filius eghardj militis dictj ſacken, ſelicis recordacionis, cum preſcripto euerhardo, data fide promiſimus, ad manus ſepe dictorum, abbatis, et conuentus, wernero priorj, gerlaco, ſtructurario, eiuſdem eccleſie, monachis, godfrido militi, de Odem, qui omnia premiſſa debeant inuiolabiliter obſeruarj, quod ſigillorum noſtrorum appenſionibus proteſtamur. Teſtes sunt wernerus de medinghe ſenior, Ludolphus de eſtorpe, henricus de zwerin, Milites, Thiderjcus de zwerin, gerhardus Kint, famulj, et alij quam plures fide dignj, Datum anno domini, M,C,C,C,XIIII, in die vndecim milium virginum.

Herzſiegel des Everhard von Ödeme, wie unter Urk. 206.

Urk. 236.

Der Rath zu Lüneburg beurkundet, daß Berta, Wittwe des Bürgers Bertoldi, dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen halben Wiſpel Salzgut in der Saline daſelbſt vermacht hat, unter Vorbehalt des Nießbrauchs für ſich und ihren Sohn Johann, Mönch im Kloſter. Nach ihrem Tode ſoll der Proviſor des Hoſpitals daſelbſt daraus 2 Mark Pfennige dem Convente zur Feier ihres Jahresgedächtniſſes entrichten. Lüneburg, 16. Februar 1315.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 23. Februar 1315.)

Nos Conſules Ciuitatis Lvneborch. Nicolaus do Molendino. Gerbertus Magiſtri putei. Thidericus Volcmari. Bertoldus longus. Hermannus de arena. Hartwicuſ de Salina. Gher. willeri. Johannes abbenborg. Jacobus Nycbur. Fredericus de netze. Johannes. Om. Marquardus Wedd. Innotefcimus, preſentibus, et poſteris, preſentium per tenorem. Quod domina Bertha. Relicta, quondam, Johannis, Bertoldi noſtri Ciuis, Accedente conſilio et conſenſu, omnium legitimorum heredum Suorum, Contulit poſt mortem Suam, Eccleſie et Monaſterio Sancti Mychahelis in Lvneborch. Dimidium chorum ſalis, quolibet flumine in Salina, Lvneborch. in Domo Codzinge. in Sartagine que dicitur. Gunchpanne. iacente ad manum Siniſtram, cum itur in ipſam domum. perpetualiter poſſidendum. in hunc modum. Si filius eius, dominus Johannes, in dicto Monaſterio, profeſſus. poſt mortem ipſius domine berthe. ſuperſtes fuerit, tollet flumina huius dimidii Chori ſalis temporibus vite Sue. Eo autem defuncto, dictus

dimidius Chorus Salis. apud Hoſpitale, dicti Monaſterii, ſub Caſtro Luneborch, Situm. iugiter permanebit. De quo prouiſor ipſius hoſpitalis, qui fuerit pro tempore, dabit ſingulis Annis, Conuentui, dicti Monaſterii. vnam marcam denariorum. in Anniuerſario, dicte domine Berthe. ad karitatem. Et vnam Marcam, in anniuerſario. Johannis Bertoldi, prenotati. Super quo, noſtre Ciuitatiſ ſigillum, preſentibus duximus litteris in euidens teſtimonium Apponendum. Datum Lvneborch. Anno domini. M.CCC.XV. Juliane virginiſ et Martiris.

Siegel abgefallen.

Urk. 237.

Abt Thomas, Prior Werner und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg überweiſen ihrem Mitbruder Johann Bertoldi einen halben Wiſpel Salzgut, welche deſſen Mutter zur Verbeſſerung ſeines Unterhalts ihrem Hoſpitale geſchenkt hat, beſtätigen die Verwendung von 2 Mark zur Feier ihrer Jahresgedächtniſſe und des Ueberſchuſſes zur Speiſung von Pilgern und Armen im Hoſpitale. 23. Februar 1315.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 16. Februar 1315.)

Nos Dej Gratia Thomas abbas, wernerus prior, totusque conuentus, monaſterij ſancti Mychaeljs jn Luneborgh, ordinis beatj benedictj, Omnibus ad quos Littere preſentes peruenerint, ſalutem, jn omnium ſaluatore, Ne geſta hominum laudabiliter facta, Immutarj ualeant, expedit ea, literarum teſtimonio, perhennarj, hinc eſt. quod ad noticiam tam preſencium quam futurorum cupimus deuenire, quod Domina, beata, relicta Johannis bertoldj, quondam burgenſis in Luneborgh, pie memorie, conſenſu, et beniuola voluntate, omnium heredum ſuorum, legitimorum, poſt mortem ſuam, diuine retributionis jntuitu, dedit nobis, et Eccleſie noſtre, dimidium chorum ſalis jn ſalina Luneborgh, in domo, Codzinghe, jn ſartagine que vocatur Gunchpanne, ad manum ſiniſtram, cum domus intratur perpetuis temporibus poſſidendum. Nos Igitur, ob fauorem quem dicta domina beata, ad nos, et ad noſtram habere dinoſcitur eccleſiam, predictum dimidium chorum in predjcta domo, et sartagine, filio Suo Domino Johannj dicto bertoldj noſtro confratrj, aſſingnauimus, ut commodius ſuſtentarj ualeat, et licenciamus sibj, quolibet jmpedimento poſtpoſito uite ſue temporibus pacifice poſſidendum, Cum uero ipſum uiam vniuerſe carnis ingredj contigerit, officialis qui pro tempore fuerit noſtrj hoſpitalis, jn quo, peregrinj reficiuntur et pauperes, sepedictum dimidium chorum, recipiet, et jnde, Duas, marcas, conuentuj noſtro, vnam, in anniuerſarjo preſcripte domine beaten, aliam, in anniuerſario Johannis bertoldj, quondam maritj ſui felicis recordacionis. dabit annis ſingulis et quicquid reſiduum fuerit, peregrinis et pauperibus. perpetuo miniſtrabit, et ut omnia premiſſa, Inuiolabiliter obſeruentur nec eciam a nobis, nec a noſtrjs jnſringantur ſucceſſoribus, preſentem literam jnde confectam. sigillorum noſtrorum appenſionibus communitam, amicis et progenitoribus prefatj domini Johannis bertoldj noſtrj confratris dedimus ad munimen, Teſtes ſunt, Dominus Johannes plebanus, Eccleſie sanctj Johannis jn Modeſtorpe, Dominus Johannes, Todo, uicarius ejuſdem eccleſie, sacerdotes, nicolaus de Molendino, Gherbertus magiſter putej, nicolaus scilſten, conſules ciuitatis Luneborgh, et alij quam plures fide digni, Datum, anno, dominj, M,CCC,XV, uigilia beatj Mathie apoſtolj.

Länglich rundes „...GILLVM . THOME . DEI . GRACIA . ABBATIS . DE . LVN...“, und Siegel des Convents, beide wie unter Urkunde 231.

Urk. 238.

Die Knappen Heinrich, Segeband und Gevehard, Söhne des Ritters Heinrich von dem Berge, verkaufen,

mit Zuſtimmung ihrer Mutter Margarete, dem Abte Thomas und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg den vierten Theil des Zehnten zu Reiningen (im K. Wietzendorf A.-V. Bergen). 24. Februar 1315.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 25. Februar 1312 und 8. September 1316.)

Ad noticiam omnium tam futurorum quam preſencium. Nos heynricus, Seghebandus, Gheuehardus, famulj dicti de monte et fratres filij heynrici militis de Monte pie memorie cupimus deuenire, Quod cum conſenſu matris noſtre Margarete et omnium heredum noſtrorum legitimorum uendidimus Domino Thome abbati et ſuo conuentuj, monaſterij Sancti Michaelis in luneborgh, quartam partem decime in reynedinghe, pro XII½. Marcis, hamburgenſium denariorum, eo jure, quo nos ipſam poſſedimus. Jure hereditario poſſidendam, Dominus autem abbas et ſuus conuentus, dummodo predicta decima in feſto ſancti michaelis proxime uenturo preſcripte Eccleſie perſoluatur uſque ad feſtum beati Johannis Baptiſte nobis dederunt gratiam ſi ipſis XII. Marcas. hamburgenſium denariorum dederimus tunc de ſupraſcripta decima anniuerſarius patris noſtri in vigiliis et in miſſis in eodem conventu peragatur, et illa Marca, quam in ſiken in bonis noſtris habent, noſtra maneat libera et ſoluta, Nos igitur fratres preſcripti data fide promiſimus ad manus ſepedictorum abbatis et conuentus, Reynero cuſtodj, Johanni de wittenborgh, Gherlaco de hamerſen monachis, que omnia premiſſa debeant inuiolabiliter obſeruari, in huius facti euidenciam firmiorem Sigillum heynrici fratris noſtri ſenioris cum nos alii propriis careamus preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt heynricus de Swerin, Ghotfridus de Odheme, milites, Johannes Scacko, Johannes de monte famuli, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini. M.CCC.XV. In die beati Mathie apoſtoli.

Herzſiegel „† S' HENRICI . MILITIS . DE MONTE“, mit drei in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken und einer Spitze eines vierten Balkens (vergl. Siegelabbildung unter Urkunde 212).

Urk. 239.

Propſt Chriſtian, Priorinn Immeke und der Convent zu Medingen bezeugen, daß Abt Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg an zwei ihrer Mitſchweſtern, Margarete und Zacharia, Töchtern ſeines Bruders Roland von Calve, ein Salzgut in der Saline Lüneburg auf Lebenszeit verliehen hat, unter Vorbehalt des Heimfalls an das Kloſter St. Michaelis. Medingen, 4. April 1315.

(Nach dem Copialbuche № 3 S. 38 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

IN nomine domini ameN. Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia uiſuris ſeu audituris Dei gracia chriſtianus prepoſitus. Immeke prioriſſa. Totuſque conuentus ancillarum chriſti in medinghe. ſalutem in domino ſempiternam. Ne ea que geruntur in tempore. pereant et euaneſcant cum tempore. expedit ea perhennarj teſtimonio literarum. Hinc eſt quod ad noticiam tam futurorum quam preſencium cupimus deuenire Quod uenerabilis uir dominus thomas abbas monaſterii ſancti michaelis in Luneborg. conſenſu et beniuola uoluntate ſui prioris et conuentus pio motus affectu. dedit duabus noſtris conſororibus. Margarete et Zagarie filiabus fratris ſui. Rolandi de Calue vnum plauſtrum ſalis in ſalina Luneborg in domo bernedinghe in ſartagine que dicitur wechpanne ad dextram manum cum domus intratur ut commodius ſuſtentarj ualeant ad uite ſue tempora poſſidendum. Cum vero ambe ſorores uiam fuerint vniuerſe carnis ingreſſe predictum plauſtrum ad abbatiam predicti monaſterii ſancti mychaelis in Luneborch libere revertetur. Vt autem hoc firmum et inuiolabile perſeueret preſens ſcrip-

tum ſigillorum noſtrorum appenſionibus fecimus communirj. Teſtes ſunt dominus iohannes rex. dominus meynardus. ſacerdotes. et capellani predictorum prepoſiti et conventus in Medinghe. Wernerus de medinghe. Segebandus de monte. Godfridus de Odem milites. Et quam plures alii fide digni. Datum medinghe anno domini. M.CC.C.XV. In die beati ambroſii epiſcopi . .

Urk. 240.

Biſchof Nikolaus zu Verden beſtätigt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg den Beſitz des Obereigenthums an dem Zehnten zu Rindorf an der Schmalen-Aue (im K. Egeſtorf A. Winſen a. d. L.), und beſtimmt, daß auch der kleine Zehnten daſelbſt von ihm oder andern (außer dem Kloſter) ferner nicht erhoben werden ſoll. Rotenburg, 8. November 1315.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Pratje Alt. u. N. V 269. — Vergl. Urk. vom 30. December 1311.)

Uniuerſis preſencia viſuris et audituris. Nicolaus Dei gratia verdenſis Eccleſie Epiſcopus. ſalutem in domino ſempiternam. Noueritis et nos tenore preſentium publice proteſtamur quod nos donacionem proprietatis cum omnibus iuribus. decimalibus decime in nendorpe site in smalowe a pie memorie frederico predeceſſore noſtro de conſenſu capituli sui factam abbati et monaſterio, ſancti Michaelis in luneborch ordinis beati benedicti noſtre diocesis. quam quidem decimam jidem abbas et monaſterium dicti predeceſſoris noſtri accedente conſenſu de manu compararunt laicali ratificamus preſentibus et confirmamus ita videlicet, quod ullo unquam tempore etiam minutas decimas videlicet in equis poledris et apibus et alijs in quibus ipſe conſiſtunt, per nos uel alios exigemus. quin immo ipſe cum maioribus decimis dictis abbati et conventui conſtabunt perpetua firmitate ſubnixe. In cuius rei teſtimonium sigillum noſtrum preſentibus apponi mandauimus. Datum rodenborch. Anno dominj. M.CC.C. quinto decimo ipſo die, quatuor coronatorum.

Länglich rundes „† S. NIKOL. VERDN. ECCE. EPI." in rothem Wachſe, der Abt ſitzend.

Urk. 241.

Die Gebrüder Boldewin, Johann und Gerlach von Lobke verkaufen dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg 4 Wichbimpten Weizen aus dem Zehnten zu „Wilrezingheborſtolde" (Willerding im K. Lüneburg A. Lüne) [1]; das Uebrige aus dem Zehnten ſoll den Verkäufern abgeliefert werden. Lüneburg, 19. November 1315.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 1. November 1335.)

Nos, Boldewinus. Johannes. et Gerlacus. fratres, dicti de Lobeke. Innoteſcimus preſentibus et poſteris, preſentium per tenorem. Quod nos, de omnium legitimorum heredum noſtrorum, communi conſilio et aſſenſu, vendidimus, Domino abbati, et Conuentuj, Monaſterii Sancti Mychahelis in Lvneborg decimam in wilrezingheborſtolde. cum omni iure, excepta minuta Decima, cuius decime erunt poſſeſſores, et de qua tollent ſingulis annis, quatuor wichemptonef ſiliginis, reſiduum nobiſ dando, pro Quadraginta Marcis Hamburgenſium denariorum, tali ſub conditione. Quod si dictam decimam, pro huiuſmodi denariorum summa, non reemerimus, a feſto sancti Martini Epiſcopi nunc preterito, hinc inde, in ſpatio duorum

[1] Laut Inhalt einer Urkunde vom 31. März 1356 (Urk. 549) hat Johann von dem Borſtele den Hof „Wilderſingheborſtele" bewohnt. Die Bezeichnung in den drei letzten Sylben ſcheint erloſchen zu ſein, als derſelbe Eigenthum des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg geworden war.

annorum, ex tunc hiis duobus annis revolutis, predicti, dominus abbas, et Conventus, ipſam decimam, ut predicitur, perpetualiter poſſidebunt. Et nos ipſis proprietatem feodi tenebimur procurare. vt autem vniverſa et singula a nobis inuiolabiliter obſeruari contingat, ſuper premiſſis. Domino wernero Priori, dicti monaſterii. domino Reynero Theſaurario. domino Gerlaco ſtructuario. et ad manus ipſorum, et sui monaſterii predictj. domino Godefredo de Odem. Domino wernero. dicto magno. Militibus. et Gheuehardo. dicto Magno. famulo. fidem in ſolidum preſtitimus corporalem. Et ad maiorem rei euidentiam. noſtra Sigilla preſenti scripto in teſtimonium duximus apponenda. Datum Lvneborgh. Anno Dominj. M.CCC.XV. In die beate Elyzabeth Thuringie Lantgrauie.



Herzſiegel „† SIGILLVM JOANNIS DE LOBEKE“ ebenfalls mit einem Hirſche.

Urk. 242.

Graf Nikolaus von Schwerin ſchenkt dem Werner Grote und deſſen Erben das Lehnsrecht und die Lehen der Zehnten in Toſtedt (Kirchd. im A. Harburg) [1], ſlaviſch Seedorf und Boitze (beide im K. Dahlenburg A. Bleckede), und das Obereigenthum über das Dorf Golſte (im K. Natendorf A. Medingen), zwei Höfe in Molzen (Kirchd. im A. Oldenſtadt) mit 2 Koten, über einen Hof in Hanſen (im K. Gerdau A. Bodenteich) und eine Kote daſelbſt mit drei Höfen in Rätzlingen (Kirchd. im A. Oldenſtadt). Wittenberg, 21. März 1316.

(Nach einem Transſumpte vom Propſte Diedrich zu Medingen. — Abgedruckt bei Harenberg hiſt. eccl. Gand. p. 1714. — Vergl. Urk. vom 22. Auguſt 1362.)

Nos Thydericus prepoſitus Sanctimonialium in Medinghe verdenſis dyoceſis Omnibus et ſingulis ad quos preſentes litere peruenerint cupimus eſſe notum quod conſtitutus in noſtra Notarij et Teſtium infraſcriptorum preſencia Religioſus vir, dominus Hinricus Beem Monachus in Caſtro Luneborch Monaſterij ſancti Michaelis ordinis ſancti Benedicti dicte dyoceſis, quaſdam literas, quondam Nobilis dominj. dominj Nicolai Comitis zwerinenſis ſanas et integras et non viciatas eius vero ſigillo admodum clipei triangularis de cera viridi ſigillatas In quo apparuit quedam arbor, et iuxta hanc duo animalia ab utraque parte ipſius arboris curuatis caudis, dorſa et ora ad eandem arborem applicantia, admodum uulgariter lintworme ut verius diſcerni poterant videbantur inpreſſa, produxit. Petens inſtanter, quatenus ipſas literas per Notarium infraſcriptum tranſſcribi faceremus, et eis tranſſcriptis decretum noſtrum interponeremus, quia ipſas literas ad loca in quibus ipſarum haberent indigenciam propter viarum diſcrimina deducere non auderet. Quarum literarum tenor de uerbo ad uerbum talis eſt

[1] Vergl. Urk. vom 15. Juli 1337.

In nomine dominj amen, Nos Nicolaus dei gratia Comes zwerinenſis preſentibus recognoſcimus et teſtamur, quod cum conſenſu omnium noſtrorum heredum in wernerum groten et ſuos heredes, ac cui forſan dimiſerit in futurum tranſferimus preſentibus et donamus Jus pheudi cum pheudo decimarum villarum Toſtede flauico sedorpe, et Boetze, cum omnibus eorum Juribus et fructibus, et proprietatem ville Goltſtede et duarum Curiarum in Moldeſſen cum duabus caſis curie in hannenſen, et caſa ibidem poſita cum tribus Curijs in Retzinghe, cum omnibus earum attinencijs et appendicijs perpetuis temporibus poſſidendas, Datum wittenborgh, Anno dominj Milleſimo Triceſimo decimo ſexto in dominica qua cantatur Letare, Quibus literis tranſſcriptis et tranſſumptis huiuſmodi tranſſumptum legi fecimus coram nobis et diligenter auſcultauimus, et quia vidimus et audiuimus concordanciam in eiſdem, decretum noſtrum interpoſuimus et interponimus, ita quod huic tranſſumpto tamquam literis originalibus plena fides poterit adhiberi. In quorum teſtimonium preſentes noſtras litteras per Johannem Beltz notarium publicum infraſcriptum ſcribi et publicari mandauimus et fecimus noſtrique appenſione ſigilli communiri. Actum et datum in Curia Monaſterij in Medinghe ſupradicti Anno Indictione Menſe die hora et pontificatu quibus ſupra Preſentibus diſcretis viris dominis frederico Rectore parrochialis eccleſie in Medinghe hinrico langhen et lamberto de perlebergh preſbiteris, ac Johanne Otterſleue layco verdenſis et hauelbergenſis dyoceſis teſtibus vocatis ad premiſſa.

(Notariatszeichen.) Et ego Johannes Beltz clericus Brandenburgenſis dyoceſis publicus Imperiali Auctoritate Notarius, predictas literas Comitis zwerinenſis de mandato domini. prepoſiti in Medinghe prefati fideliter tranſſumpſi nil addendo uel ſubtrahendo Ideoque meum ſolitum ſignum vna cum ſigillo eiuſdem dominj .. prepoſiti huic tranſſumpto appoſui in teſtimonium veritatis.

Siegel abgefallen.

Urk. 243.

Segeband vom Berge, Diedrich's Sohn, bezeugt, dem Heinrich Redding keine Anſprüche ertheilt zu haben an den Zehnten zu Reiningen (im K. Wietzendorf A.-V. Bergen), welchen deſſen Vater verkauft und ſeinen Vorfahren reſignirt hat. (Ohne Jahr) [1].

(Nach dem Copialbuche *M* 3 Fol. lv des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ego Segebandus miles. dictus de monte. filius thiderici militis quondam dicti de monte. pie memorie. preſentibus recognoſco. Quod hinrico Reddinghe. nichil contuli in decima Reyndinghe. Cuius decime. ego. et fratres mei. et patrui mei dicti de monte. ſumus inpheudatores. quia predictus heinricus nichil iuris habet in eadem. Pater enim ſuus. predictam decimam uendidit. et noſtris progenitoribus. qui tunc temporis exſtiterunt inpheudatores. coram probis uiris multis reſignauit. In euidentiam huius facti ſigillum meum preſentibus eſt appenſum.

---

[1] Um's Jahr 1316, vergl. Urk. vom 24. Februar 1315 und 8. September 1316.)

Urk. 244.

Die Ritter Segeband, Gevehard und Knappe Heinrich, Söhne des Ritters Diedrich von dem Berge, ſchenken dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg ihre Gerechtſame an dem Zehnten zu Reiningen (im K. Wietzendorf A.-V. Bergen), an welchen ſie dem Heinrich Redding keine Anſprüche verliehen haben. Lüneburg, 8. September 1316.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 25. Februar 1312, 24. Februar 1315 und 8. September 1316.)

Nos ſeghebandus et gheuehardus milites. et hinricus famulus fratres dicti de monte filij thiderici militis quondam dicti de monte pie memorie recognoſcimus per preſentes. quod cum conſenſu patruj noſtri ſeghebandj militis dicti de monte filij ſeghebandj famuli quondam dicti de monte pie memorie donauimus abbati et conuentuj ſancti michahelis in luneborg propter deum et pro remedio animarum parentum noſtrorum omne ius quod in decima. Reynedighe noſtri progenitores habuerunt et nos habemus et habere poterimus perpetuis temporibus poſſedendum. Inſuper recognoſcimus quod hinrico reddinghe nichil contulimus in decima ſupraſcripta quia predictus hinricus nichil iuris habet in eadem. pater enim ſuus predictam decimam vendidit. et nobis et noſtris patruis coram probis viris multis reſignauit. In huius facti euidenciam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum luneborg. anno domini. M̊.CC̊C.XVI. in die natiuitatis glorioſe virginis marie.

Herzſiegel „† S. ∽EGE-BANDI . DE . .....“, ebenfalls mit ſolchen Balken, wie auf der nebenſtehenden Abbildung.



Urk. 245.

Ritter Segeband, Sohn des Knappen Segeband von dem Berge, ſchenkt, mit Zuſtimmung ſeines Sohnes Segeband, dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg für den Altar Philippi und Jakobi, zu ſeinem und ſeiner verſtorbenen Gemahlinn Adelheid Seelenheile, den großen und kleinen Zehnten zu Borſtel in der Kuhle, zwiſchen Biſpingen und Hützel (im K. Biſpingen A. Winſen a. d. L.) belegen, und den vierten Theil des großen und kleinen Zehnten zu Garſtedt (im K. Salzhauſen daſ.) [1], unter der Beſtimmung, daß davon zwei Wichhimpten Weizen dem Convente zur Feier des Jahresgedächtniſſes ſeiner Gemahlinn entrichtet werden. Lüneburg, 8. September 1316.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Univerſis chriſti fidelibus preſencium literarum noſtrarum auditoribus, et inſpectoribus vniuerſis, Ego Seghebandus miles dictus de Monte, filius Seghebandj famuli dicti de Monte felicis recordacionis, recognoſco, tenore ipſarum publice proteſtando, quod bona voluntate et ratihabicione, filij mej Seghebandj et omnium heredum meorum legitimorum, dedj. Decimam in Borſtoldhe, ſitam inter villam bischopinghe, et villam hudzele, majorem et minutam, et quartam partem decime in villa, Gerſtedhe, majorem et minutam, cum omni iure quo ego,

[1]) Vergl. Urk. vom 18. November 1317.

et mei progenitores poſſederunt, abbati et Conuentuj Eccleſie ſanctj Mychaelis in luneborgh pro anime mee remedio et vxoris mee adelheydis pie Memorie, et parentum meorum omnium ſub hac forma, quod predicte decime, ad altare ſanctorum apoſtolorum philippj et Jacobj perpetuo pertinebunt, abbas vero predicte Eccleſie ſancti Mychaelis in luneborch, idem altare committet vnj de ſuis confratribus ſecundum meam peticionem et heredum meorum legitimorum qui miſſam ibidem celebrabit, cum poteſt, et quando legitimum non habuerit impedimentum, ille pro ſuis laboribus fructus predictarum decimarum percipiet Sed dabit inde duos quadrantes ſiue wichemptos ſiliginis annis ſingulis, abbati, et dominis prefate Eccleſie, pro quibus anniuerſarius predicte vxoris mee, adelheydis, pie memorie peragetur, vt igitur hoc firmum, et inviolabile perſeueretur, preſens ſcriptum ſigillj mej, ac ſigillo patruj mej, Seghebandi militis de Monte dedj munimine roboratum, Datum luneborgh, anno domini M CCC XVI, in Natiuitate glorioſe virginis Marie.

Herzſiegel wie die Abbildung unter Urk. 244 an zweiter und das Siegel an erſter Stelle.

Urk. 246.

Knappe Anno von Blankenburg (von Campe) der Droſt [1]) übergiebt dem Ritter Georg (von Hitzacker) genannt Lange die Hälfte des Zehnten zu Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne). Bodenteich, 1. November 1316.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 18. Juli 1309, 13. Auguſt 1318 und 28. Juli 1319.)

Uniuerſis litteras viſuris vel audituris Nos Anna famulus dictus drohſtete cupimus eſſe notum quod cum conſenſu et voluntate noſtrorum amicorum et heredum damus domino Georgio militj dicto longo dimidietatem decime in bodendhorpe cum omnibus Juribus ac pertinencijs ſicut ad nos ſpectat et ſi Indiget ipſi plenam warandiam preſtabimus et conſuetam In cuius rej teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum Datum in bodendike anno dominj M CCC XVI in feſto omnium ſanctorum.



[1]) Vergl. Steffens Geſch. des Hauſes der Herren v. Campe.

Urk. 247.

Junker Otto von Braunſchweig und Lüneburg verpfändet dem Abte Thomas und dem Convente des Kloſters St. Michaelis auf der Veſte Lüneburg die Hälfte des großen und kleinen Zehnten zu Hanſtedt (Kirchd. im A. Winſen a. d. L.). 22. Februar 1317.

(Nach dem Copialbuche № 3 F. L des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

DEi gratia. Nos Otto domicellus de brunſwic et luneborg. Recognoſcimus publice per preſentes. Quod honorabili viro domino Thome. abbati. totique conuentui ſancti michaelis in caſtro Luneborg dimiſimus medietatem decime noſtre in honſtete tam maioris. quam minute. cum omni iure et attinentiis. quibus eam poſſedimus hactenus libere et quiete pro ducentis marcis hamburgenſium denariorum. tali forma. Quod ſi infra hinc et feſtum beati iacobi proxime futurum dictas ducentas marcas eis non ſoluerimus extunc fructus medietatis dicte decime. tam maioris. quam minute cum aliis attinentiis tollent donec prefatam ſummam denariorum. ipſis integre perſoluerimus. et complete. In quibus fructibus medietatis dicte decime ſi medio tempore a quoquam impediti fuerint ſeu aliqualiter moleſtati. ipſos indempnes reddemus dictum impedimentum tollendo. aut alia bona equiualencia eis obligando. In cuius rei teſtimonium. preſentem eis literam dedimus noſtri ſigilli munimine roboratam. Datum preſentibus fidelibus noſtris. Ottone magno. Segebando de Wittorpe militibus. et Wedekindo de eylenſtede noſtro notario. anno domini. M°.CCC° XVII°. Kathedra Petri.

Urk. 248.

Knappe Everhard. Sohn des Ritters Alexander von Ödeme. verkauft dem Abte Thomas und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg einen Hof zu Rettmer (im K. Embſen A. Lüne) mit der Vogtei. welchen er dem Abte als ſeinem Lehnsherrn reſignirt hat. 26. März 1317.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck deduction etc. Beilage № 53. — Vergl. Urk. vom 21. October 1314.)

Univerſis chriſti fidelibus preſencia viſuris ſeu audituris, Ego euerhardus de odem famulus, filius alexandrj Militis de odem. bone memorie, cupio fore notum, qvod conſenſu et ratihabjcione filij mej euerhardj, et vxoris mee elizabet necnon omnium heredum meorum legitimorum. vendjdj domino thome abbatj, et conuentuj eccleſie ſanctj Mychaelis jn Luneborgh. in villa Retmere vnam curiam, pro, centum, et, XVII, Marcis, denariorum hamburgenſium, cum aduocacja et omnj jure, quo, ego et mej progenitores, jpſam poſſedimus ab antiqvo, quam, ad manus predictj dominj mej thome abbatjs reſignauj, quia predictam curiam, ab ipſo tenuj in pheodo, perpetujs temporibus poſſidendam, Sj vero qvod abſit, dictam empcionem aliquid contradictionjs jmpediret. jnfra annum et diem, hoc cum primum requiſitus fuero, poſt reuolucionem duorum menſium, tollam, et ab omnj jmpedimento, ipſos, reddam liberos et jndempnes, et hoc ego. et filjus meus euerhardus, et ego Johannes ſcacco, fide data promiſimus, domino Thome abbatj, wernero priorj. gherlaco de hamerſen, ejuſdem eccleſie monachjs, Godfrido de odem Militj. seghebando de monte. wernero de medinghe, famuljs, quod omnja premiſſa debent jnujolabiliter obſeruarj. Teſtes ſunt, wernerus de Medjghe. Otto magnus, seghebandus de wjttorp, Mjlites, gherhardus Kint, gheuehardus magnus, famulj, et alij qvam plures fide djgnj. Datum, anno, dominj, M,CCC,XVII, vjgilja palmarum.

Erſtes Sieget abgefallen. Herzſieget: „† S' JOHANNIS SCAKO“ mit einer Lilie (wie unter Urk. 199).

Urk. 249.

Ritter Konrad von Eſtorf verkauft dem Abte Thomas und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg einen Zins von 18 Scheffel Weizen aus Rindorf. Schätzendorf (beide im K. Egeſtorf) und Ollſen (im K. Hanſtedt, ſämmtlich im A. Winſen a. d. L.). 2. April 1317.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 23. Juli 1319.)

Uniuerſis chriſti fidelibus preſencia viſuris ſeu audituris. Ego conradus de eſtorpe miles cupio fore notum. quod conſenſu et ratihabicione filiorum meorum. ſcilicet Manegoldi. Ludolphi. Conradi. necnon omnium heredum meorum legitimorum. vendidi domino Thome abbati. et conuentuj eccleſie ſancti Michaelis in luneborg. xviij. modios ſiliginis quorum ſex ſunt in villa Nendorpe. et ſex in uilla ſcecendorpe. et ſex in uilla Olnezen pro xv. marcis denariorum luneburgenſium eo iure quo ego et mei progenitores ipſos poſſedimus ab antiquo perpetuis temporibus poſſidendos. Si vero quod abſit dictam emptionem aliquid contradictionis prepediret infra annum et diem hoc cum primum requiſitus fuero poſt reuolucionem duorum menſium tollam et ab omni impedimento ipſos reddam liberos et indempnes. et hoc ego et filij mej ſupraſcripti. nec non ludolphus de eſtorpe. Godfridus de odem milites. Scacko et hinricus ſcacko famuli et fratres. fide data promiſimus. Domino Thome abbati. wernero priori. Gerlaco de hamerſen eiuſdem eccleſie monachis. Seghebando de monte wernero de medighe famulis. quod omnia premiſſa debent inuiolabiliter obſeruarj. Teſtes ſunt wernerus de medighe. Otto magnus milites. Gherardus kint. Gheuehardus magnus famuli. et alij quam plures fide digni. Datum anno domini. M.CCC.XVII. in die ſancti vrbani epiſcopi et martyris.

Hersſiegel „† S' CONRA.. + o MILITIS o DE ....“, mit einer Lilie; die übrigen drei Siegel abgefallen.

Urk. 250.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß die Schack dem Abte Thomas und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg eine Salzrente aus der Saline daſelbſt verkauft haben. Lüneburg, 20. April 1317.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Lvneborg. Nycolaus de Molendino. Gerbertus magiſtri putei. Bertoldus longus. volcmarus de sacco. Hinricus de Lubeke. Johannes wedd. Johannes abbenborch. Hinricus de Parchem. Hermannus Hoch. Thidericus Burmeſter. Eylemannus de selden. Nicolaus Garlop. Innotefcimus preſentibus et poſteris, preſencium per tenorem. Quod, scacko. et Henricus scacko. quondam Domini scackonis militis. filii. pie memorie. et Johannes scacko. patruus ipſorum. famuli. accedente conſilio et pleno conſenſu, omnium legitimorum heredum suorum, vendiderunt, venerabili uiro, domino Thome. abbati, et ſuo Conuentui, Monaſterii sancti Michahelis in Lvneborg, Decem et octo. Maſſas salis, que dicuntur. sus. quas habebant alternis annis, infra aſſumptionem, et Natiuitatem beate Marie virginis, in salina Lvneborg. in domo Bunthſinge. videlicet, sus in sartagine que vocatur wechpanne. sex. Et Duodecim sus. in sartagine dicta Gunchpanne. ad dextram manum, cum itur in ipſam domum, sitis, iure hereditario libere perpetuo poſſidendas. In Cuius contractus noticiam. et euidens teſtimonium, preſens scriptum exinde confectum. noſtre Ciuitatis sigillo fecimus communirj. Datum Lvneborg. Anno Domini. Milleſimo. Trecenteſimo septimo decimo. feria quarta proxima poſt dominicam, Miſericordia Domini.

Siegel abgefallen.

Urk. 251, 252.

Propſt Chriſtian, Priorinn Ermengard und der Convent zu Medingen verpflichten ſich, für 60 Mark

Pfennige [1]), welche Abt Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg ihnen geſchenkt hat, alljährlich zwei Pſalter zu des Abtes Thomas, ſeiner Eltern und Verwandten Seelenheile zu leſen. Medingen, 20. September 1317.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Dei gratia. Criſtianus prepoſitus. Ermegardis. Prioriſſa. Totusque Conuentus Monaſterij, in Medinge. Notum eſſe cupimus, vniuerſis chriſti fidelibus, preſentia viſuris, ſiue audituris. Quod venerabilis dominus Thomas, Abbas, Monaſterii sancti Michaelis in Lvneborgh. Contulit nobis, et noſtre Eccleſie, sexaginta Marcas denariorum. Cum quibus emimus redditus Trium marcarum Cum dimidia. annuatim, in duabus domibus, in Bodendorpe. et in vna domo in villa Berſcampe. perpetuo. Pro quibus Redditibus, noſter Conuentus. annis, duo leget, pſalteria, ſingulis, pro animabus, patris, et matris, dicti domini Thomae, abbatis. et parentum suorum necnon, et pro salute anime sue, et omnium fidelium defunctorum. vnum, ſcilicet pſalterium, in HEbdomada beati Michahelis, et alterum in commemoratione omnium animarum. Vt autem hec, tam a nobis, quam a noſtris. succeſſoribus inuiolabiliter obſeruarj contingat, preſens scriptum, exinde confectum. noſtris Sigillis, in cuidens teſtimonium duximus roborandum. Datum Medinge Anno Domini. M.CC.C.XVII. In vigilia ſancti Mathei apoſtoli et Evangeliſte.

Zwei länglich runde Siegel 1) „S. PREPOSITI CRISTIANI IN MEDIG", einen Mann mit erhobener Linken vor dem Haupte einer Frau, darunter einen Knieenden; 2) „† SIGILL. ECCLESIE . BAR . . . . RIE . IN . MEDINGE . ", eine ſitzende Madonna enthaltend.

[1]) Sie haben dafür 3½ Mark Renten aus zwei Häuſern in Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne) und einem Hauſe in Barscamp (Kirchd. im A. Bleckede) angekauft.

Urk. 253.

Knappe Segeband von dem Berge, Sohn des verſtorbenen Ritters Johann, ſchenkt mit Einwilligung ſeiner Mutter Mechtild, dem Abte Thomas und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg, zum Seelenheile ſeines Bruders Johann, eine Mark Rente aus ſeinem Hofe Scharnehop (im K. Wendhauſen A. Medingen) unter Vorbehalt der Einlöſung für 10 Mark. 11. November 1317.

(Nach dem Copialbuche № 3 F. lvij f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

EGo Segebandus. famulus. filius iohannis de monte militis. pie memorie. tenore litterarum preſentium recognoſco. Quod conſenſu et ratihabitione mechildis matris mee dilecte. et omnium heredum meorum legitimorum. dedi. domino Thome abbati. et conuentui ſancti michaelis in luneborg. unius marce redditus. in uilla ſcarnehop. in bonis meis in quibus nunc ſedet flauus nomine thidericus. pro remedio fratris mej Johannis felicis recordationis tollendos annis ſingulis. Sub hac forma. quod quando predictis. domino Thome abbati. et conuentui dedero. x. marcas hamburgencium denariorum. predicti redditus ad me. et ad meos heredes libere reuertentur. vt igitur hec donatio firma. et inuiolabilis permaneat preſens ſcriptum ſigilli mei munimine roboraui. Teſtes ſunt gotfridus de odem. Segebandus pincerna. milites. Gerhardus kint. Segebandus. Geuehardus fratres filii heinrici de monte. militis. bone memorie. Et quam plures alii fide digni. Datum anno domini. M.CC.C.XVII. In die beati martinj epiſcopj.

Urk. 254.

Ritter Otto und ſein Oheim Knappe Detlef von Schwerin verkaufen dem Abte Thomas und dem

Convente zu St. Michaelis in Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Garſtedt (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.). Lüneburg, 18. November 1317.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 8. September 1316. 25. November 1317 und 25. April 1321.)

Nos. Ottho. dictus de zwerin. miles. et Dethleuus, patruus eius, famulus. Innoteſcimus, preſentibus, et poſteris, preſencium per tenorem. Quod nos, maturo de conſilio, et pleno conſenſu, omnium legitimorum heredum noſtrorum, vendidimus, venerabili viro, domino Thome, abbati, et suo Conventuj, Monaſterii sancti Michahelis, in Lvneborgh. mediam partem decime, ville Gerſtede. pro Centum. et Quadraginta. marcis Luneburgenſium denariorum, cum omnibus iuribus, et fructibus, Maioris, et minute, decime, ſicut a retroactis temporibus, noſtra, et noſtrorum, exſtitit progenitorum, perpetuo libere poſſidendam. feodum autem dicte decime, ad manus dicti Monaſterii reſeruamus et tam diu reſeruabimus, quouſque, dominus abbas qui fuerit pro tempore, et Conuentus, monaſterii predicti, sibi poſſint proprietatem huius decime comparare, Qua obtenta, nichil, nobis, et noſtris heredibus, penitus juris obtinebimus in eadem. In Cuius noſtre venditionis teſtimonium, noſtrorum appenſione sigillorum, necnon et appenſione sigillorum, domini Heynrici de zwerin, et domini Gheuehardi de Monte, Militum, preſentem fecimus literam roborarj. Datum Luneborgh. Anno Dominj. M.CCC.XVII. In Octaua sancti Martini Epiſcopi.



Herzſiegel „† S. . . TLE . . . . . IN“ mit einem ähnlichen, kleinern Pferde über drei Planken.

Herzſiegel „† SIGILLVM . . . . RICI . DE ZVER . . mit einem gezügelten ſchreitenden Pferde (vergl. Abbildung des Siegels unter Urk. 307).

Herzſiegel „† S' GHEVEHARDI MILITIS DE MONTE“ mit den bekannten drei Balken.

Urk. 255.

Mechtild, Witwe des Ritters Johann von dem Berge, verkauft dem Abte Thomas und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg eine Geldrente aus einem Hofe in Gienau (im K. Dahlenburg A. Bleckede) auf Wiederkauf. 18. November 1317.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 8. Februar 1321.)

Chriſti fidelibus vniuerſis ego mechtildis relicta iohannis de monte militis pie memorie notum eſſe cupio. quod voluntate beniuola et conſenſu ſegebandj filij mej dilecti et omnium heredum ſuorum legitimorum vendidj domino Thome abbati et conuentuj ſancti michaelis in luneborg. xx. ſolidorum redditus denariorum luneburgenſium in villa chinowe in curia in qua nunc ſedet flauus wernerus nomine magiſter ciuium in feſto beati michaelis tollendos annis ſingulis ſub hac forma quod quando a me uel a filio meo ſeghebando ſeu ab heredibus ſuis

legitimis predictis domino abbati et conuentuj. XIII. marce luneburgenſium denariorum date fuerint predicti redditus ad nos et ad noſtros heredes legitimos reuertentur. ego igitur ſeghebandus venditionem preſcriptam matris mee dilecte ratam et gratam habeo in cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli mej munimine roborauj. Teſtes ſunt godfridus de odem. ſeghebandus pincerna milites. Gherhardus kint. Seghebandus. Gheuehardus fratres filij heyricj de monte militis bone memorie et quam plures alij fide dignj. Datum anno domini M.CC̊C.XVII̊. In octaua beati martinj epiſcopi.

Herzſiegel „† SZEGHE.BAND DE . BERGHIN“ mit den in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken (vergl. Abbildung des Siegels unter Urk. 212).

Urk. 256.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ſchenkt dem Bürger Albert von der Möhlen zu Lüneburg das Obereigenthum über die Zehnten zu Aßbauſen (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. L.), welche ſeine Vaſallen, die Gebrüder von Doren, demſelben verkauft haben. Lüneburg, 19. November 1317.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 23. October. 21. November 1317 und 16. Februar 1321.)

Nos. Ottho, Dei gratia. Dux. de Brunſwich. et Lvneborg. Tenore preſentium recognoſcimus et publice proteſtamur. quod nos, de ratihabitione, et pleno conſenſu, omnium legitimorum heredum noſtrorum donauimus, et in hiis ſcriptis donamus, honeſto viro, Alberto, de Molendino, Burgenſi noſtro in Lvneborg, et suis iuſtis et veris heredibus, proprietatem Decime, Maioris, ſcilicet et minute. in Aſſleueſhuſen, cum omnibus iuribus et fructibus et pertinenciis ſuis, quam, dominus Johannes sacerdos, Dethardus, et Gherardus, milites, et fratres, de Doren, eidem Alberto, et ſuis heredibus, vendiderunt, et a nobis in feodo tenuerunt, iure hereditario perpetualiter poſſidendam, et ad faciendam sanc et dimittendam, quicquid dicto Alberto et ſuis heredibus placet et expedit, cum eadem, nichil nobis, juris, et noſtris heredibus, reſeruantes, penitus in decima prenotata. In Cuius noſtre donationis teſtimonium, appenſione noſtri sigilli, preſentem fecimus literam roborarj. Datum Lvneborg. Anno dominj. M.CC̊C.XVII̊. Elizabeth vidue.

Großes rundes „S' OTTONIS DVCIS . DE BRV . . . IC . T . DE . LVNEBORCH.“ mit dem ſchreitenden Löwen, durchgebrochen.

Urk. 257. 258.

Die Gebrüder Gerhard und Dethard von Doren reſigniren dem Herzoge Otto von Braunſchweig und Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Aßbauſen (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. L.) zu Gunſten des Bürgers Albert von der Möhlen zu Lüneburg, welchem ſie denſelben verkauft haben. Schnega, 21. November 1317.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 23. October. 19. November 1317 und 16. Februar 1321.)

Illuſtri principi ac honeſto domino domino ſuo, Oth. ducj de brunſwich et luneborch, G, et Deth, fratres, dicti. de doren Seruicium beniuolum et paratum Dominationi veſtre preſentibus cupimus eſſe notum quot nos honeſto viro alberto dicto de Molendino vendidimus decimam videlicet maiorem et minutam Aſſleueſhuſen cum omni Jure et libertate ſicut de manu veſtra tenuimus eam et poſſedimus vſque in hodiernum diem, quam vobis ad manus

prememoratj Albertj dicti de molendino ciui in luneborch prefentibus refignamus Datum Sneghe anno domini M CCC XVII in die columbani confeſſoris et epiſcopi.

Herzſiegel „† S. DETHARDI. DE . DOREN", mit einem Rabe, wie das neben-ſtehende Siegel.

Urk. 259.

Ritter Otto von Schwerin bezeugt, daß das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg von der Summe, für welche er dem Abte Thomas und dem Convente die Hälfte des Zehnten zu Garſtedt (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.) verkaufte, mehre namhafte Poſten bezahlt hat. 25. November 1317.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 18. November 1317.)

Ego otto de ſwerin miles recognoſco preſentibus proteſtando. quod vendidj domino Thome abbatj et conventuj ſancti michaelis in luneborg dimidiam partem decime in villa Gerſtede. pro centum et quadraginta marcis. luneburgencium. denariorum et de illis denarijs perſoluerunt domini de clauſtro nomine meo et iuſſu. frederico de horne. l. marcas. Johanni ome. xxxv. marcas. Hinrico de molendino. ix. marcas. Seghebando inſtitorj. v. marcas. Domino leonj. xvi. marcas. Domino iohanni bertoldj. xv. marcas. Datum anno domini M.CCC.XVII. In die beate katherine virginis.



Urk. 260.

Johann, Vicar des Altars St. Crucis in der Kirche St. Cyriaci in Lüneburg, und ſeine Brüder Dethard und Gerhard von Doren verkaufen dem Bürger Albert von der Möhlen daſelbſt den ihnen vom Herzoge Otto von Lüneburg zu Lehn ertheilten großen und kleinen Zehnten zu Aßhauſen (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. L.). Lüneburg, 21. December 1317.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 23. October, 21. November 1317 und 8. April 1358.)

Nos Johannes perpetuus vicarius altaris sancte Crucis Eccleſie sancti Ciriaci, in Lvneborch. Dethardus. et Gherardus. germani eius, Milites. dicti de doren. Innoteſcimus preſentibus et poſteris, preſencium per tenorem. Quod nos, vniuerſis et ſingulis, noſtris legitimis heredibus, bona permittentibus et conſentientibus voluntate. vendidimus, honeſto viro, Alberto. dicto de Molendino. Ciui et burgenſi in Lvneborch, et ipſius iuſtis et veris heredibus, Decimam. videlicet, Maiorem, et minutam. in Affleueſhuſen, pro Trecentis et Triginta Marcis, Hamburgenſium denariorum, Cum omni iure et libertate, ſicut ipſam decimam de manu dominj noſtri Otthonis ducis de Luneborg incliti principis tenuimus iure feodali, et ſicut progenitores noſtri, et nos, eam, poſſedimus vſque in hodiernum diem, iure hereditario perpetualiter poſſidendam. Super quo noſtra sigilla, preſentibus in euidens teſtimonium duximus apponenda, Datum Luneborg. Anno Dominj. Milleſimo Trecenteſimo. Decimo septimo. Seuerini Epiſcopi et Confeſſoris.

Längliches rundes Siegel „.....N . DE . DOREN .....N . ECCE . Z....“, eine Madonna mit dem Kinde, darunter ein rechts gelehnter kleiner Herzſchild mit einem Rade. Herzſiegel: „† S. . . THARDI . DE . DO . . N.“ und Herzſiegel Gerhard's, wie die Abbildung unter Urk. 257, 258.

Urk. 261.

Johann, Vicar des Altars St. Crucis in der Kirche St. Cyriaci in Lüneburg, und ſeine Brüder Dethard und Gerhard von Doren ſtellen dem Albert von der Möhlen daſelbſt Gewähr in Beziehung des demſelben verkauften Zehnten zu Aßhauſen (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. L.). Lüneburg, 21. December 1317.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. von demſelben Tage.)

Nos. Johannes, perpetuus vicarius altaris sancte Crucis, Eccleſie sancti Ciriaci in Luneburg. Dethardus. et Gherardus. fratres eius. milites. dicti de doren. Preſentibus recognoſcimus teſtimonio literarum. Quod nos vna noſtris cum conpromiſſoribus, ſcilicet, Domino Lippoldo de Doren. patruo noſtro. Milite. et awnculis noſtris dilectis, domino waſmodo. Milite. et Gherardo. famulo. dictis kint. Honeſto viro. Alberto de Molendino. burgenſi in Luneborch, et ſuis heredibus, in ſolidum, fide promiſimus corporali, et hiif promittimuſ ſcriptiſ, pro warandia, Decime, in Affleueſhuſen, anno et die. quam quidem decimam ipſis perpetuo vendidimus prout ipſam debet warandia de jure et ſecundum terre conſuetudinem obſeruarj. In Cuius rei teſtimonium, predictorum noſtrorum compromiſſorum sigilla, vna noſtris cum

sigillis, apponi fecimus literam ad presentem. Datum Luneborch. Anno Dominj. M.CCC.XVII. seuerini Episcopi et Confessoris.

Königlich rundes Siegel des Johann von Doren, wie unter Urk. 260.

Zweites Siegel abgefallen.

Hersiegel Gebhard's, wie die Abbildung unter Urk. 257, 258.

Hersiegel: „† SIGILLVM LIPPOLDI DE DOREN", wie unter Urk. 212.

Städtisches Siegel abgefallen.



Urk. 262.

Bischof Nikolaus zu Verden thut kund, daß der Pfarrer Johann zu Gollern (Filial von Römstedt im A. Medingen) den seiner Kirche gehörenden halben Zehnten zu Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne) zu Gunsten des Ritters Georg von Hitzacker resignirt und dafür andere Güter von demselben erhalten hat. Lüneburg, 21. April 1318.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 1. November 1316 und 13. August 1318.)

Nos Nicolaus dei gratia verdensis ecclesie episcopus protestamur Johannem Rectorem ecclesie in Gelderden Coram nobis retulisse quod bona voluntate dimidietatem decime in bodendhorp, que dicte sue ecclesie assignata fuerat, Resignauerit, ad manus Georgij militis, de hyzzacker senioris Recipiens quedam alia bona in locum decime antedicte, que prefate sue ecclesie debent perpetuo attinere, Datum Luneborch anno domini M CCC XVIII In die parasceues nostro sub secreto.



Urk. 263.

Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg der Aeltere bekennt, daß er, soweit sich die herzogliche Vogtei über die Leute des Klosters St. Michaelis in seiner Veste Lüneburg erstreckt, er deshalb mit den Holzungen des Klosters nichts zu schaffen hat, und Denjenigen, welchen er etwa solche Vogteien verpfändet, keine Gerechtsame mehr habe verleihen können, als er selbst besitzt. Lüneburg, 29. Juni 1318.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Pfeffinger Hiſt. I 817. Büderbeck Debuct. Beil. M. 68 und Liebhaber gründl. Ausführung S. 138.)

Nos Otto dei gratia dux ſenior de Brunſwich et Luneborch tenore preſencium recognoſcimus lucide proteſtantes. qvod vbi ſuper homines Monaſterij ſancti Michaelis in Caſtro noſtro Luneborch. Progenitores noſtri et Nos aduocaciam habuimus et habemus ibi in, ac cum lignis, ſeu ſiluis eiuſdem Monaſterij ratione aduocacie nichil omnino habemus agendum. Eciam ſi dictam aduocaciam obligavimus aliqvibus. illis non conceſſimus uel dedimus maius jus, ſeu ampliorem, quam nos habuimus poteſtatem. Datum Luneborch ipſo die beatorum apoſtolorum petri et pauli noſtro ſub Sigillo. Anno domini M CCC XVIII preſentibus fidelibus noſtris Conrado de Boldenſen et Pard.˜ de kneysbeke militibus et wedekindo noſtro notario et quam pluribus alijs fide dignis.

Vom großen runden Siegel des Herzogs Otto ein Theil anhängend.

Urk. 264.

Ritter Georg von Hitzacker der Lange verkauft dem Abte Thomas und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg die Hälfte des großen und kleinen Zehnten zu Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne). 13. Auguſt 1318.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Pfeffinger Hiſt. II 604. — Vergl. Urk. vom 21. April 1318.)

Omnibus chriſti fidelibus. Ego georgius longus miles dictus de hidzackere, notum eſſe cupio preſentibus et poſteris preſentium per tenorem. quod maturo de conſilio et pleno conſenſu omnium legitimorum heredum meorum, vendidj venerabili Viro domino Thome abbati totique conventuj monaſterij ſancti Michaelis in luneborg. mediam partem decime in villa bodendorpe pro. LXX. et. V. marcis. hamburgenſium denariorum cum omnibus iuribus et fructibus maioris et minute decime, ſicut a retroactis temporibus, mea et meorum exſtitit progenitorum perpetuo poſſidendam, proprietatem autem predicte medietatis decime ad manus dicti monaſterij reſeruo, et tam diu reſeruare debeo, quouſque predicti, Dominus abbas qui fuerit pro tempore, et conuentus monaſterij predicti. sibi poſſunt proprietatem huius decime comparare. qua obtenta nihil michi et meis heredibus obtinebo iuris penitus in eadem, In cuius vendicionis mee teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli mej munimine roborauj, Nos etiam junior georgius longus miles, Manegoldus, Jordanus, fratres dicti de hidzackere filij preſcriptj georgij longj militis predictam venditionem, per patrem noſtrum kariſſimum factam. gratam et ratam habemus. et in noſtre ratificationis teſtimonium ſigilla noſtra apponj fecimus huic ſcripto, Inſuper iſta vna cum patre noſtro, ad manus ſepe dicti abbatis et conventus promiſimus, data fide, Gotfrido de odem militj. Gherardo kynt, Gheuehardo de monte famulis, Domino bertolto. Domino Johanni bertoldj. Domino ottoni de daltorpe, religioſis ſepedicte eccleſie, quod predicta venditio debet inviolabiliter obſervarj, Teſtes ſunt ſeghebandus de wittorpe miles, thidericus de monte filius thidericj de monte pie memorie, Nycolaus dictus bere, famulj. et alij quam plures fide dignj, Datum anno domini. M.CCC.XVIII. In die beati ypolitj martiris et ſociorum eius.

Erſtes Siegel abgefallen; Herzſiegel „... GEORGII DE HEIDSA ...“ mit einem aufrechten Löwen (vergl. Abbildung des Siegels unter Urk. 193); vom dritten Siegel die Platte abgefallen; verletztes Herzſiegel des Jordan von Hitzacker mit einem aufrechten Löwen.

Urk. 265.

Konrad von Heimwide, Domherr zu Verden und Archidiakon zu Bevenſen, beſtätigt einen Tauſch zwiſchen dem Pfarrer zu Gollern (im A. Medingen) und deſſen Patrone Ritter Georg (von Hitzacker) dem Langen in Betreff des halben Zehnten zu Bohndorf gegen andere Güter in Gollern. 13. Auguſt 1318.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 21. April 1318.)

Uniuerſis chriſti fidelibus preſentia viſuris ſeu audituris. Nos dej gratia Conradus de heymwide verdenſis eccleſie canonicus. ac archydiaconus in beuenhuſen tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtando, quod Dominus Johannes plebanus eccleſie in golderden nobis expoſuit, quod mediam partem decime in villa bodendorpe maioris et minute, ad redditus dicte eccleſie ſue pertinentem dimiſiſſet Georgio longo militj ſuo patrono, et alios redditus in predicta uilla golderden, videlicet quatuor bona que ſoluunt quatuor quadrantes ſiliginis et ſex ſolidos denariorum ſingulis annis recepiſſet titulo permutationis et quos meliores et ſue eccleſie prefate vtiliores ſuper ſua conſcientia affirmabat. Nos igitur ad petitiones iuſtas et rationabiles predicti, Johannis plebanj ſepedicte Eccleſie in golderden dictam permutacionem licentiamus, et ipſam in nomine dominj confirmamus. In cuius rej euidenciam ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini. M.CCC.XVIII. In die beatj ypolitj martiris et ſociorum eius.

Länglich rundes „S' CONRADI ARCHEDIACONI IN BEVENHVSEN" in grünem Wachſe, eine ſitzende, gekrönte Madonna mit dem Kinde, darunter ein Knieender, von Sternen umgeben.

Urk. 266.

Ritter Gottfried von Thune verkauft dem Abte Thomas und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg einen Hof zu Varëcamp (Kirchd. im A. Bleckede) nebſt Vogtei. Lüneburg. 4. April 1319.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Deduction etc. Beilage № 27. Sammlung ungedr. Urk. I, III S. 15. — Vergl. Urk. vom 15. Juni 1322.)

Criſti fidelibus preſentem literam inſpecturis ſeu audituris, vniuerſis, Ego Gotfridus Miles dictus de Tune ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus, Ne rationabiliter geſta poſt lapſum temporis euaneſcant, ſcripturarum ſerie et proborum virorum teſtimonio roborantur, Hinc eſt, quod ſcire cupio, tam preſentis quam futurj temporis vniuerſos, quod de maturo conſilio et pleno conſenſu fratris mej Ottonis Militis dictj eciam de Tune, et omnium heredum meorum legitimorum, vendidj honorabilibus, viris, et dominis, Thome abbatj. Totiqve conventuj Monaſterij ſanctj Michahelis in Luneburg vnam Curiam in berſcampe, primam videlicet ad dextram manum ſitam, dum a blekedhen ipſa villa intratur, cum aduocacia et omnj jure, qvo ad me hactenus pertinuit. pro LXX. Marcis luneburgenſium denariorum. iure hereditario perpetuo poſſidendam. Ego inſuper Otto miles predictus, hanc vendicionem ratam et gratam habeo, et omnia premiſſa, vna cum fratre meo Gotfrido prenotato, ambo ad manus predicte Eccleſie ſanctj Michahelis, data fide, dominis, Johanni dicto bertoldj, et Antonio eiuſdem eccleſie religioſis, ac gotfrido de Odem Militj. Ottonj de Melbeke, famulo promiſimus inviolabiliter obſervare. In cuius euidenciam pleniorem, hanc literam, sigillis, meo, fratrisque mej predictj, roborauj, Teſtes vero huius ſunt hij, Hinricus de Zuerin. antonjus de Zarenhuſen Milites, et Gherardus dictus kint. wernerus de Medinegbe, Gheuehardus de Monte, famulj, Datum luneburg, Anno dominj. M.CCC.XIX. In die beatj Ambroſij confeſſoris.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 267.

Graf Junker Johann von Hoya ſchenkt, mit Zuſtimmung ſeines Bruders Gerhard, dem Knappen Hildemar von Ödeme das Lehnrecht und ſonſtige Gerechtſame über Ländereien vor Lüneburg, und belehnt denſelben mit einem Hofe in „Suder Eylbeke“ [1]). 29. Mai 1319.

(Nach dem Copialbuche № 6 S. 32 f. № 42 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 268 vom 29. Mai 1319.)

Nos domicellus Johannes dei gratia Comes in hoya ad vniuerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam preſencium tenore cupimus peruenire. quod nos cum conſenſu dilecti fratris noſtri Gherardi Comitis. Honeſto et fideli noſtro famulo hyldemaro de odem et legitimis heredibus eiuſdem propter grata obſequia que nobis exhibuit et exhibere poterit jus pheudale quod habuimus in agris ſeu particulis terre ſitis in campo ante luneborch et omne jus quod nobis in eiſdem agris et campis competere poterit liberaliter donamus et dimittimus quiete et pacifice perpetuo poſſidendum Idem vero hildemarus et ſuj heredes Curiam in ſuder Eylbeke recipient jure pheudali In cuius donationis robur et perpetuam firmitatem preſentes literas Sigilli noſtri munimine duximus roborandas Datum anno dominj M CCC XIX° feria tertia in ebdomeda feſti pentecoſtes.

---

[1]) Oſterehlbeck und Weſterehlbeck liegen im K. Amelinghauſen A. Winſen a. d. L.

Urk. 268.

Graf Gerhard von Hoya ſchenkt, mit Zuſtimmung ſeines Bruders Johann, dem Hildemar von Ödeme das Lehnrecht über Aecker vor Lüneburg und einen Hof in „Suderelbeke.“ 29. Mai 1319.

(Nach dem Copialbuche № 2 Fol. lxxxvij[b] des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 267 vom 29. Mai 1319.)

Nos Gherardus dei gratia Comes de Hoya, ad vniuerſorum tam preſentium quam futurorum noticiam tenore preſentium cupimus peruenire Quod nos cum conſenſu Dilectj fratris noſtri Domicelli Johannis, Honeſto et fideli noſtro famulo hildemaro de Odem, et ligittimis heredibus eiuſdem propter grata obſequia que nobis exhibuit, et exhibere poterit, Jus pheodale, quod habemus in agris ſeu particulis terre ſitis in Campis ante Ciuitatem Luneborch, et omne Jus quod Nobis in eiſdem agris et campis competere poterit liberaliter donamus et dimittimus quiete et pacifice, perpetue poſſidendum, Idem vero Hildemarus et ſui heredes Curiam in ſuderelbeke a nobis recipient Jure pheodali. In cuius donationis robur et perpetuam firmitatem preſentes literas, Sigillj noſtri munimine duximus roborandas Datum anno domini Milleſimo, Trecenteſimo decimo nono feria tertia In ebdomade feſti penthecoſtes.

Urk. 269.

Die Gebrüder Manegold, Ludolf und Konrad von Eſtorf verkaufen dem Abte Thomas und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg einen dem Kloſter zuvor ſchon pflichtigen Hof in Ollſen (im K. Hanſtedt A. Winſen a. d. L.). Lüneburg, 23. Juni 1319.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck Deduction etc. Beilage № 44. — Vergl. Urk. vom 2. April 1317.)

Nos Manegoldus. Ludolphus. et Conradus. famuli. fratres de Eſtorpe Recognoſcimus in hijs scriptis. et publice proteſtamur. Quod nos parili conſilio. et conſenſu omnium heredum noſtrorum legitimorum vendidimus Honorabili viro. domino Abbati Thome. Totique Conventuj Eccleſie ſancti Michaelis in Lvneborg Curiam noſtram ſitam in villa Ollenſen. Cum Juſta

proprietate et vera libertate. Cum aduocacia, et omnibus attinencijs. Pratis. paſchuis. agris. Campis. ſiluis. nemoribus. et Cum omnj Jure. quo. nos. a noſtris progenitoribus habuimus. pro vigintj et Octo Marcis Lvneborgenſibus Jure hereditario perpetuis temporibus poſſidendam. In qua Eciam Curia. Idem Abbas et suus conuentus. antea dimidium wichemtonem ſiliginis. cum quatuor ſolidis denariorum. annis ſingulis habuerunt. Nobis et noſtris heredibus nihil juris in Ipſa Curia vel domo de Cetero penitus reſeruantes. Et pro warandia et proprietate huius Curie ſtabimus. ſicut de jure debet propriorum bonorum warandia obſervari. Si eciam Ipſe Conuentus aliquot obſtaculum vel impedimentum tempore noſtre warandie in dicta Curia habuerit. hoc totum, poſtqvam ab Ipſo conuentu moniti aut requiſitj fuerimus infra vnum Menſem tenebimur diſbrigare. Qvod si. quod abſit. quicquam predictorum non fecerimus nec seruauerimus. Extunc. nos vna noſtris cum Compromiſſoribus. scilicet domino Eckehardo de Eſtorpe. et domino Jeorgio longo. Militibus. Manegoldo et Henrico. fratribus. filiis patruj noſtri. dominj Lvdolphi de Eſtorpe. pie memorie. Ciuitatem Lvneburg intrabimus. nec Ipſi nec nos jnde egreſſuri. niſi prius Ipſi domino abbatj. et suo conuentuj de dampnis et impedimentis per nos fuerit satisfactum. Quod. huic domino Abbatj. domino wernero Priorj. domino Reynero Cuſtodi. Totiqve predicte Eccleſie conuentuj in solidum fide promiſimus corporali. Et ad maiorem Euidenciam Eorum sigilla. noſtris cum sigillis preſentibus duximus literis apponenda. Datum Lvneborch. Anno dominj. M.CCC.XIX. In vigilia beatj Johannis Baptiſte.

An erſter, dritter, vierter und ſechster Stelle vier Herzſiegel, jedes mit einer querliegenden Lilie (vergl. Abbildung des Siegels unter Urk. 111). Die Siegel an zweiter, fünfter und ſiebenter Stelle abgefallen.

Urk. 270.

Droſt Jordan belehnt das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg mit dem halben Zehnten zu Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne). 28. Juli 1319.

(Nach dem Copialbuche № 3 Fol. cj des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 18. Juli 1309, 1. November 1316 und 13. Auguſt 1318.)

Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia uiſuris ſeu audituris. Ego Jordanus miles dapifer ſenior. notum eſſe cupio. Quod fredericus puſteke cum ſuis fratribus et ipſorum progenitores dimidietatem decime in Bodendorpe dudum a me et a meis progenitoribus iure poſſederant pheodali. Cum igitur dictum Jus pheodi ſit ad me ſolum et ad meos heredes legitimos deuolutum. Ego conſenſu et ratihabitione omnium heredum legitimorum meorum prefatum ius propter deum et ad inſtancias proborum uirorum contuli abbati et conuentui monaſterii ſancti michaelis in Luneborg perpetuis temporibus poſſidendum. Vt igitur hec mea donatio propter ſalutem anime mee et parentum meorum rationabiliter facta firma perſeueret et inuiolabilis ſigillum meum coram pluribus clericis et laicis militibus et famulis fide dignis preſentibus eſt appenſum. Datum anno dominice Incarnationis. M°.CCC°.XIX°.. V kalendas auguſti.

Urk. 270a.

Diedrich Ghor und ſeine Mutter Eliſabeth reſigniren dem Herzoge Otto von Braunſchweig und Lüneburg das Patronatrecht über einen Altar in der Kirche St. Cyriaci [1]) in Lüneburg für ihren Todesfall zu Gunſten ihrer etwaigen leiblichen Nachkommen. Lüneburg, 21. December 1319.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei H. Sudendorf Urkundenb. zur Geſch. d. Herz. von Braunſchweig und Lüneburg I 184.)

1) Vergl. Urk. 76 vom 29. Juni 1259.

Ego Thydericus dictus Ghyr. et Mater mea domina Elyzabeth kariſſima. Recognoſcimus in hijs Scriptis, Quod nos cum bona voluntate, Illuſtri Principi Domino noſtro Ottonj Ducj in Lvneburg, et Suis heredibus, reſignauimus poſt mortem noſtram, Juſ patronatus altaris noſtri, Sitj in porticu Eccleſie Sanctj Ciriaci in Lvneburg in hunc modum. Quod Si Ego Thidericus predictus Pueros Siue Juſtos heredes habuero vel procreauero. hij. Scilicet heredes mej, Ipſum Juſ patronatus, altaris predictj, perſonaliter reſeruabunt, In Cuius reſignacionis Teſtimonium, Sigillum meum preſentibus eſt appenſum, Datum Lvneborch, anno dominj. M.CC.C.XIX. In die beatj. Thome apoſtoli Glorioſi.

Urk. 271.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg der Jüngere thut kund, daß der Prieſter Chriſtian von Volterſen vor ihm die Mühle am Waſſer Ödeme, welche derſelbe von Everhard von Ödeme gekauft [1]), und dem Abte Thomas und deſſen Convente zu Lüneburg geſchenkt hat, dem Mönche Reyner zu Händen des Kloſters reſignirt hat. Lüneburg, 21. Januar 1320.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Deduction etc. Beilage N. 43. — Vergl. die Urk. vom 15. Juni 1309, 12. März 1310 und 17. Auguſt 1314.)

Nos Dej Gratia Otto Domicellus De brunſwic et de Luneborgh Recognoſcimus per preſentes quod veniens ad preſenciam noſtram Criſtianus ſacerdos Dictus de bolterſen fatebatur ſe dediſſe vnum molendinum, ſitum ſuper aquam, Odeme, Domino Thome abbati et ſuo conuentuj in Luneborgh jure perpetuo poſſidendum, qvod ipſe eodem jure emerat ab euerhardo de Odeme ſicud ipſe ſuis poteſt Literis approbare, et jdem molendinum ad manus dictorum abbatis et conventus coram nobis Reynero predicte eccleſie monacho reſignauit, In cuius donacionis et reſignacionjs euidenciam preſens ſcriptum appenſione noſtri Sigillj iuſſimus roborari. preſentes fuerunt willehelmus frater noſter dilectus, Johan Crughel, Otto magnus, wernerus magnus, seghebandus de wittorpe, Milites, wedekindus noſter prothonotarius, et quam plures alij fide dignj ... Datum Luneborgh anno dominj. M.CC.C.XX. In die beate agnetis virginis et martiris ..

Rundes „† S'. OT. DOMICELLI . DE LVNB' ET BRVNSW" mit dem Löwenkopfe.

[1]) S. Urk. vom 15. Juni 1309.

Urk. 272.

Abt Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg ſchenkt den Gebrüdern Albert und Alverich von Reinſtorf, welche vom Propſte Hartwig in Medingen drei Güter zu Horndorf (im K. Reinſtorf A. Lüne) gekauft haben, das Obereigenthum über dieſelben zu Gunſten des Propſtes Chriſtian und des Convents in Medingen, welche dafür eine Meſſe zu leſen ſich verpflichtet haben. 17. März 1320.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 704 in der Königl. Bibliothek zu Hannover.)

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis Amen. nos Dei gratia Thomas Abbas Monaſterii Sancti Michaelis in Luneborgh Chriſti fidelibus preſentium litterarum noſtrarum auditoribus et inſpectoribus uniuerſis Salutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Ne rationabiliter geſto poſt lapſum temporis evaneſcant ſcripturarum ſerie ac proborum virorum teſtimonio roborantur Hinc eſt quod Chriſti fideles tam preſentis quam futuri temporis ſcire cupimus univerſos quod Dominus Hardwicus quondam prepoſitus in Medinghe pie memorie emit tria bona in villa Horendorp ab Alberto et Alverico fratribus dictis de Reynſtorp que ipſi et ipſorum progenitores a nobis et a noſtra eccleſia in pheodo tenuerunt Nos igitur propter

Deum et amicitiam ſpecialem quam ad dominum Criſtianum nunc in Medinghe prepoſitum et ſuum Conventum gerimus ipſis proprietatem dictorum trium bonorum donamus et donavimus Prioris et Conventus noſtri conſenſu perpetuis temporibus poſſidendam. In recompenſam huius donationis predictus Dominus Prepoſitus prioriſſa totuſque Conventus ancillarum Chriſti in Medinghen pro ſe et ſuis ſucceſſoribus in memoriam et pro ſalute animarum omnium dominorum Abbatum et fratrum ſuorum Monachorum in Monaſterio Luneborgh defunctorum in jeiunio infra dominicas quibus cantatur Invocavit et Reminiſcere ad cantandas in Veſpera vigilias et in mane Miſſam pro defunctis ſollempniter ſe annis ſingulis obligarunt. Nos igitur Wernerus Prior totuſque Conventus Eccleſie preſcripte in Luneborgh hanc piam donacionem ratam et inconvulſam ſervari Cupimus In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo domini noſtri Thome Abbatis preſentibus ſunt appenſa. Datum anno Domini M° CCC° XX in die Gertrudis Virginis glorioſe.

Urk. 273.

Die Knappen Werner und Hermann von Meding thun kund, daß ihre Mutter Richenze eine Rente von 2 Wichbimten Weizen aus dem untern Hofe zu Rotterf (im K. Handorf A. Winſen a. d. L.), welche ſie derſelben verkauft, dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg geſchenkt, auf 6 Jahre aber den Wiederkauf für ſie vorbehalten hat. 12. Mai 1320.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Omnibus chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit Nos wernerus et hermannus famulj dictj de Medinghe cupimus fore notum, quod vendidimus matrj noſtre kariſſime rikecen duos wichemtenes ſiliginis in uilla rottorpe in inferiorj curia pro vigintj quatuor marcis. luneburgenſium denariorum. hos vero duos wichemtones ſiliginis dedit mater noſtra eccleſie ſanctj mychaelis in luneborg perpetuo poſſidendos, talj condicione ſubſcripta, ſicut in littera eius quam ab eccleſia obtinuit plenius continetur, hanc autem gratiam donauit nobis mater noſtra dilecta quod a feſto paſche proximo tranſacto ulterius ad ſex annos ſi nobis placuerit pro eadem pecunia reemere poſſumus ab abbate et conuentu duos wichemtones antedictos, vt autem hec vendicio inconuulſa maneat et illeſa, Ego ecbertus predictorum fratrum patruus meo ſigillo preſentibus appenſo duxi verius proteſtandum, Inſuper ego wernerus et hermannus fide data promiſimus in ſolidum obſeruarj, Datum anno domini. M.CC.C.XX. In die panchratij et ſociorum eius.



Rundes „† SIGILLV . ECBERTI . DE .....G“, den Hirſch auf einem ſchräg gelehnten Schilde unter einem Helme mit 8 Fähnchen, an jeder Seite ein Zweig. (Vergl. die Abbild. des Siegels unter Urk. 189.)

Urk. 274.

Iwan von Belwe verkauft an Gerhard von Stubbendorf, Pfarrer zu Jabel (im Meklenb.-Schwer. A. Dömitz), die Mühle zu Michaelsberg [1]) nebſt Zubehör und eine Hausſtelle daſelbſt. Vrienſten, 21. October 1320.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 11. November 1320.)

Nos ywanus de belue diuerſis hanc literam viſuris ſeu Audituris notum eſſe cupimus per preſentes nos vendidiſſe ex bona voluntate et conſenſu omnium heredum noſtrorum preſentium vel futurorum Domino Gherardo plebano in Jabele. dicto de ſtuuendorp Molendinum in Mycheleſberhc, cum omnj iure et cenſu annone. et duodecim ſneſe. Anguillarum vnaquamque valens sex denarios cum precaria et quinque de duobus manſis altari villano ibidem in paſcuis et lignis et ſeſpitibus cedere poterit, cedet et ipſi Molendinario reſidenti. Super hoc si dominus Gherardus iam dictus nobis ex bona ſua voluntate et arbitrio iudicium Molendini dicti ſi quod acciderit dimiſerit, tam domini ipſi vel cuicumque ex parte ſui collatum fuerit iudicium duorum manſorum in villa Mycheleſberch et in agro ibidem dimittemus. Inſuper vnam aream vicinam doti eidem domino Gherardo vendimus cum suo pachtu in villa supradicta. Quos redditus ſimul dominus Gherardus idem. annuente domino Abbate dictorum reddituum collatore intendit apponere vicarie. Si autem prehabita, Sepedictus dominus Gherardus in abbate proſequi vel habere non poterit. tunc nos ywanus iam dictus ius feodale ad manus domini Gherardi eiuſdem vel alterius cuiuscunque vice vel iuſſu ipſius retinebimus quouſque ipſe. a collatore proprietatem merebitur obtinere, Attamen si quis vel qui quod abſit eundem dominum Gherardum in aliquo predictorum reddituum intenderint moleſtare, hoc nos ywanus predictus. dominus Thydericus dictus Man de Zwemyn et Bernardus de ſcherenbeke debemus totaliter diſbrigare, Ne autem in iſtis aliqua contrarietas eueniat. dictus dominus Thydricus Man et Bernardus de Scherenbeke promiſerunt hec rata et incontaminata ſeruari data data (*sic*) fide, Huius vero rei teſtes ſunt Dominus Henninghus. et dominus Nycolaus fratres Milites dicti de Redekeſtorp. et Henninghus Man. Dominus Johannes de Bercowe et Dominus wichmannus plebanus in ſtuuendorp. Dominus Thydericus de Carbow. Dominus Nycolaus plebanus in Mycheleſberch cum vniuerſitate Ciuium ibidem, et hynricus de Cregen. In cuius rei euidens teſtimonium. Dominus Thydericus Man. et ywanus de belwe et bernardus de ſcherenbeke sua sigilla digna duxerunt apponenda. Datum Vrienſten. Anno domini M CC̊C XX̊ In die. XI milium virginum.



Drittes Siegel abgefallen.

[1]) S. Note 1 zu Urk. 36.

Urk. 275.

Bernhard von Scharnebeck reſignirt dem Abte Thomas zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg die Mühle und eine Hausſtelle zu Michaelsberg [1]), welche Iwan von Belwe dem Gerhard von Stubbendorf, Pfarrer zu Jabel, verkauft hat [2]). Stubbendorf, 11. November 1320.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 21. October 1320.)

Honorabili Domino suo. Thome abbati Monaſterij ſancti Michaelis in caſtro Luneborch. Bernardus de ſcherenbeke reuerencie et obſequij quantum poteſt. Ad inſtanciam. ywanis. de below morantis in villa Michelesberhc quod a vobis hucuſque poſſedi in feodo et adhuc poſſideo, admiſi et conſenſi. quod idem ywanus vendidit. domino gerhardo plebano in jabele dicto de ſtuuendorp preſencium exhibitori. Molendinum et vnam aream doti vicinam cum pactu et omni iure in villa de predicta et quia propria in perſona hac vice propter ſtatum terre contrarium vof viſitare non valeo dictum ius feodale de ſolo Molendino et area ſupradicta vobis reſigno litera in preſenti. veſtre reuerencie intyme ſupplicans et attente. quatenus eidem domino gerhardo proprietatem ſepedicti molendini et aree memorate mee peticionis et obſequij inſtantia diuineque remuneracionis intuitu porrigere ſtudeatis: Nam idem dominus gerhardus pactum eiuſdem molendini et aree in eccleſia beati nycolai in ſtuuendorp indubitanter intendit apponere vicarie que vobis et ueſtris ſucceſſoribus porrigenda ſugiter perſeueret: Ne igitur in hoc aliquid oriatur dubium. Sigillum meum et prefati ywani de below preſentibus eſt appenſum. Datum ſtuuendorp. anno domini M.CCC XX In die beati martini epiſcopi.



Siegel wie die Abbildung unter Urkunde 274 an zweiter Stelle.

[1]) S. Note 1 zu Urk. 36.

[2]) Der Pfarrer beabſichtige die Pacht aus der Mühle und Hausſtelle der Vicarie St. Nikolai zu Stubbendorf beizulegen, welche vom Abte verliehen wird.

Urk. 276.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Eliſabeth nebſt ihrem Sohne Diedrich zum Seelenheile ihres verſtorbenen Mannes Heinrich Ghyr dem von demſelben dotirten Altare Allerheiligen in der Kirche St. Cyriaci [1]) zu Lüneburg einen halben Wiſpel Salzgut geſchenkt hat. Lüneburg, 21. December 1320.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

[1]) Vergl. Urk. 76 vom 29. Juni 1259.

Nos Conſules Ciuitatis Lyneborch. Albertus de molendino. Nycolaus Schilſten. Volcmarus de sacco. Bertoldus longus. Hermannus de arena. Heyno de lubeke. Hinricus de Parchem. Hermannus cum Cyna. Hermannus Hoth. Nycolaus Garlop. Eylemannus de Selden. Hartwicus de Salina. Innoteſcimus preſentibus et poſteris preſencium per tenorem. Quod domina Elizabeth, quondam Hinrici, dicti. Gir. felicis recordationis, famuli. relicta. et Thidricus filius eius. famulus. vnanimi conſilio et conſenſu, omnium legitimorum heredum ſuorum, pro ſalute anime dicti Hinrici, et pro ſalute animarum ſuarum, et omnium progenitorum ſuorum, pro ſalute animarum (*sic*), donauerunt Dimidium Chorum ſalis, quolibet flumine, in Salina Lyneborg. in domo Benninge. in sartagine que vocatur wechpanne. ſita. manum ad dextram cum itur in ipſam domum. ad altare Omnium Sanctorum, per ipſos, in portico Eccleſie Sanctj Ciriaci, in antiqua Ciuitate, dotatum, perpetualiter libere pertinendam. In cuius donationis noticiam et euidens teſtimonium, preſens Scriptum exinde confectum, noſtre Ciuitatis Sigillo iuſſimus et fecimus inſignirj. Datum Lyneborch. Anno Dominj Milleſimo Trecenteſimo. viceſimo. Silueſtri Confeſſoris.

Großes rundes Siegel der Stadt Lüneburg.

Urk. 277.

Knappe Ulrich Mul verkauft mit Zuſtimmung ſeines Bruders Johann, Scholaſters zu Lübeck, dem Bürger Albert von der Möhlen zu Lüneburg einen Hof und die Mühle zu Aßhauſen (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. L.) nebſt Vogtei. Lüneburg. 16. Februar 1321.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 8. April 1358.)

Notum sit vniuerſis et singulis chriſti fidelibus, preſens scriptum viſuris siue audituris. Quod Ego vlricus. dictus Mul. famulus. de conſilio et conſenſu, fratris mei. domini Johannis. lubicenſis Eccleſie scolaſtici, ac ceterorum amicorum et heredum meorum, vendidi. honeſto viro. Alberto de molendino, burgenſi in Lyneborg. Et ipſius legitimis heredibus, vnam Curiam. et molendinum. in villa Aſleuehuſen. in quibus moratur ad preſens Henricus, cum omnibus ſuis attinentiis, Cvm proprietate, Cvm aduocatia, maiori et minori. in Collum. et manum. et cum omnibus iuribus, ſicut hec bona ad progenitores meos, et ad me, a retroactis temporibus libere pertinebant. que quidem Curia. et molendinum. ſoluunt, annuatim. Tres wichemptones ſiliginis vnum porcum. de Octo ſolidis. Quatuor plauſtra lignorum. pro Quadraginta marcis denariorum Lyneborgenſium, iure hereditario, perpetualiter poſſidenda. vt igitur predictus contractus, in suo permaneat vigore. nec a quoquam in futurum infringi, aut reuocari queat Ego vlricus prenotatus. Et Nos Hinricus Greuingh. Et Seghebandus de Odem. famuli fidem ſuper eo in ſolidum preſtitimus corporalem. Ed ad maiorem rei euidentiam et firmum teſtimonium. Ego. et Nos Johannes germanus ipſius, dicte Solaſticus (*sic*) Eccleſie. Hinricus. et Seghebandus. predicti. Noſtra sigilla, preſentibus duximus literis apponenda. Datum Lyneborgh. Anno Dominj. Milleſimo. Trecenteſimo. viceſimo. Primo Juliane virginis et Martiris.

Vier Siegel abgefallen. Davon zwei Herzſiegel anhängend: „† S' VLRICI ... MOVL" und „....NIS ....", jedes quer getheilt, die oberſte Hälfte gegittert mit Punkten, in dem untern Felde zwei rechts gekehrte, verzierte Balken (vergl. die Abbildung des Siegels unter Urk. 202).

Urk. 278.

Die Gebrüder Johann, Scholaſter zu Lübeck, und Ulrich von Mul verkaufen dem Abte Werner, den Herren Johann und Volquin und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ihr Haus zu Garſtedt (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.). 14. März 1321.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Notum sit vniuerſis et singulis christi fidelibus preſens scriptum viſuris siue audituris Quod Nos Johannes scolaſticus Lvbicenſis et Olricus, fratres. dicti de Mul. parili conſilio et conſenſu omnium heredum noſtrorum Legitimorum vendidimus honorabilibus dominis. videlicet. Domino wernero Abbatj. Domino Johannj. et Domino volquino. Totique Conventuj. Monaſterij sancti Mychaelis in Lvneborg Domum. siue Cvriam noſtram. sitam in villa Gherſtede. Cum omnibus suis attinencijs. Cum Juſta proprietate. et vera libertate. et Cum omnj Jure. Quo nos habuimus, pro Triginta et octo Marcis Luneborgenſibus perpetuis temporibus libere poſſidendam. Nobis. et noſtris heredibus. nihil Juris in dicta Curia de cetero penitus reſeruantes. Et nos. vna noſtris cum Compromiſſoribus. scilicet. Hinrico. Greuingh dicto. et Everhardo de Odem Juniorj. pro warandia ſtabimus, sicut de jure debet propriorum bonorum warandia obſeruari. Et pro omnj impedimento. quod Eiſdem dominis, jn dictis bonis ex parte noſtri infra diem et annum euenire poterit fidem in solidum preſtitimus corporalem. Si autem Ipſi. obſtaculum aliquod habuerint. proinde nos, cum noſtris Eiſdem compromiſſoribus. simul ciuitatem Lvneborg intrabimus infra vnum menſem poſtquam nobis notificatum fuerit, Inde nequaquam egreſſuri. niſi sit cum fauore et licencia Eorundem. In Cuius rei Teſtimonium. nos fratres. et nos Compromiſſores predictj. omnium noſtrorum sigilla preſentibus duximus Literis apponenda. Datum anno domini. M.CC.C.XXI. Sabbato. ante dominicam Reminiſcere.

Erſtes, zweites und viertes Siegel abgefallen. An dritter Stelle Herzſiegel „† S' HENRICI .. GREVINGHI" mit einem Bären (wie unter Urk. 221).

Urk. 279.

Die Gebrüder Gevehard und Heinrich von dem Berge verkaufen dem Abte Werner, Prior Johann und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg ihren Antheil am großen und kleinen Zehnten zu Garſtedt (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.). 25. April 1321.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 8. September 1316 18. und 25. November 1317.)

Nos Gheuehardus. Miles. et Henricus famulus. fratres dicti de Monte. Recognoſcimus preſentium Teſtimonio Literarum. Quod Nos parili conſilio, et conſenſu Patruelium noſtrorum. Scilicet. Werneri. Thyderici. et Manegoldi. Ceterorumque heredum noſtrorum. Quorum intereſt, aut intereſſe poterit in futurum ratihabicione, rite et rationabiliter vendidimus honorabilibus dominis. videlicet Domino wernero. Abbatj. et domino Johannj Priorj. Totique Conuentuj Monaſterij Sancti Mychaelis in Lvneborg Omnem Partem noſtram Decime Maioris et Minute, in Gherſtede. Cum omnj Jure, Quo. Nos habuimus, pro Quinque et sexaginta Marcis denariorum. perpetuis temporibus libere poſſidendam. Nobis. et noſtris heredibus. nichil juris in Ea .. de cetero reſeruantes. Sed pheodum. tantum Super Integram partem, quam. in hac decima vendidimus. ad manus Eorundem dominorum reſeruabimus, Qvouſque. Ipſi. hoc. nos jufferint reſignare. Extunc. vt exnunc. Nos wernerus. Thydericus. et Manegoldus. predicti. Cum Eiſdem et pro Eiſdem Patruelibus noſtris. scilicet. domino Gheuehardo et henrico pro warandia ſtabimus, sicut de jure debet talium bonorum warandia obſeruari. Et pro omnj Impedimento. quod dicto Conuentuj in hijs bonis euenire poterit. Omnes et ſinguli. in solidum promiſimus. et in hijs Scriptis fide compromittimus corporali. Quod si aliquis. Eundem conuentum. in dicta decima aggrauauerit. Nos. infra Quindenam, poſtquam nobis notificatum fuerit. hoc. diſbrigabimus. aut semoto omnj dubio Ciuitatem Lvneborg intrabimus ad iacendum. Inde nequaquam egreſſuri, niſi cum predictorum dominorum sit fauore vel amicicia speciali. In Cuius vendicionis Signum, et Juſte ac firme Compromiſſionis Teſtimonium. Omnium noſtro-

rum predictorum sigilla presentibus literis sunt appensa. Datum Anno dominj Millesimo. Trecentesimo xxprimo die Sabbatj in Ebdomada festi Pasche.

Siegel an erſter, dritter und vierter Stelle abgefallen. An zweiter und fünfter Stelle zwei Herzſiegel: „† S. ... RICI DE MONTE“ und „S' MANEGOLDI DE MONTE“, jedes mit vier in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken (vergl. Abbildung des Siegels unter Urk. 212).

Urk. 280.

Knappe Albert Dyſe verkauft dem Abte Werner und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg das Eigenthumsrecht über zwei Pfannen in der Saline daſelbſt. Lüneburg, 10. Mai 1321.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Notum sit vniuersis et singulis christi fidelibus, presens scriptum, visuris siue audituris. Quod Ego albertus. famulus. dictus Dyse. vnanimi consilio et consensu, omnium legitimorum heredum meorum vendidi Reuerendo in christo viro domino wernero abbati. et Conuentui suo. Monasterii sancti Michahelis in luneborg. ordinis sancti Benedicti. Duarum Sartaginum Dominia. in salina Lvneborg. quarum vna iacet, in inferiori domo Berdinge. ad manum dextram, cum itur in ipsam domum. et vocatur Gunchpanne. Et duo plaustra salis, cum vno Rump. quolibet mense in ipsa, sartagine. de quibus duobus plaustris salis. et vno Rump. exeunt, annuatim, septem marce denariorum, cum dimidia. iure censuali. altera vero sartago iacet in Domo Ecbertinge. ad sinistram manum, in introitu ipsius domus, et vocatur wechpanne. que est ab omni censu libera. iure hereditario, perpetuo libere possidenda. In Cuius venditionis noticiam et plenum testimonium, meum duxi sigillum. presentibus litteris apponendum. Datum Lvneborch. Anno Dominj. M.CCC. vicesimo. Primo. Dominica Jubilate.

Siegel abgefallen.

Urk. 281.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Knappe Albert Dyſe dem Abte Werner und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg das Eigenthumsrecht über zwei Pfannen in der Saline daſelbſt verkauft hat. Lüneburg, 10. Mai 1321.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 10. Mai 1321.)

Nos Consules Ciuitatis Lvneborgh. Gerbertus magistri putei. Albertus de Molendino. Johannes abbenborg. volcmarus de sacco. Hinricus de lubeke. Hinricus de Parchem. Hermannus Hoth. Thidericus Thodo. Hermannus cum Cvna. Nicolaus Garlop. Johannes longus. Hartwicus de salina. Innotescimus, presentibus, et posteris, presencium per tenorem. Quod Albertus dictus Dyse. famulus. vniuersis et singulis heredibus ipsius consentientibus et permittentibus voluntate, vendidit, venerabili viro. Domino wernero abbati, et suo Conuentuj, Monasterii sancti Michahelis in Lvneborgh, ordinis sancti Benedicti. Dominia, Duarum sartaginum in salina Lvneborgh. videlicet, vnius sartaginis dominium. in inferiori domo. Berdinge. iacentis, ad manum dextram in introitu ipsius domus. dicte. Gunchpanne. et Duo plaustra salis. cum vno Rump. quolibet mense, in eadem sartagine, de quibus quidem plaustris et vno Rump. annis singulis, exeunt septem marce denariorum. cum dimidia. iure censuali. Et Dominium. sartaginis, dicte wechpanne. site, ad manum sinistram. in Domo Ecberttinge. cum itur in ipsam domum, ab omni censu liberum, iure hereditario, libere, perpetuo possidenda. In Cuius contractus noticiam, et euidens testimonium, presens scriptum. Exinde confectum, nostre Ciuitatis sigillo iussimus et fecimus insignirj. Datum Lvneborgh. Anno Dominj. Millesimo. Trecentesimo vicesimo. primo. Dominica Jubilate.

Siegel abgefallen.

Urk. 282.

Abt Werner, Prior Johann und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg bezeugen, dem Canonicus Nikolaus Bertholdi in Bardowiek ihre große Wieſe zu Bardowiek und alle ihre Hausſtellen daſelbſt, eine ausgenommen, verkauft zu haben. 1. Auguſt 1321.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Schlöpken Beſchreibung von Bardowiek S. 267.)

In nomine domini amen. Chriſti fidelibus preſencium literarum noſtrarum auditoribus et inſpectoribus vniuerſis. Nos dej gratia wernerus abbas. Johannes prior Totusque Conuentus monaſterij sancti Mychaeljs in Luneborgh, salutem in domino ſempiternam. Ne rationabiliter geſta poſt lapſum temporis euaneſcant, ſcripturarum ſerie, ac proborum virorum teſtimonio roborantur. Hinc eſt, quod tam preſentis, quam futuri temporis ſerie cupimus univerſos nos vnanimj conſenſu et bona voluntate, propter ineuitabilem eccleſie noſtre neceſſitatem, Diſcreto viro domino nicolao bertoldj, bardevicenſis eccleſie canonico, magnum pratum noſtrum in villa Bardewic, et omnes areas noſtras, quas ibidem habuimus. area. in qua dominus bertramus moratur duntaxat, excepta, cum omnj jure proprietate et libertate, qua nos hactenus predicta omnia poſſedimus, jure hereditario vendidiſſe, jta, quod ipſe cum dictis bonis, tam jn vita quam in morte, quicquid ej placet, poterit ordinare. Hanc jgitur rationabilem vendicionem ratam ſeruarj cupimus, quod sigillorum noſtrorum appenſionibus publice proteſtamur. Datum anno domini, M,C,C,C,XXI, In die beatj petrj ad vincula.

Längliſch rundes Siegel des Abts Werner.

Urk. 283.

Segeband und Gevehard, Söhne Heinrich's von dem Berge, verkaufen dem Abte Werner, Prior Johann, Otto von Daldorf und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg einen Geldzins aus dem Hofe des Bauermeiſters in Gienau (im K. Dahlenburg A. Bleckede). 9. October 1321.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 18. November 1317.)

Nos Seghebandus et Gheuehardus. filij dominj Henrici de Monte. pie memorie. Recognoſcimus preſentium Teſtimonio Literarum. Quod Nos parili conſilio et conſenſu Omnium

heredum noſtrorum quorum intereſt, aut intereſſe poterit. vendidimus. honorabili viro. Domino wernero Abbati. Domino Johanni Priori. et Domino Ottonj de Daldorpe Totique Conuentuj Monaſterij ſancti Mychaelis in Lyneborg. sex ſolidos Cenſuales. ſingulis annis debito tempore tollendos in villa Ghynowe. in Curia Magiſtri Ciuium. Cum tali Jure, quod. nos. a noſtris progenitoribus habuimus. pro Quinque marcis, abſque quatuor solidis. perpetuis temporibus libere poſſidendos. Et si Idem dominus Abbas. vel Conuentus predictus, aliquo modo infra diem et annum, in dicto Cenſu impeditus fuerit. hoc. poſtquam nobis notificatum fuerit. Infra primum Menſem tenebimur diſbrigare. Quod huic domino .. abbatj. Totique Conuentuj promiſimus, et fide corporali promittimus in hijs scriptis. In Cuius rei Teſtimonium, preſentem literam noſtris sigillis dedimus inſignitam. Datum Anno dominj. M.CCC.XX primo. In die beatorum Martirum Dyoniſij et sociorum eius.

Herzſiegel: „†. S. GHEVEHARDI . DE . . . . . “ mit drei in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken (vergl. die Abbildung unter Urk. 212).

Urk. 284.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg und ſeine Söhne Otto und Wilhelm verkaufen auf Wiederkauf an Dethard von Wuſtrow zwei Fuder Salzgut in der Saline Lüneburg, welche derſelbe dem Bürger Johann Düvel in Lüneburg mit ihrer Bewilligung überlaſſen hat. Lüneburg, 3. December 1321.

(Nach dem Copialbuche „H 4 S. 64 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos dei gratia Otto et nos Otto et wilhelmus filii eius domicelli duces de brunſwich et de luneborg notum eſſe cupimus vniuerſis chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſiue audituris Quod de communi conſilio et conſenſu omnium heredum noſtrorum dimiſimus fideli viro Dethardo de wûſtrowe duo plauſtra Salis quolibet flumine in Saliua Luneborg videlicet dimidium chorum In tota domo ſcarthuſen in quatuor Sartaginibus ibidem poſitis et dimidium plauſtrum In tota domo Bomninghe in quatuor ſartaginibus inibi ſitis Que quidem duo plauſtra ſalis dictus dethardus de noſtra ſingulari licentia dimiſit Johanni dicto douel noſtro Ciui in luneborg et ipſius iuſtis et veris heredibus pro ducentis marcis denariorum luneborgenſium quibus fauorabiliter concedimus poteſtatem dicta duo plauſtra ſalis alteri ſi voluerint vendendi et obligandi pro ducentis marcis dictorum denariorum Ita ſiquidem vt quicunque hec duo plauſtra ſalis exnunc et in futurum in ſua tenuerit poſſeſſione. ab illo nos et noſtri heredes pro ducentis marcis denariorum Ipſa poterimus liberare In premiſſorum notitiam et euidens teſtimonium preſens ſcriptum exinde confectum noſtrorum appenſione Sigillorum fecimus inſignirj Datum luneborg Anno domini M CCC XXI feria quinta proxima poſt dominicam Ad te leuaui.

Urk. 285.

Vogt Ludolf zu Lüneburg ermittelt, auf Bitten des Abtes Werner zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einerſeits und der Slaven im Dorfe „Rammelhorn“ andererſeits, mit Bewilligung des Herzogs Otto von Lüneburg und ſeiner Söhne Otto und Wilhelm, in einem Holzgerichte, unter Beiſtand der Holzgenoſſen, die Schnede zwiſchen der Curie Grünhagen (im K. Bienenbüttel Kl.-A. St. Michaelis) und dem Dorfe „Rammelhorn“, und ſtellt dieſelben feſt. 17. Januar 1322.

(Nach dem Copialbuche M 6 S. 25 f. M 57 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Ego Ludolphus aduocatus in luneborg omnibus quibus preſens ſcriptum exhibitum fuerit cupio fore notum quod rogatus a venerabili domino wernero abbate Monaſterii ſancti michaelis ordinis beati Benedicti in caſtro luneborg parte vna et a flauis ville dicte Rammelhorn parte ex altera vna cum eodem domino abbate et alijs fide dignis vnanimj de conſenſu et pari conſilio incliti et illuſtris principis dominj mei domini ottonis et dilectorum filiorum ſuorum ottonis et wilhelmi ducum in luneborg equitauj inter curiam gronenhagen et predictam villam Rammelhorne vias et viarum diviſiones ſiue terminos qui ſneden wlgariter nominantur Prefato igitur domino abbate et flauis antedicte ville ſibi inuicem concordantibus habito eciam judicio quod dicitur holthinch cum conſilio et voluntate eorum qui holtnothen dicuntur poſuimus terminos ſiue metas In ſignum recognitionis et teſtimonij quod ſcilicet in tali iudicio coram dictis holtnothen premiſſe diuiſiones ſiue terminj qui ſneden dicuntur ſunt inventi et confirmati quod ita vlterius debeant perpetuis temporibus obſervari, vt autem iſtud factum firmum et ratum permaneat In huius teſtimonium ſigillum aduocatie eſt appenſum Datum anno dominj M CCC XXII° dominica qua cantatur Omnis terra.

Urk. 286.

Dechant Nikolaus und das Capitel zu St. Petri in Bardowiek vergleichen ſich mit dem Abte Werner und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg über eine, dem Altare aller Heiligen in ihrer Kirche zu Bardowiek geſchenkte Hausſtelle, von welcher dem Kloſter St. Michaelis ein Jahreszins entrichtet werden ſoll. 25. Januar 1322.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 390 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Dei gratia nos Nicolaus decanus Totumque Capitulum Eccleſie beati Petri in Bardewigk Recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtando quod diſcordia inter nos ex vna et honorabiles viros dominum Wernerum Abbatem et conuentum ordinis ſancti Benedicti In caſtro Luneborgh parte ex altera ſuper quadam area altari omnium Sanctorum in noſtra Eccleſia Bardewigenſi per Dominum Heynricum Greuingk thezaurarium ipſius Eccleſie Conſtructo et duabus Vicariis dotata aſſignata dudum hinc et inde verſa per diſcretos viros dominum Ludolphum prepoſitum de Medinghe Olricum de Ilten Odrauen ibidem profeſſos electos et ſecundum utriusque partis arbitrium conſtitutos eſt in hunc modum pacifice reformata Ita quod Vicarii quicunque dicto altari preſunt vel prefuerint tempore ſucceſſiuo Octo ſolidos Luneborgenſium denariorum perpetui cenſus infra octauam Beati michaelis karitatori dictorum dominorum annis ſingulis erogabunt Etiam quicunque ipſorum vicariorum ad predicti altaris officium fuerit mancipatus A domino Abbate et karitatore predictis debet ipſam aream acceptare In Teſtimonium premiſſorum Sigillum noſtre Eccleſie preſentibus eſt appenſum Datum Anno domini M° CCC° XXII° octauo kalendas februarii hoc eſt ipſo die conuerſionis ſancti pauli apoſtoli et eccleſie Luminis glorioſi.

Urk. 287.

Knappe Albert Dyſe verkauft dem Knappen Otto von Melbeck und deſſen Sohne Anton, in der Burg Lüneburg, den großen und kleinen Zehnten zu Glüſingen (im K. Beetzendorf A. Medingen), wovon die Hälfte erſt nach dem Tode ſeiner Schweſter Margarete anfallen wird. 18. März 1322.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 177 vom 22. September 1301.)

EGo Albertus dictus dyſe. famulus. in hac litera publice profiteor et proteſtor. Quod Ego. cum bona voluntate et conſenſu omnium heredum meorum legitimorum Quorum intereſt aut in futurum intereſſe poterit, Rite et Racionabiliter vendidi Ottoni de Melbeke. famulo. et filio eius Domino Antonio, viro Religioſo in Caſtro Lyneborg. meam Integram decimam in Gluſinghen Maiorem et minutam. Cum omnj Jure. Quo Ego habeo. et Quo. mihi. poſt Obitum ſororis mee Margarete fieri poteſt. perpetuis temporibus poſſidendam. Eo modo. Quod Ipſi .. de huius Decime dimidietate se ſtatim intromittant et debito tempore colligant suis vſibus siue tollant. De secunda vero hujus decime dimidietate. Quovſque. Margareta soror mea predicta mortua sit exſpectabunt. Qua. defuncta. hec. Integra decima. Cum omnj Jure et fructu, Quo. ad me pertinet, vel ad meos heredes pertinere dinoſcitur ab Ottone, et ad dominum Antonium. predictos. perpetualiter permanenda. libere retranſibit. Sed solus Idem dominus Antonius. abſque conſilio et conſenſu Eiuſdem patris sui Ottonis. cum hac decima quando sibi ipſi placuerit faciet et dimittet. Michi. et omnibus meis heredibus nichil Juris in Ea. de cetero penitus reſeruando. Si vero aliquis, Eoſdem .. in hac decima grauauerit. vel aliquod impedimentum Ipſis intulerit. hoc ſtatim dum Mihi notificatum fuerit, sub mee promiſſo fidei teneor diſbrigare. Pro hijs vero omnibus predictis, Integrum obſeruandis. Ego seghebandus. famulus. filius dominj Henrici de Monte. pie memorie. Cum Ipſo et pro Ipſo Alberto. huic domino Antonio. et ad manus suas. patri suo Ottonj. Ceterisque fratribus suis. in solidum fidem preſtiti Corporalem. Et ad maiorem. omnium predictorum, et mee compromiſſionis cautelam. sigillum meum. vna Cum Eiuſdem alberti sigillo preſentibus eſt impenſum. Datum Anno domini. M.CCC.XX secundo. In ieiunio. feria Quinta ante Letare.



Urk. 288.

Knappe Schack von Lüneburg der Aeltere verkauft dem Ritter Otto von Schwerin ſein Haus oder Curie zu Quarrendorf (im K. Hanſtedt A. Winſen a. d. L.). 24. März 1322.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 6. Januar 1324.)

Ego Schacko, senior de Lyneborg. famulus. in hac Litera publice profiteor et proteſtor. Quod Ego. cum bona voluntate et conſilio fratrum meorum. Henrici videlicet. et

Johannis. Ceterorumque heredum meorum conſenſu. Rite et rationabiliter vendidi honorabili et strenuo Militj. Domino Ottonj de Zwerin, et suis Juſtis heredibus. domum. siue Curiam meam. In Qua. Luderus quondam villicus meus morabatur in Querendorpe. pro vigintj Marcis denariorum. Jure hereditario perpetuis temporibus Cum omnj Jure. Quo. Ego. a meis progenitoribus poſſedi libere poſſidendam. Michi. et omnibus meis heredibus nichil Juris in hac Curia de cetero penitus reſeruando. Et pro warandia hujus Curie. et pro omnj Impedimento quod sibi ex parte mej in Ea. euenire poterit. Ego schacko predictus et frater meus henricus. huic domino Ottonj et suis heredibus. fidem in solidum preſtitimus corporalem. et ad maiorem hujus rei cautelam. Ego henricus Jam dictus. sigillum meum. vna cum Eiuſdem fratris mej Schackonis sigillo. duxj literis preſentibus apponendum. Datum Anno domini. M.CC.C.XX ſecundo In vigilia annunciationis beate Marie virginis glorioſe.

Zwei verletzte Herzſiegel, jedes mit einer quer liegenden Lilie, wovon die Spitze des erſtern links, des zweiten rechts geſtellt iſt (vergl. daſſelbe Siegel unter Urk. 299.)

Urk. 289.

Ritter Gottfried von Ödeme und ſein Sohn Huner reſerviren ſich ihre Gerechtſame an einem Hauſe in Melbeck (im K. Embſen A. Lüne), welches Hinterſaſſe (subditus) Diedrich zu Melbeck mit ihrer Zuſtimmung an Johann und Friedrich erblich verkauft hat. 2. April 1322.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 10. April 1323 und 7. September 1333.)

Nos Gotfridus de Odem. miles. et Hunerus. famulus. filius noſter kariſſimus. Recognoſcimus in hijs scriptis et publice proteſtamur. Quod Thydericus noſter subditus in Melbeke, cum noſtra voluntate. et omnium suorum. ac noſtrorum heredum conſilio et conſenſu Curiam siue domum suam in Ipſa villa Melbeke sitam Cum omnj Jure Quo. ipſe habuit vendidit Johannj et frederico et Eorum Juſtis heredibus jure hereditario perpetuo poſſidendam. Huic Thyderico nichil juris in Ea reſeruando. Nobis autem et noſtris heredibus. Omnem iuſticiam. quam in dicta Curia antea habuimus. tam in seruicio quam in Cenſu et in omnj jure. de cetero reſeruamus. Sed Idem Thydericus .. Johanni et frederico predictis. et Eorum heredibus. pro huius Curie warandia ſtabit et promiſit sicut de iure debet talium bonorum warandia obſeruari. In Cuius rei Teſtimonium sigillum noſtrum preſentibus duximus litteris apponendum. Datum Anno domini. M.CC.C.XX ſecundo. feria ſexta ante diem Palmarum.

Siegel abgefallen.

Urk. 290.

Lüder, Segeband und Eggehard von Hanenſe verkaufen ihrem Bruder Volkold fünf Hufen und eine Kothe zu Vörie, ſechs Kothen und den fünften Theil des Zehnten zu Roloven (beide im K. Ronnenberg A. Hannover), eine Kothe zu Weetzen und eine Kothe in Benthe (beide im K. Ronnenberg A. Wennigſen). 2. Mai 1322.

(Nach dem Copialbuche № 5 Fol. CII des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nouerint vniuerſi ad quos preſens ſcriptum peruenerit quod nos Luderus miles Segebodo h egehardus h. (*sic*) famuli fratres dicti de hanenſe vendidimus fratri noſtro volcoldo quinque manſos in villa que dicitur uordeghe et vnum Cot ibidem. et quintam partem decime in uilla que dicitur rolegen et ſex cot ibidem et vnum cot in villa veſſende et vnum cot in bennete bona uoluntate et conſenſu heredum noſtrorum cum omni jure pratis et ſiluis paſcuis et omnibus pertinencijs ſuis pro CXL marcis Bremenſis argenti ſub tali forma quod predicta bona poteſt vendere dare obligare cuicunque voluerit tam in morte quam in vita et

diſponere ſecundum quod ſibi vtilius videbitur expedire Inſuper promittimus per fidem noſtram quod ipſum in predictis bonis nullatenus volumus impedire nec alicui dare vendere uel obligare nec dominis reſignare ſed in omnibus fideliter promouere Preterea ſi morte preuentus fuerit Egghardus et ſui pueri intromittent ſe de predictis bonis et habebunt in illis LXX marcas Bremenſis argenti. reliquas LXX poteſt dare pro ſua cuicunque voluerit voluntate. Nos autem Olricus miles dictus de jltene et hinricus et lambertus milites dicti de wetberghen anna de heyborg et brunigus de alten famuli fide data promittimus manu communicata ſiue in ſolidum quod uolumus ſatiſſacere pro omni defectu ſiue damno ſi quod incurrerit ex parte fratum ſiue heredum eorum. et ſi vnus fideiuſſorum mortuus fuerit. alium eque bonum in locum ſuum ponemus infra quindenam poſtquam fuerimus requiſiti. Item ſi fratres ſui uoluerint malignari contra eum poſtquam nobis hoc intimauerit recipiemus bona ad nos predicta et infra tres menſes dabimus ei pecuniam pretaxatam, Ut autem iſtud firmum ſit preſens ſcriptum noſtris ſigillis duximus roborandum Datum anno dominj Milleſimo ccc^{o}.xxij dominica qua cantatur Jubilate.

Urk. 291.

Knappe Detlef von Schwerin verkauft dem Anton von Melbeck, in der Burg zu Lüneburg, ſeinen Kamp auf der Heide (merica) beim Schloſſe Bleckede. 6. Mai 1322.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ego Thetleuus famulus dictus de Zwerin recognoſco publice in hac litera et proteſtor. Quod cum conſenſu ac bona voluntate omnium heredum et amicorum meorum Racionabiliter dimiſi ac vendidi Domino Antonio de melbeke viro religioſo in caſtro Luneborghe campum ſiue agrum meum ſitum ſupra mericam iuxta caſtrum blekede ex altera parte vie iuxta campum greuigh perpetualiter eo iure quo ego libere poſſedi et a nullo iure pheodali habui. poſſidendum. Ad faciendum plane et dimittendum quicquid Domino Antonio placuerit et expedit cum eodem. In cuius rei euidens teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum Datum Anno domini M CCC XXII In die beati Johannis ante portam Latinam.

Verletztes Herzſiegel „...TLEVI DE . Z W....“, wie unter Urk. 254.

Urk. 292.

Ritter Gottfried von Ödeme und ſein Sohn Huner verkaufen dem Abte Werner, Prior Johann und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg den großen und kleinen Zehnten über ihren Hof zu Ödeme (im K. Lüneburg A. Lüne) nebſt dem Hofe ſelbſt, und verſprechen, das Lehnrecht über den Zehnten innerhalb Jahresfriſt dem Convente zu verſchaffen. 4. Juni 1322.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt bei Schrödt vom Adel S. 476.)

Nos Gotfridus de Odem. Miles. et Hunerus filius noſter kariſſimus. famulus. preſencium Recognoſcimus Teſtimonio literarum. Quod Nos parili conſilio et conſenſu omnium heredum noſtrorum legitimorum. Quorum intereſt aut in futurum intereſſe poterit. Rite et rationabiliter vendidimus honorabilibus viris. Domino Abbati. wernero. Domino Johanni Priori. Totique Conuentui Monaſterij ſancti Mychaelis in Lvneborch. bona Quedam noſtra. videlicet. Integram Curie noſtre decimam in Odeme. maiorem et Minutam. Cum omnj Jure. Quo ad nos pertinebat. Et Eandem Curiam ſiue domum noſtram. in Jam dicta villa Odeme ſitam. cum omnibus ſuis Attinencijs. ſcilicet. Terris. Pratis. paſcuis. ſiluis. Rubetis. Agris. Cultis. et Colendis. Cum Aduocacia. et penſionibus. ſeruicijs. vijs. et jnuiis. Et plane, cum omnj Jure. Quod vſque ad hec tempora in hijs habuimus, vel habere poteramus bonis. pro Octoginta et

Centum Marcis denariorum Lvneburgenſium. Jure hereditario perpetuis temporibus libere poſſidendam. Nobis et noſtris heredibus. neque in decima. neque in Curia. neque in silua ibidem sita. que buner dicitur nichil Juris de cetero penitus reſeruantes. Sed tantum pheodum, ſiue totum Jus pheodi, ſupra predictam decimam. hinc Inde infra primum annum, dicto procurabimus et ordinabimus Conuentui. Et pro warandia tam decime quam Curie ſtabimus, et dictum Conuentum sicut Juris terre fuerit warandabimus. et sicut de Jure debet talium bonorum warandia obſeruari. Nos Igitur Gheuehardus et Gherardus. famuli. filij dominj Gherardi de Odem bone memorie . . Johannes et Gheuehardus. fratres. filij dominj Gheuehardi de Odem pie Recordacionis. et hinricus dictus Greuingh. famulus, waſmodus kynth et wernerus de Medinghen. Milites. pro predicti pheodi procuracione. pro warandia. et pro omnibus alijs predictis inuiolabiliter et integrum obſeruandis. Cum Ipſo. et pro Ipſo domino Gotfrido. ac hunero filio suo . . Huic domino wernero abbatj. domino Johanni priori. domino Reynero Theſaurario. domino Bertoldo. et ad manus Eorundem et sui Conuentus. Domino Ottonj de Thune. Militi. Thyderico dicto Eygel. Manegoldo et henrico. famulis. fratribus de Eſtorpe. fidem preſtitimus Corporalem, et in hijs scriptis fidem damus in ſolidum et in totum. Et si Idem Conuentus ab Eodem domino Gotfrido. vel a suis heredibus. aut a Quibuſlibet amicis suis. vel alienis ex parte sui. aliquam impeticionem. defectum. vel aliquod aliud impedimentum in dictis habuerit bonis. Nos vniuerſi et singuli infra primam Quindenam poſtquam nobis notificatum fuerit, Ciuitatem Lvneborg. hoc. ad diſbrigandum intrabimus. aut Ibidem manebimus, nequaquam Inde Egreſſuri. donec a Qualibet Eorundem bonorum Impeticione, et de omnj damno, dicto conuentui, in Jure vel in amicicia per nos fuerit satiſfactum. In Cuius Compromiſſionis certitudinem et Juſte vendicionis Teſtimonium. Omnium noſtrorum predictorum compromiſſorum sigilla, Cum sigillis Eiuſdem dominj Gotfridi. et filij sui huic litere sunt appenſa. Datum et actum Anno Incarnacionis dominj. Milleſimo. Trecenteſimo. secundo. feria sexta infra Octauam penthecoſtes.

Herzſiegel „* WASMODI MILITIS DICTI KINT +“, mit drei Balken, welche mit Eisenhütchen belegt ſind (vergl. Abbildung unter Urk. 212).

Herzſiegel „+ S' HENRICI GREVINGHI“ mit dem Bären (vergl. Abbild. unter Urk. 221).

Sechs Herzſiegel der von Ödeme, quer getheilt, die obere Hälfte ſchraffirt, die untere mit drei Rosen (vergl. die Urk. 302, 309).

Urk. 293.

Ritter Werner und ſeine Oheime die Gebrüder Walter, Werner, Otto und Konrad von Boldenſen ertheilen dem Convente zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg das Lehnsrecht über einen Hof zu Barscamp (Kirchd. im A. Bleckede), welchen das Kloſter vom Ritter Gottfried von Thune gekauft hat. 15. Juni 1322.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedruckt in (Bilderbeck) Sammlung ungedr. Urk. I, 1 59. — Vergl. Urk. vom 4. April 1319.)

Nos, wernerus miles, ac patruj mej Kariſſimj, walterus, wernerus, otto, et conradus, fratres, famulj, dicti de Boldenſele, chriſti fideles, preſencia viſuros ſeu audituros, ſcire cupimus, vniverſos. quod conventuj monaſterij sanctj michaelis, in caſtro Luneborgh, conſenſu et voluntate omnium heredum noſtrorum legitimorum, propter deum ac ſpecialem dilectionem ad jdem Clauſtrum diu habitam, et ob beneficium donacionis, nouem marcarum denariorum Luneborgenſium nobis fauorabiliter jmpenſum, contulimus, proprietatem et pheodum curie vnjus in berſcampe quam, jam dictus conuentus emit a domino Gotfrido mjlite dicto de Thune, et eſt poſita ad dextram manum cum primo a Blekedhe jpſa villa jntratur, eo videlicet jure quo nos et progenitores, noſtri actenus habujmus, perpetuis, temporibus libere poſſidendam, ad hanc autem donacionem piam racionabiliter in perpetuum obſeruandam, nos, et noſtros heredes preſentes et futuros, eſſe volumus, obligatos. In huius facti evidenciam sigilla noſtra preſentibus ſunt affixa. Teſtes hujus rej ſunt, seghebandus de wittorpe, Gotfridus de Odem, waſmodus kint, milites, Otto de melbeke, Gherardus kint, famulj, et alij quam plures, fide dignj, Datum anno dominj. M.CC.C.XXII. jn die beatj vitj martiris.

Erſtes Siegel abgefallen.



Herzſiegel „† S. OTTONIS . DE BOLLENSEN“ „† ‘2. CONRADI . DE BOLLENSEN“, jedes mit einem aufrechten Löwen.

Urk. 294.

Die Gebrüder Nikolaus und Johann Bere verkaufen dem Abte Werner, dem Prior Johann, dem Herrn Heinrich von der Möhlen und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen Hof in Häcklingen (im K. Embſen A. Lüne). 30. Juni 1322.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Scheidt vom Adel S. 478.)

Nos Nicolaus et Johannes famulj, fratres, dicti, Bere, Recognoſcimus in hijs ſcriptis et publice proteſtamur, quod conſilio et conſenſu omnium heredum noſtrorum legitimorum, vendidimus, honorabilibus viris, Domino wernero abbati, Domino Johannj priorj, Domino henrico de molendino, Totique conuentuj monaſterij sancti Mychaelis in caſtro Luneborgh, vnam curiam, sitam in villa, hekelinghe, cum omnibus ſuis attinencijs, et omnj jure quo nos et progenitores noſtri actenus habuimus, pro quadraginta marcis cum duabus, denariorum luneborgenſium, perpetujs temporibus libere poſſidendam, abrenunciantes eciam omnj juri quod nobis et noſtris veris heredibus competit uel in futurum competere poterit, in eadem, Nos vero, waſmodus kint, miles, Gerhardus kynt, wernerus de boldenſele, famulj, pro eiſdem, et cum eiſdem fratribus, Nicolao ſcilicet et Johanne, pro juſta Dicte Curie warandia ſtabimus,

ac pro omnj jmpedimento, quod Dicto, in hac, conuentuj, curia, euenire poterit, huic Domino abbatj, Domino priorj, Domino Reynero, Domino henrico. et ad manus conuentus eorundem fidetenus promiſimus et in hijs ſcriptis fide promittimus in ſolidum corporalj. Et ad maiorem noſtre promiſſionis, siue dicte vendicionis cautelam, sigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum anno Dominj. M.C.C.C.XXII. jn craſtino beatorum apoſtolorum petri et paulj.

Herzſiegel „† S. JOHANNIS DICTI BEREN“, dieſes, ſtatt der geſchachten, zwei ſchraffirte Balken.

Drei Siegel abgefallen.

Urk. 295.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg überläßt dem Abte in der Veſte Lüneburg ſeine Eigenbehörige Adelheid, Frau des Meiers Ludolf zu Gerdau, gegen Margarete, Frau des Meiers und ſeines Eigenbehörigen Johann zu Evern. 2. October 1322.

(Nach dem Copialbuche № 6 S. 24 № 35 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos dei gratia Otto dux de brunſwich et luneborch omnibus quorum intereſt notum eſſe volumus et conſtare quod cum conſenſu heredum noſtrorum ratione preuia alheydem vxorem villici ludolfi dicti de gherdowe quo nobis jure litonis pertinebat, ipſam cum filijs et filiabus ſuis et eorundem ſucceſſoribus dedimus et damus in hijs ſcriptis honorabili viro domino abbati in caſtro noſtro luneborch in concambium pro margareta litone ſua et ſuis heredibus vxore johannis villici et litonis noſtri in Eweringhe ad quam permutationem inviolabiliter obſeruandam nos et noſtros heredes volumus eſſe obligatos In cuius teſtimonium ſigillum aduocatie noſtre preſentibus duximus apponendum Datum anno M CCC XXII In die beati Thome epiſcopi et martiris.

Urk. 296.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Walburg, Wittwe Johann's Dicke, und ihre Söhne Johann und Albert dem Bardowieker Schatzmeiſter Heinrich Greving einen halben Wiſpel Salzgut in der Saline daſelbſt verkauft hat. Lüneburg, 18. November 1322.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Lyneborch. Gerbertus Magiſtri putej. Albertus de molendino. Bertoldus longus. Hermannus de arena. Marquardus weddeſſen. Johannes Om. Borchardus de luchowe. albertus hollo. Eylemannus Beue. Johannes viſcule. Johannes de Melbeke. Thidericus abbenborg. Recognoſcimus preſentium teſtimonio literarum Quod Domina walburgis, Relicta quondam Johannis Dicken. et filii eius. Johannes. et Albertus. vnanimj conſilio et conſenſu, omnium legitimorum heredum suorum. vendiderunt. Domino Hinrico Greuing. The-

ſaurario Eccleſie bardewicenſis. Dimidium Chorum salis, quolibet flumine, in salina Lyneburg. in domo Dencqueninge. in sartagine que vocatur wechpanne. ad manum dextram, poſita, cum itur in ipſam domum, perpetuo, iure hereditario libere poſſidendum. habens plenariam optionem. cum ipſo faciendi et dimittendi quidquid ſue fuerit voluntatis. In Cuius rei teſtimonium. noſtre Ciuitatis sigillum. preſentibus duximus litteris apponendum. Datum Luneborg. Anno Dominj. Milleſimo. Trecenteſimo viceſimo. secundo. In Octaua sanctj Martini Epiſcopi.

Auf dem Rande ſteht: Iſte dimidius chorus pertinebit perpetue ad vicariam quam dominus hynricus greuinch theſaurarius eccleſie bardewicenſis inſtaurauit in eccleſia sancti Cyriaci si domini duces volunt permittere cuius collationi habebit perpetuo dominus Prior in caſtro ſi Abbati wlt admittere.

Siegel abgefallen.

Urk. 297.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ertheilt dem Johann Müller zu Gerdau (Kirchd. im A. Bodenteich) eine zum Holting des Herzogs gehörende Hausſtelle, auf welcher ſich derſelbe ein Haus erbauen will, zu Lehen gegen einen Erbenzins von 4 Schillingen an den Herzog; den Zins und die jährliche Pacht von der Mühle ſoll er und ſeine Erben an den Abt Werner in der Veſte Lüneburg und deſſen Nachfolger entrichten. 28. December 1322.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos dej gratia, Otto dux de brunſwic et luneborg, chriſti fideles preſencia viſuros ceu audituros ſcire cupimus vniuerſos, quod de communj conſenſu omnium heredum noſtrorum, johannj molendinario in gherdowe et ſuis veris et legitimis heredibus, aream quandam ſitam iuxta eandem villam gerdowe que ad holthinc noſtrum ibidem pertinebat, in qua ſibi domum edificare voluit, jure pheodali contulimus, ſub hac forma, quod omnibus ſue vite temporibus, ſingulis annis, in feſto ſancti Mychaelis, dabit nobis et noſtris heredibus quatuor ſolidos luneborgenſium denariorum, in ſignum recognicionis, quod huiuſmodi locum ſiue aream a nobis in pheodo recepit poſſidendam, Inſuper cenſum et annuam penſionem quam tenetur dare de molendino, domino wernero abbati in caſtro noſtro luneborg et ſuis ſucceſſoribus debito tempore expedite perſoluere debet, ſicut hactenus perſoluebat, et nos eo amplius ipſum propugnare volumus et defendere, quandocunque indigentiam habuerit et neceſſe, quam diu jgitur predictus Johannes et ſui heredes, quatuor ſolidos nobis, et domino abbati ſuos redditus de dicto molendino dabunt, nullus ipſos a prefata area debet uel poteſt ammouere, In cuius teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt affixum, Actum et datum anno dominj. M.CCC.XXII. in die ſanctorum innocencium.

Kleines rundes „† SECRETVM . DVCIS . OTTONIS“ mit dem aufrechten Löwen und Herzen im Schilde, der Hintergrund damaſcirt.

Urk. 298.

Die Gebrüder Nikolaus und Johann Vere verkaufen dem Knappen Otto von Melbeck und deſſen Sohne Anton zwei Höfe in Almſtorf (im K. Himbergen A. Methem). Lüneburg, 1323.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos nycolaus et iohannes fratres, famulj, dicti beren, recognoſcimus et publice in hiis ſcriptis proteſtamur, quod ex conſenſu et maturo conſilio omnium heredum noſtrorum legitimorum vendidimus. Ottonj de melbeke famulo, ac religioſo viro domino antonio eius filio necnon ſuis veris heredibus duas curias ſitas in villa eylemeſtorpe iure hereditario eternaliter poſſidendas, Si autem quiſquam aliquod impedimentum ſiue aggrauamen quod

abſit, ipſis in premiſſis bonis intulerit, tunc continuo dum nobis diuulgatum fuerit ciuitatem luneborch ad preſtandum obſtagium tanto tempore intrabimus, quouſque ab omnj impedimento ſiue aggrauamine, prefatoſ. ſcilicet Ottonem et dominum antonium quitos et indempnes faciemus, Nos vero gheuehardus miles dictus de monte. necnon ekhardus famulus dictus de godighe cum ipſis et pro ipſis videlicet nycolao et iohanne huic domino antonio et ad manus ſuas, patrj ſuo ottonj. ceteriſque ſuis fratribus in ſolidum fidem preſtitimus, et ad maiorem omnium predictorum et noſtre compromiſſionis cautelam. ſigilla noſtra vna cum ſigillis eorundem ſcilicet. nicolai et iohannis preſentibus ſunt annexa, Datum et actum luneborch, anno dominj. M.CCC.XXIII.



Herzſiegel des Johann Behr, wie unter Urk. 294.



Herzſiegel „...GEVEHARDI. MILITS . DE . MONTE“, mit drei in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken.

Urk. 299.

Schack von Lüneburg verpfändet dem Ritter Otto von Schwerin zwei Höfe in Quarrendorf (im K. Hanſtedt A. Winſen a. d. L.). 20. Januar 1323.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 6. Januar 1324.)

Ego schacko de Lvneborg in hac litera publice Recognoſco. Quod Ego cum bona voluntate et conſenſu omnium heredum meorum Strenuo Militi, domino Ottoni de Zwerin, et suis veris heredibus. duas Curias meas sitas in villa Querendorpe. cum omnj Jure Quo ad me pertinebat. pro duobus Integris Choris siliginis sub hac forma pignoris obligaui. Quam quidem siliginem sibi .. in primis octo diebus. poſt proximum feſtum paſche perſoluere teneor et pagare. Quod si non fecero. Idem dictus Otto, et sui Juſti heredes, dictas Curias, Jure hereditario perpetuis temporibus poſſidebunt. Ipſe .. autem, mihi in proximo feſto beati Jacobi Tantam pecuniam addere tenetur. Quantam. sui. et mej amici ordinauerint siue ſtatuerint ac dixerint eſſe Juris. Extunc vt exnunc. Ego prenominatus schacko. et Ego henricus Germanus ipſius. huic domino Ottonj pro warandia Earundem Curiarum. et pro omnj impedimento quod sibi in Eiſdem euenire poterit promiſimus et in hijs scriptis fide compromittimus Corporali. In Cuius rei Teſtimonium noſtrorum amborum sigilla preſenti litere sunt appenſa. Datum anno domini. M.CCC.XXIII. In die fabiani et sebaſtianj martirum beatorum.

Herzſiegel „† S ZACKEN . DE LVNEBORCH“ mit einer querliegenden Lilie, die Spitze links gekehrt, wie unter Urk. 288.

Urk. 300.

Die Gebrüder Segeband und Gevehard von dem Berge verkaufen dem Knappen Otto von Melbeck und deſſen Sohne Anton in der Veſte Lüneburg eine halbe Hufe zu Radegaſt (Kirchd. im A. Bleckede). 23. Februar 1323.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Notum eſſe volumus omnibus preſens ſcriptum viſuris vel audituris quod nos ſeghebandus et gheuehardus fratres famuli dicti de Monte accedente conſilio et conſenſu omnium heredum noſtrorum legitimorum Rite et rationabiliter vendidimus Ottoni famulo dicto de Melbeke et filio ſuo Domino Anthonio in caſtro Luneborghe dimidium manſum in Radegaſt iure hereditario in perpetuum libere poſſidendum. plane quicquid eiſdem placuerit cum eodem faciendum ſi autem eis in predicto dimidio manſo aliquod impedimentum illatum fuerit quod abſit ſtatim dum nobis intimatum fuerit ſub noſtre fidei teſtimonio tenebimur diſbrigare ad cuidens autem teſtimonium et iuſte vendicionis ſignum ſigilla noſtra Preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M CCC XXIII in vigilia beati Mathye apoſtoli.

Helmſiegel Segeband's von dem Berge, ſ. die Abbildung deſſelben unter Urk. 283, und Herzſiegel „† S. GHEWEHARDI DE MONTE“ mit drei in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken.

Urk. 301.

Die Knappen Segeband und Gevehard, Söhne des Ritters Heinrich von dem Berge, verkaufen dem Knappen Otto von Melbeck und deſſen Sohne Anton in der Veſte Lüneburg drei Hausſtellen Im Grimm, wovon zwei vor dem Thore liegen. 1. März 1323.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos ſeghebandus et Gheuehardus fratres famuli dicti de Monte recognoſcimus publice et tenore preſentium proteſtamur quod de maturo conſilio et bona voluntate omnium heredum noſtrorum legitimorum iuſte et rationabiliter vendidimus ac dimiſimus Ottoni famulo dicto de Melbeke necnon filio ſuo Domino Antonio in caſtro Luneborghe bona noſtra quedam ſubnotata videlicet tres areas in Grimme quarum due ante valuam vbi quondam ſitum fuerat ſtabulum patris noſtri perdilecti Hinrici militis dicti de Monte bone memorie Tertia vero in qua clauſtrum in caſtro Luneborghe habet duos ſolidos ſingulis annis eo iure quo progenitores noſtri multis poſſederunt temporibus et nos hactenus libere poſſedimus jure hereditario perpetuis temporibus poſſidenda in hijs nobis nichil penitus reſeruantes. Quicunque autem aliquid inpedimenti aut inbrigacionis in premiſſis ipſis inferre preſumpſerit ſtatim dum nobis nunciatum fuerit diſbrigare promittimus data fide. vt autem hec a nobis et ab heredibus noſtris rata et inconuulſa permaneant ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M CCC XXIII in die beati ſuiberti epiſcopi et confeſſoris.

Rundes Siegel Segeband's von dem Berge, wie die Abbildung unter Urkunde 283 und 300, und Herzſiegel Gevehard's von dem Berge, wie unter Urkunde 300.

Urk. 302.

Ritter Gottfried von Ödeme und ſein Sohn Huner verkaufen dem Knappen Otto von Melbeck zwei Häuſer in Melbeck (im K. Embſen A. Lüne). 10. April 1323.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Sammlung ungedruckter Urkunden I, II 29. — Vergl. die Urk. vom 2. April 1322 und 7. September 1333.)

Nouerint vniuerſi chriſti fideles preſentem literam videntes ſiue audientes. Quod Nos Gotfridus. Miles. et Hunerus filius suus. famulus. dicti de Odem. parili cum conſilio et Omnium heredum noſtrorum legitimorum conſenſu. Rite et rationabiliter vendidimus bona Quedam noſtra, noſtro ſpeciali amico Ottonj de Melbeke. famulo. et suis veris ac Juſtis heredibus Duas scilicet domos noſtras. siue duas Curias noſtras in villa Melbeke ſitas Cum omnj Jure Quo nos Ipſas . . a noſtris progenitoribus habuimus et vſque ad hec tempora

poſſedimus. pro Nonaginta Marcis Jure hereditario perpetuis temporibus poſſidendas. Nobis et noſtris heredibus nichil Juris de Eiſdem bonis de cetero penitus reſeruantes. Sed pro Ipſarum Curiarum warandia ſtamus siue ſtabimus. sicut de Jure debet et de terre conſuetudine solet warandia obſeruari. Et Nos Gheuehardus et Germanus ipſius. Gherardus. filij dominj Gerhardi de Odem bone memorie. Et Nos Johannes. famulus. filius dominj Gheuehardi de Odem. pie Recordationis. vnacum ipſo domino Gotfrido patrueli noſtro. et hunero filio eius. predicto pro Eadem warandia ſtabimus. et pro omnj impedimento quod huic Ottonj et suis heredibus in dictis bonis. ex parte noſtri euenire poterit fidetenus compromiſimus. Quod ſi aliquod inpedimentum vel obſtaculum in dictis habuerit bonis. Nos vniuerſi et singuli infra primam Quindenam poſtquam nobis hoc notificatum fuerit Ciuitatem Lyneborg ad manendum intrabimus Inde nequaquam egreſſuri, niſi prius hoc obſtaculum diſbrigauerimus In amicicia vel in iure. super Quo. et omnibus predictis integrum obſeruandis. huic Ottonj. et filio Eius Ottonj. et omnibus eorum heredibus. Et ad manus ſuas Domino Seghebando de wittorpe. et Lydolfo dicto Grevingh fidem in solidum preſtitimus corporalem. Et ad maiorem noſtrarum promiſſionum cautelam communiter noſtra sigilla preſentibus duximus literis apponenda. Datum Anno Incarnacionis dominj. M.CCC.XX Tercio. dominica Qua Cantatur Miſericordia dominj.

Drei Siegel abgefallen; vom Siegel an dritter Stelle ein Reſt mit drei Roſen; an fünfter Stelle Herzſiegel „† S. JOHANNIS DE ODE..“, quer getheilt, die obere Hälfte gegittert mit Punkten, in der untern Hälfte drei Roſen, wie unter Urk. 292 an fünfter Stelle (unter den ſechs Siegeln der von Ödeme).

Urk. 303.

Abt Werner zu St. Michaelis in Lüneburg belehnt den Johann Müller zu Bienenbüttel (Kirchd. im A. Medingen) mit der Mühle daſelbſt, welche ſein Vater Heinrich Müller für ſich und ſeine Erben vom Abte Lüder zu Zins erhalten hat. 17. April 1323.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 11. Juli 1288.)

Nos dei gratia. wernerus abbas Monaſterij ſancti Mychaelis in Luneborg. chriſti fideles tam preſentes quam poſteros ſcire cupimus vniuerſos, quod johannes Molendinarius in binenbutle filius henricj molendinarij ibidem veniens ad nos exhibuit nobis literas ſigillo predeceſſoris noſtri abbatis luderi pie memorie et noſtri conuentus ſigillatas firmas et integras et in nulla ſui parte viciatas, continentes, quod idem molendinum in binenbutle pater ſuus et ipſe et ipſorum veri et legitimj heredes ſub annuo cenſu tenerent in pheodo a predicto domino abbate et ſuis ſucceſſoribus perpetuo poſſidendum, Nos igitur viſis literis et predictj johannis et ſuorum amicorum maxime gherberti magiſtri putej et alberti de molendino noſtrorum ſpecialium amicorum precibus inclinati prefatum molendinum ſibi porreximus eodem jure quo pater ſuus et ipſe poſſederunt a noſtris predeceſſoribus ab antiquo, Item preſcriptus johannes habet vnum fratrem nomine nycholaum qui coram nobis renunciauit omni jure quod in dicto molendino binenbutle sibi competeret ſeu in futurum competere poſſet ex eo quod pater ſuus antedictus henricus aliud molendinum sibi in parte ſue hereditatis dediſſet et publice proteſtatus fuit coram nobis ſepedictum molendinum in binenbutle ad ſolum johannem fratrem ſuum et ſuos heredes veros et legitimos pertinere. In horum omnium teſtimonium et euidentiam firmiorem ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt dominus johannes prior dominus Reynerus Thezaurarius volquinus. Henricus de molendino eccleſie noſtre confratres et preſbiteri, ghotfridus de Odem waſmodus kint milites. preſcripti gherbertus magister putej. albertus de molendino. burgenſes in luneborch et quam plures alij fide digni. Datum anno domini. M.CCC.XXIII. XV kalendas. maij.

Siegel abgefallen.

Urk. 304.

Die Gebrüder Lüder und Diedrich Redding verkaufen ihrem Oheime Johann Behm ein Haus in Putenſen (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.). 15. Juli 1323.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 28. Auguſt 1375.)

Nos Lvderus dictus Reddingh. et Thidericus Germanus ipſius. Recognoſcimus in hijs scriptis et lucide proteſtamur. Quod Nos parili conſilio et omnium noſtrorum legitimorum heredum conſenſu, rite et rationabiliter vendidimus Johannj dicto Behm. noſtro Auunculo. et suis veris ac Juſtis heredibus, domum siue Curiam noſtram in villa Puthenſen sitam, cum omnj Jure quo ad Nos pertinebat, aut pertinere poterat, pro viginti octo marcis denariorum. perpetuis temporibus libere poſſidendam, Et plane, cum ipſa .. quod sibi placuerit faciendum et dimittendum. Nobis et noſtris heredibus, in Eadem Curia nichil juris de cetero penitus reſeruantes. Huius vendicionis Teſtes ſunt. Dominus Gotfridus de Odem. Miles. Lvderus dictus Eyghel. et Thydericus filius suus. Et pro maiori Teſtimonio, noſtra sigilla literis preſentibus sunt appenſa. Datum Anno domini. M.CCC.XXIII. In diuiſione Apoſtolorum.

Herzſiegel „† S' LVDOLFI . REGDING", mit einem Löwen, wie nebenſtehende Abbildung.



Urk. 304 a.

Abt Werner zu Lüneburg, Propſt Gerlach zu Lüne, Prior und Küſter zu St. Michaelis in Lüneburg bezeugen, daß Herzog Ludwig, Sohn des Herzogs Otto von Braunſchweig und Lüneburg, durch den Verdener Biſchof Nikolaus zum Subdiakon im Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg geweiht iſt. Veſte Lüneburg, 22. Juli 1323.

(Nach dem Abdrucke in Gebhardi de re liter. p. 46; Braunſchw. Intelligenzblatt 1745, 340.)

Nos Dei gratia Wernerus Abbas de Luneborch Nos Gherlacus monaſterii in Lune Prepoſitus, nec non et nos Prior et Cuſtos predicti monaſterii Sci. Michaelis in Luneborch preſentibus recognoſcimus et liquide proteſtamur reuerendum Dominum Dominum Ludowicum illuſtris principis Domini Ottonis de Bruneſwic et Luneborch Ducis filium Subdiaconatus ordinem in noſtro monaſterio prefato in caſtro Luneborch per venerabilem Dominum Nicolaum Verdenſis eccleſie epiſcopum recepiſſe. In cuius proteſtationis euidens teſtimonium infra ſigilla preſentibus appoſuimus ſuper eo. Datum in caſtro Luneborch anno domini Milleſimo CCC°.XXIII°. ipſo die beate Marie Magdalene.

Urk. 305.

Die Ritter Georg (von Hitzacker) der Lange, Segeband von Wittorf und Gerhard von dem Berge vermitteln, daß Abt Werner zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg der Wittwe Sweneke zu Dannenberg für die Lehngüter zu Holzen (im K. Wendhauſen A. Lüne), welche ſie ihm reſignirt

hat, 36 Mark giebt. Außer ihr haben auch die Knappen Heinrich Bromes, Johann Mapele, Johann Sceffel und Bernhard Vleghe ihre Gerechtſame an jene Güter vor dem Rathe zu Lüneburg und Dannenberg reſignirt. 1. Auguſt 1323.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Sammlung ungedruckter Urk. Niederſachſens I, III S. 37.)

Nos georius longus, zeghebandus de wittorpe, ghevehardus de monte, milites, tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes, quod interfuimus et placitauimus, quod dominus wernerus abbas monaſterij ſancti mychaelis in caſtro luneborch, cum ſcitu et cognitione conuentus ſuj erogauit triginta sex marcas luneburgenſium denariorum, domine swencken relicte, moranti in dannenberghe, pro ſiluis, agris, paſcuis, et bonis alijs ſitis in villa holthuſen, que ab ipſo iure tenuit pheodali, sed quia vlterius minus bene defendere potuit et tueri, cum omnj, iuſtitia, quam in illis habuit sibi et ſue eccleſie reſignavit et remiſit. Non ſolum autem dicta domina ſed eciam famuli ſubſcripti cum ea. ſcilicet henricus bromes, Johannes mapele, Johannes sceſſot, bernardus vleghe, et eorum veri et legittimj heredes, renunciauerunt omnj iurj coram conſulibus in luneborch et ſimiliter in danneberghe, quod in dictis bonis habebant uel habere poſſent in futuro, ſub teſtimonio nobis eciam fidej promittentes, Quod nullas impeticiones sev importunas moniciones uel inſtancias ſuper hiſ nec per ſe nec per alios eſſent habituri, prefatus igitur dominus abbas et ſui ſucceſſores in ſupradictis bonis, poſſidendi, dandi, vendendi, legandi habebunt liberam poteſtatem, In cuius cuidenciam sigilla noſtra preſentibus ſunt affixa. Teſtes ſunt, Otto de thvne, ghotfridus de odem wernerus de medinghen milites, luderus de hitzackere, tydricus eygel, zeghebandus de monte famuli, et quam plures alij fide digni, Datum anno domini M.CC.C.XXIII. In die vincula ſancti petri apoſtolj.

Drei Herzſiegel: vom erſten noch die Spitze mit der Pranke eines Löwen; vom zweiten ein Reſt mit drei Fiſchen in einem geſchlängelten Bache und den Buchſtaben „ITDORPE“ (vergl. Abbildung des Siegels unter Urk. 153); vom dritten drei in ſcharfe Spitzen gezogene Balken und die Buchſtaben „HARD.“

Urk. 306.

Der Rath zu Lüneburg beurkundet, daß Lucie, Wittwe Reiners Voß, der Wittwe des Bürgers Johann Felix zu Braunſchweig, Eliſabeth, ein halbes Fuder Salzgut in der Saline daſelbſt verkauft und dieſe daſſelbe ihrem Sohne Roland, Mönche in der Veſte Lüneburg, geſchenkt hat, welches nach deſſen Tode zur Feier des Jahresgedächtniſſes ſeiner Eltern dem Kloſter verbleiben ſoll. Lüneburg, 20. September 1323.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneborg. Albertus de Molendino. Nicolaus schilſten. Johannes abbenborch. Hermannus de arena. Hermannus Hoth. Hermannus cum Cvna. Marquardus wedd.' Borchardus de Luchowe. Nicolaus Garlop. Johannes longus. albertus Hollo. Hartwicus de salina. Preſenti recognoſcimus teſtimonio litterarum. Quod Domina Lucia, quondam Reyneri dicti vos. bone memorie relicta. vnanimi conſilio et conſenſu omnium ligitimorum heredum suorum, vendidit, Domine Elizabeth, quondam Johannis felicis. Cuius in Brunſwich Relicte. Dimidium plauſtrum salis, quolibet flumine in salina Luneborg. in Domo Thitmaringe in sartagine que vocatur wechpanne. sita, manum ad dextram, cum itur in ipſam domum. iure hereditario perpetuo poſſidendum. Predicta ſiquidem domina Elizabeth. dictum dimidium plauſtrum heredibus suis omnibus, bona conſcientibus voluntate, filio suo, domino Rolando, monacho, in Caſtro Luneborg, donauit tollendum. temporibus vite sue, poſt cuius obitum, apud Clauſtrum, in dicto Caſtro. situm iugiter permanebit, ad anniuerſarium predictorum.

Johannis. et Elizabeth. perpetualiter peragendum. super quo, preſens scriptum exinde confectum, noſtre Ciuitatis sigillo. in euidens teſtimonium fecimus communirj. Datum, Luneborg. Anno Dominj. Milleſimo. Trecenteſimo. viceſimo. Tercio. In die sancti Michaelis.

Das Siegel der Stadt Lüneburg, klar ausgeprägt und ſehr gut erhalten.

Urk. 307.

Knappe Schack von Lüneburg verkauft dem Abte Werner, dem Prior Johann, Schatzmeiſter Reiner und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg drei Häuſer in Quarrendorf (im K. Hanſtedt A. Winſen a. d. L.). 6. Januar 1324.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urkunden vom 10. Auguſt 1324 und 4. December 1332.)

Nos Schacko. de Luneborg famulus in hijs ſcriptis recognoſcimus et lucide profitemur. Quod Nos cum bona uoluntate et omnium noſtrorum legitimorum heredum conſilio et conſenſu rite et rationabiliter vendidimus. Honorabilibus viris et. diſcretis . . Domino videlicet wernero Abbati. Domino Johanni Priori. Et Domino Reynero Theſaurario. Totique Conuentui Monaſterii ſancti Mychaelis in Luneborg tres domos ſiue tres curias noſtras in villa Querendorpe ſitas Cum omni iure quo ad Nos pertinebant aut pertinere poterant. Pro Nonaginta Marcis denariorum perpetuis temporibus libere poſſidendas. Nichil nobis et noſtris heredibus in eiſdem bonis iuris de cetero reſeruantes ſed tantum pheodum earundem curiarum ad Manus dictorum dominorum reſeruabimus donec ab eiſdem iuſſi uel moniti fuerimus reſignare. Quibus ſcilicet bonis reſignatis. Nos extunc et exnunc vna noſtris cum compromiſſoribus. Johanne videlicet Schacken filio Domine Yſalden patruele noſtro. Domino Ottone de Zwerin. Domino Geuehardo de Monte militibus. et Thyderico de Zwerin famulo. pro warandia ſtamus ſiue ſtabimus ſicut de iure debet, et de terre conſuetudine talium bonorum ſolet warandia obſeruari. Quod ſi dictus Conuentus aliquod in eiſdem bonis inpedimentum uel obſtaculum habuerit. ſtatim nos vniuerſi et ſinguli infra primum menſem poſtquam nobis notificatum fuerit Muros Ciuitatis Luneborg ad iacendum intrabimus inde non receſſuri donec dicto per Nos Conuentui in iure uel in amicicia de quibuſlibet impedimentis fuerit ſatiſfactum. Quod. nos compromiſſores nominati vna cum ipſo et pro ipſo Schakone predicto communicato manu Priori et Theſaurario dominis predictis fidetenus compromiſimus. Et ad manus dicti Conuentus Honorabili viro Domino wedekindo. Domini noſtri ducis prothonotario. et Domino Gotfrido de Odem Militi fide corporali compromittimus in hijs ſcriptis. Omnia predicta firmiter et inviolabiliter ſeruaturos. Et ad maiorem dicte uenditionis ac noſtre compromiſſionis cautelam noſtra ſigilla preſentibus duximus literis apponenda. Datum. Anno domini. M.CCC.XXIIII. In Epyphania domini.

Fünf Herzſiegel: des Schack von Lüneburg, wie unter Urk. 299; „S. JOHANNIS SCAKO“, wie unter Urk. 199; des Otto von Schwerin, ſ. deſſen Abbildung unter Urk. 254, 259; „† S' GEVEHARDI .....“ mit drei Balken, wie unter Urk. 298, und großes Herzſiegel: „† S' DOMINI TIDERICI CANONICI IN BARDEWIC“. mit rechts ſchreitendem Pferde.

Urk. 308.

Propſt Nikolaus, Priorinn Eliſabeth und der Convent zu Ebſtorf überlaſſen dem Abte Werner und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg eine Geldrente aus der Saline daſelbſt gegen eine Kothe in Melzingen (im K. und A. Ebſtorf). 12. Januar 1324.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

In nomine domini amen. Dei gratia Nos Nycolaus prepoſitus. E. prioriſſa Totusque Conuentus sanctimonialium in Ebbekeſtorpe ad euidentiam preteritorum et ad munimen futurorum recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtantes. quod maturo conſilio et vnanimi conſenſu, permutationem fecimus cum venerabili viro domino wernero abbati ac Conuentu Monaſterij sancti Mychahelis in Lvneborch dando eidem. quatuor solidos annuatim in salina Lvneborch in domo volkwardinghe in occidente cum domus intratur ad siniſtram manum in sarthagine que wlgariter Guncpanne dicitur perpetuo libere poſſidendos in dominio Gerhardi dicti willeres felicis memorie pro vna caſa in villa Meltſinghe soluente annuatim quatuor ſolidos denariorum quam dictus abbas et conuentus ante dictus nobis et noſtro Monaſterio perpetuo poſſidendam libere reſignauit. In Cuius rei teſtimonium sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa actum et datum anno domini M CCC XXIIII infra octauam ephyphanye.

Länglich rundes Siegel des Kloſters Ebſtorf, wie die Abbildung unter Urk. 792.

Urk. 309.

Ritter Gottfried von Ödeme und ſein Sohn Huner verkaufen ihrem Oheime Hildemar von Ödeme einen Hof und eine Kothe in Beetzendorf (Kirchd. im A. Lüne). 25. März 1324.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 12. Juli 1331.)

Nos Gotfridus Miles. et hvnerus filius suus. famulus. dicti de Odem. Recognoſcimus in hiis scriptis. Quod Nos vnanimj conſilio et Omnium noſtrorum legitimorum heredum conſenſu rite et rationabiliter vendidimus, kariſſimo patrueli noſtro hyldemario de Odem. famulo. et suis veris heredibus bona quedam noſtra. videlicet vnam Curiam. et vnam kaſam in villa Betzendorpe, Cum omnj Jure Quo ad nos pertinebant pro viginti Quinque marcis denariorum Jure hereditario perpetuis temporibus libere poſſidendo. Nichil nobis et noſtris heredibus in Eiſdem bonis Juris de cetero reſeruantes. sed totum quod huic hildemaro cum ipſis bonis placuerit. ſecure et licite faciet ac dimittet. In Quo. nequaquam Ipſum debemus nec poſſumus impedire. super Quo sibi fidem preſtitimus corporalem. In Cuius rei Teſtimonium sigilla noſtra preſentibus sunt appenſa Datum Anno domini. M.CCC.XXIIII. In annunciatione beate virginis marie.

Zwei Herzſiegel: „† S' GODFRIDI * MI...IS * DE ODEME", wie unter Urk. 292 an erſter Stelle, und „† S. HVNERI DE ODEMME", wie daſelbſt an zweiter Stelle (unter den ſechs Siegeln der von Ödeme), quer getheilt, die obere Hälfte ſchraffirt, die untere mit drei Roſen.

Urk. 310.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg genehmigt die von ſeinen Söhnen Otto und Wilhelm geſchehene Verpfändung des Salzzolles in der Saline Lüneburg an den Abt und Convent des Kloſters St. Michaelis zu Lüneburg. 6. Mai 1324.

(Nach dem Copialbuche № 2 Fol. xxvi des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Dei gratia Nos Otto dux de Brunſwich et Luneborg, Ad notitiam vniuerſorum chriſti fidelium, peruenire volumus per hec ſcripta. lucide proteſtantes Quod obligationem Thelonei noſtri in Salina dictj Solttollen in Luneborg, per dilectos noſtros Ottonem et wilhelmum filios Reuerendo domino Abbatj et Conuentui ſancti Michaelis in Luneborg, factam, pro Sexcentis et viginti et quinque Marcis denoriorum Luneborgenſium, ratam ſeruare volumus atque firmam, In cuius certitudinem preſentem paginam noſtri Sigilli appenſione Juſſimus roborari Datum Anno domini. M°.CCC.XXIIII°. In dominica Jubilate poſt Paſcam.

Urk. 311.

Sootmeiſter Gerbert. Johann Ohm, Eilemann Beve, Bürger zu Lüneburg, thun kund, daß Adelheid, Wittwe des Bürgers Volkmar von Sack, vor dem Rathe daſelbſt auf ihre Gerechtſame an Aecker beim Kampe Teltberg zu Gunſten des Abtes Werner zu St. Michaelis in Lüneburg verzichtet hat. 12. Mai 1324.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos. gherbertus magiſter putej, Johannes ohm. Eylemannus beve, burgenſes in Ivneborch, tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes. quod domina alheydis, relicta, quondam volcmari de ſacco noſtri conburgenſis pie recordacionis recepit a Reuerendo viro domino wernero abbate Monaſterij ſancti Mychaelis in caſtro Ivneborch, decem marcas denariorum Ivneborgenſium, et renunciauit vna cum ſuis pueris bona deliberacione prehabita, coram noſtris conſulibus, omni jurj, quod ipſis de agris ſitus iuxta campum teltberghe extra Ciuitatem Ivneborch, in preſentj competebat uel competere poſſet in futuro, ita quod nullam impeticionem uel importunam pro dictis agris monicionem, prefato domino .. abbati uel ſuis ſucceſſoribus in poſterum facere debeant uel mouere. In cujus teſtimonium tam ex parte matris quam puerorum predictorum ſeu ſuorum heredum noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum. anno. dominj. M.C̊C̊C.XXIIII. ſabbato proximo ante dominicam Cantate.

Herzſiegel „† ..... ERTI : FILII : THITMARI :“ mit einer ſchräg liegenden Muſchel, in rothem Wachſe; rundes „† SIGILLVM JOHAN OMES“ mit einem Kranze von Roſen mit Blättern, in deſſen Mitte ein ſechsſtrahliger Stern; Herzſiegel „† SIGILL. EYLEMANNI BEVEN“ mit zwei, in's Kreuz gelegten Vogelklauen, jeder einen Ring haltend.

Urk. 312.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg der Aeltere bekennt, an dem Dorfe des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg Grünhagen oder Slaviſch Boyteldorpe (im K. Bienenbüttel Kl.-A. St. Michaelis) gar keine Rechtsanſprüche zu beſitzen, nicht einmal das Blutgericht, und beſtätigt die Theilung der Holzungen, Weiden und Maſt zwiſchen Grünhagen und ſeinen Leuten zu Hohenboſtel, „Rammeshorne“, Eitzen (im K. Bienenbüttel) und Melbeck (im K. Embſen). Celle, 25. Juli 1324.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Wedekind Noten III 105, Pfeffinger Hiſt. I 342, Rehtmeier Chronica 517, Bilderbeck deductio etc. Beilage M. 22.)

Nos. Otto dej gratia ſenior dux de Brunſwich et Luneborch. Tenore preſencium recognoſcimus lucide proteſtantes, Quod progenitores noſtri et nos. in curia Gronehaghen que olim villa ſclavica Et Boyteldorpe vocabatur, domini abbatis et Eccleſie ſancti Michaelis in Caſtro noſtro Luneborch et pertinencijs Eiuſdem curie penitus nihil Juris habemus et omnia Judicia etiam ſanguinis que in eadem curia et ſuis pertinentiis fieri poterunt et debebunt. tam maiora quam minora ad ipſum abbatem et ad ſuos quibus ipſe commiſerit pertinent iudicanda. Item fluuius qui wlgariter Elmenowe dicitur et piſcatura ſeu piſcium captatio ejuſdem fluuij eſt ipſius domini abbatis et ſue Eccleſie quousque ripe pertinentes ad dictam curiam ſe extendunt, precipue autem piſcatura a curia predicta vſque ad villam que Brocdorpe nominatur. Preterea liguorum paſcuorum. et paſtus qui Maſte dicitur, diuiſionem que ſcueyde vocatur per nos et aduocatos noſtros inter curiam gronehaghen predictam ex vna et homines noſtros in wendeſchen Borſtle. Rammeſhorne. Eyſen. Melbeke villis habitantes et habitaturos et omnes quorum intereſt parte ex altera equitatam ratificamus ac etiam tenore preſentium confirmamus. Igitur filijs noſtris et heredibus et aduocatis omnibus ſingulisque alijs ne contra premiſſa ſeu premiſſorum aliquod. quicquam faciant vel attemptent ſub

obtemtu gratie noſtre diſtrictius inhibemus. In quorum euidens teſtimonium. ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum tzellis. anno domini M.CC.C.XX quarto In die beati Jacobi apoſtoli. preſente wetekindo de Eylenſtede protonotario noſtro et alijs pluribus fide dignis.

Siegel abgefallen.

Urk. 313.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg der Jüngere bezeugt, daß in ſeiner Gegenwart Knappe Schack von Lüneburg dem Abte Werner, Prior Johann, Schatzmeiſter Reyner und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg drei Häuſer in Quarrendorf (im K. Hanſtedt A. Winſen a. d. L.) verkauft und des Verkäufers Frau erklärt hat, dieſe ihr verliehenen Güter ihrem Oheime reſignirt zu haben. 10. Auguſt 1324.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 6. Januar 1324 und 4. December 1332.)

Dei gratia. Nos Otto Domicellus de Brunswic et Luneborg, prefencium teſtimonio literarum inoteſcere cupimus vniuerſis, Quod cum nuper Honorabiles viri. Wernerus Abbas, Johannes prior et Reynerus Theſaurarius, Totuſque conventus Monaſterij ſancti Michaelis in Luneborg, Tres domos ſiue curias jn villa Querendorpe ſitas a ſchackone de Luneborg famulo, conſenſu suorum heredum vt decuit requiſito, pecunialiter comparaſſent, ab ipſis cum omni jure quo idem Schacko eas poſſederat, perpetuo pacifice poſſidendas, pro quarum ſufficienti warandia ſtat et ſtabit jpſe Schacko vna cum ſecum compromittentibus jn suo autentico eiſ tradito nominatis, Huic interfuimus contractui, proteſtantes, Huiuſmodi venditionem atque emtionem rite ac rationabiliter eſſe factas, et cum ſingulis ſuis conditionibus expreſſis in ipſius Schackonis autentico, in euentum quemlibet obſeruandas, vxor quoque prehabiti Schackonis cui dicta bona porrecta fuerant, se ea ipſorum patruo reſignaſſe, nobis audientibus fatebatur, Ad quorum omnium euidentiam et memoriam firmiorem, ad inſtantiam tam partis vendentis quam ementis, Nos sigillum noſtrum preſentibus literis duximus apponendum. Datum anno domini. M.CCC. viceſimo quarto, Die beati Laurentij Martiris.

Rundes „† S. OT : DOMICELLI : DE : LVNEB ET B...SW“ mit dem Löwenkopfe.

Urk. 314.

Ludolf von Honſtedt bezeugt, vom Abte Werner und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg auf Lebenszeit ein Gut in Wilſede (im K. Biſpingen A. Winſen a. d. L.) empfangen zu haben. 25. November 1324.

(Nach dem Copialbuche № 2 Fol. xlv des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archive zu Hannover.)

Ego Ludolphus dictus de Honſtede famulus, coram omnibus quorum intereſt, tenore preſentium recognoſco, Quod a venerabili viro domino wernero Abbate et Conuentu Monaſterij ſanctj Michaelis in Luneborch Ordinis ſanctj Benedictj. In pheodo recepi vnum bonum, ſitum in villa dicta wilſede, ad vite mee tempora poſſidendum cum Aduocatia et omni Jure, quod in ipſo hactenus habuerunt, et poſt obitum meum erunt iterum habituri, Quia extunc prefato domino Abbatj, vel ſuis ſucceſſoribus, ſicut prius libere pertinebit, et ad ſuam Eccleſiam me mortuo, ſine alicuius contradictione proprie reuertetur, volo etiam et debeo predictum Bonum meliorare et reſtaurare pro meo poſſe, quandocunque oportunum fuerit vel neceſſe In cuius teſtimonium, preſentem literam, Inde conſcriptam, predicto domino Abbatj et Conuentui tradidi meo Sigillo firmiter ſigillatam, Teſtes ſunt hildemarus de Odem, Johannes Schacko famulj Ludolfus Advocatus in Luneborch, Olricus de Neſendorpe Clericus, et

quam plures alij ſide digni. Datum Anno domini Milleſimo Trecenteſimo viceſimo quarto, Die ſancte katherine virginis.

Urk. 315.

Ritter Otto von Schwerin verkauft an Johann Snuffeler und dem Vogte Ludolf in Lüneburg die Hälfte des großen und kleinen Zehnten in Bienenbüttel (Kirchd. im A. Medingen) auf Wiederkauf innerhalb zwei Jahren. Lüneburg, 20. December 1324.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 4. Juni 1330.)

Ego Otto de zwerin miles recognoſco per preſentes publice proteſtando quod cum voluntate et conſenſu omnium heredum meorum vendidi Johanni Snuffelere et Ludolpho aduocato in Luneborgh ipſis vel quibuſcunque habere ſiue aſſignare propoſuerint et voluerint dimidietatem decime maioris et minoris in Bynebutle cum omni iure fructu et vtilitate ſicut ego hucuſque habui pro. XLII. marcis Luneburgenſium denariorum tali interpoſita conditione ſi ego et mei heredes non reemerimus infra hinc et feſtum Natiuitatis domini proximum vltra ad duos annos extunc Johannes et Ludolphus predicti vel cui habere voluerint tempore reemptionis exſpirato perpetualiter pacifice et quiete poſſidebunt. Si autem poſt hec aliquis ipſos vel cui dimiſerint impedire ſeu moleſtare preſumpſerit vel temptauerit ego cum meis compromiſſoribus videlicet Georgio longo et Gheuehardo de monte militibus et Manegoldo de monte famulo ciuitatem Luneborgh intrabimus ad iacendum inde non exiturj, niſi predictis pro eorum voluntate fuerit ſatiſſactum, Quod coniuncta manu promiſimus et in hijs ſcriptis promittimus ſide data, Eciam ſi ius pheodale ab aliquo deſcendere dinoſceretur vel percipere tur Ego cum preſatis promiſſoribus meis ipſis pretactis ſine aliquo dampno omnibus occaſionibus ſemotis deberemus liberum ordinare, quod ſigillis noſtris preſentibus appenſis firmiter proteſtamur. Datum Luneborgh anno domini M.CCC,XXIIII, In die Dominicj confeſſoris.

Vier Herzſiegel: des Otto von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254 u. a.; des Georg von Hitzacker, wie die Abbildung unter Urk. 193; „† GEVEHARDI MILITIS . DE . MONTE", mit drei in Spitzen gezogenen Balken, wie unter Urk. 298, und „† S' MANEGOLDI DE MONTE", mit vier in Spitzen gezogenen Balken, wie unter Urk. 279.

Urk. 315 a.

Abt Werner, Prior Johann und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg überlaſſen dem Propſte Nikolaus und dem Convente zu Ebſtorf ihre Güter zu Hohenbünſtorf (im K. Barum A. Medingen) gegen einen Hof in Kolkhagen (im K. Embſen A. Lüne) und eine Geldrente aus der Saline Lüneburg. 2. Februar 1325.

(Nach einer Copie in der Königlichen Bibliothek zu Hannover: „Copiar. Ebſtorp. Kelp. № 43", in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc." S. 145. — Vergl. Urk. 317 vom 13. Juli 1325.)

Dei gracia Nos Wernerus Abbas, Johannes Prior, totusque Conuentus Monaſterii Sancti Michaelis in Luneborch. Omnibus preſencia viſuris et audituris cupimus eſſe notum. Quod Nos unanimi conſenſu et voluntate, ſub forma permutationis et concambii dedimus honorabili viro Domino Nicolao Prepoſito et Conuentui ancillarum Chriſti in Ebbekeſtorpe Bona noſtra ſita in Honbonſtorpe, ſoluencia tredecim ſolidos denariorum Luneborgenſium, cum omni jure, ſicut nos hactenus poſſedimus perpetuo libere poſſidenda, pro una curia in Colichagene, quam Herbort inhabitat, ſoluentem annuatim unum quadrantem ſiliginis, cum omni jure, nec non et pro duobus ſolidis Luneborgenſium denariorum in Salina in domo Volquerdingho in ſartagine, in qua Nobis prius quatuor ſolidos pro una caſa noſtra aſſignaverat, nunc pro complimento aſſignauit noſtro monaſterio perpetuo libere poſſidenda. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Actum et Datum Anno Domini M° CCC° XXV° in die beate Marie Virginis.

Urk. 316.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg belehnt den Georg Lange mit der Vogtei Dalldorf (im K. Suhlendorf A. Bodenteich) unter der Bedingung, daß die Güter des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg dadurch nicht im Geringſten beſchwert werden ſollen. Lüneburg, 5. Juli 1325.

(Nach dem Copialbuche № 6 S. 25 № 36 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos dei gratia Otto dux de brunswich et luneborch tenore preſencium duximus publice proteſtandum quod domino georgio longo fideli militi noſtro aduocaciam ville daldorp in pheodo contulimus cum omni jure quod nos in ea habuimus et ſicud adhuc nos et noſtri filij habemus aduocatiam in bonis monaſterij et dominj abbatis ſancti michaelis in caſtro noſtro luneborch et ſicud eandem aduocatiam ſuper quedam bona dicti monaſterij quibuſdam noſtris hominibus eciam jure pheodali porreximus nec aliquid ſpeciale jus eidem domino georgio in dicta villa daldorp conceſſimus per quod poſſit vel deberet prefatum monaſterium contra noſtre anime ſalutem aliquatenus aggrauari datum luneborg anno dominj M CCC XXV°. In die Sancte Margarete virginis et martiris.

Urk. 317.

Propſt Nikolaus, Priorinn E. und der Convent zu Ebſtorf überlaſſen dem Abte Werner und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg einen Hof zu Kolkhagen (im K. Embſen A. Lüne) und eine Geldrente aus der Saline zu Lüneburg gegen Güter zu Hohenbünſtorf (im K. Barum A. Medingen). 13. Juli 1325.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 315a vom 2. Februar 1325.)

Dei gratia Nos Nycolaus prepoſitus. E. prioriſſa Totusque Conuentus ancillarum chriſti in Ebbekeſtorpe recognoſcimus tenore preſentium in euidens teſtimonium preteritorum et ad cautelam futurorum publice proteſtantes quod vnanimi conſenſu per modum permutationis et concambii dedimus venerabili viro domino wernero abbati, ac Conuentuj Monaſterij ſancti Mychahelis in Lvneborch. curiam noſtram in kolchhagene quam herbort inhabitat ſoluentem annuatim vnum quadrantem ſiliginis cum omni jure ſicut nos hactenus poſſedimus et in ſalina in domo volcwardinghe duos ſolidos in ſarthagine pro complemento aſſignamus in qua sibi prius aſſignauimus quatuor ſolidos pro sua caſa in Meltſinghe perpetuo libere poſſidendos. pro bonis ſuis sitis in honbenſtorpe ſoluentibus annuatim tredecim ſolidos Lvneburgenſium denariorum cum omni jure ſicut ipſum monaſterium hactenus poſſedit noſtro nunc Monaſterio perpetuo libere poſſidendis In Cuius rei teſtimonium sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. actum et datum anno domini M CCC XXV jn die beate Margarete virginis.

Siegel an erſter Stelle abgefallen. Länglich rundes Siegel des Kloſters Ebſtorf, wie die Abbildung unter Urk. 792.

Urk. 318.

Prior Johann und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg bezeugen, von ihrem Abte Werner Güter in Gellerſen (A. Winſen a. d. L.) und Bonſtorf (im K. u. d. A.-V. Hermannsburg) gegen ihre Güter in Hohenbünſtorf (im K. Barum A. Medingen) und Holzen (im K. Wendhauſen A. Lüne) erhalten zu haben. 22. Juli 1325.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 318a von demſelben Tage.)

Nos, Johannes prior, Totusque conuentus monaſterij Sancti mychaelis ordinis ſancti benedicti in caſtro lvneborgh, chriſti fideles quibus contingerit preſentes literas exhiberi, ſcire cupimus vniuerſos, quod vnanimiter et concorditer permutacionem fecimus cum religioſo viro

domino wernero abbate noſtro, dantes ſibi quedam bona noſtra ſita in villa honboneſtorpe que ſoluunt octo ſolidos, pro quibuſdam ſuis bonis ſitis in villa ghyllerdeſſen que ſoluunt ſeptem ſolidos et duos pullos, Item tenore preſencium recognoſcimus, quod dedimus ei quedam bona ſita in villa holthuſen noſtro conuentui pertinentia, et recepimus ab eo in concambium quedam bona ſua que ad abbaciam pertinebant ſita in villa bonſtorpe, In quarum permutacionem perpetuum teſtimonium et noticiam firmiorem, ſigillum noſtri Conventus preſentibus eſt appenſum, datum, anno, domini, M̊.CC̊C.XXV̊, In die beate marie Magdalene.

Siegel des Kloſters St. Michaelis, wie unter Urk. 139 u. a., verletzt.

Urk. 318a.

Abt Werner zu St. Michaelis in Lüneburg überläßt dem Prior Johann und ſeinem Convente ſeine Güter in Gellerſen (A. Winſen a. d. Luhe) gegen deren Güter in Hohenbünſtorf (im K. Barum A. Medingen); desgleichen ſeine Abteigüter in Bonſtorf (im K. u. d. A.-V. Hermannsburg) gegen andere in Holzen (im K. Wendhauſen A. Lüne). 22. Juli 1325.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 318 von demſelben Tage.)

NOs, wernerus dei gratia abbas monaſterii ſancti mychaelis in lvneborg, ordinis ſancti benedicti, chriſti fidelibus quibus preſencia contingerit exhiberi ſcire cupimus vniuerſos, quod deliberacione prehabita diligentj permutationem fecimus, cum religioſo viro domino iohanne priore, et cum toto conuentu noſtro, dando ipſis quedam bona noſtra ſita in villa ghyllerdeſſen que ſoluunt ſeptem ſolidos et duos pullos, pro quibuſdam ſuis bonis in honboneſtorpe que ſoluunt octo ſolidos Item tenore preſencium recognoſcimus, quod dedimus eidem domino priorj et conuentui noſtro, quedam bona noſtra ſita in villa bonſtorpe que ad abbaciam noſtram pertinebant . et recepimus ab eis in concambium quedam bona ſita in villa holthuſen. In quarum permutacionum perpetuum teſtimonium et notitiam firmiorem, ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, datum anno, domini, M̊.CC̊C.XXV̊. In die beate Marie Magdalene.

Vom Siegel des Abtes Werner noch ein Stück mit den Buchſtaben „DEI . GRA .“

Urk. 318b.

Umſchrift einer Glocke von 60 Zoll Durchmeſſer und 52 Zoll Höhe im Thurme der St. Michaeliskirche in Lüneburg. 27. Juli 1325 [1]).

(Nach der Abſchrift von Gebhardi I 369 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

✝ DUM . TRAHOR . AVDITE . VOCO . VOS . AD . SACRA . VENITE . HORA. (Schrift über 2 Zoll hoch. Ueber dem Anfange und Ende der Schrift ſteht) ANNO . DN̄I . M̊.CC̊C.XX.V̊. VI̊ . KL̄ . AVG . OLRICVS . ME . FECIT.

[1]) Unter dem Worte AVDITE, wie auch unter VENITE ſtehen Johannes und Maria neben einem kleinen Crucifixe, unter VOS ſind die heiligen drei Könige, unter SACRA iſt Maria und unter HORA Chriſtus mit dem Evangelio, ſitzend, den Segen ertheilend, um ihn die Bilder der Evangeliſten, Alles erhoben, abgebildet. Dieſelben Bilder finden ſich auf der Taufe in der St. Michaeliskirche.

Urk. 319.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg beſtätigt, auf Bitten des Abts Thomas zu St. Michaelis in Lüneburg und des Ritters Eggehard von Eſtorf, den Verkauf einer von ihm zu Lehn gehenden

Wieſe bei der Ilmenau von Seiten Friedrich's und Geverd's von Höſſeringen an den Rector der neuen Pfarre zu Beerßen (im A. Oldenſtadt), und ertheilt dieſem Holzungs- und Weidegerechtſame. Lüneburg, 16. Auguſt 1325.

(Nach dem angeblichen Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Die Handſchrift iſt aus der Mitte des 15. Jahrhunderts, die Diction ungewöhnlich; dem Abte Thomas folgte 1321 ſchon Abt Werner.)

Nos Otto dei gratia dux de Brunſwik et luneborg recognoſcimus in hijs ſcriptis lucide conſentire pro nobis et ſucceſſoribus noſtris venditioni per Ffrederik et Gheuerd dictos de hoſeringhe patruos Rectori noue plebanie in vertzena de prato Jacente circa Elmenoam facte ſicut ipſi de hozering a nobis in pheudo habuerunt Ad rogatum ac deligentem peticionem venerabilis et Religioſi viri domini Thome Abbatis Monaſterij ſancti Michaelis ac Egghardi de Eſtorppe militis nobis ſuper hoc humiliter in diuini cultus augmentum ſupplicancium Necnon dei omnipotentis amoris inſtinctu ad predictas dictorum noſtrorum ſedulas pro ſalute anime noſtre et progenitorum noſtrorum eciam damus et concedimus Rectori dicte Capelle ac ſuis ſucceſſoribus omnem poteſtatem et libertatem in paſcuis campis agris pratis ſiluis et nemoribus licito et libere vtendi ſecandi et paſcendi ſine Inpedimento et moleſtatione cuiuſcunque nobis aut noſtris ſucceſſoribus ſubiecti tam pro dote quam pro tribus Caſis circa Cimiterium dicte Capelle iacentibus et ad uſum Rectoris perpetue cum omnibus fructibus et ſeruitijs pertinentibus In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum Datum luneborg anno domini Milleſimo Trecenteſimo viceſimoquinto in craſtino aſſumpcionis beate Marie virginis.

Großes rundes Siegel mit dem ſchreitenden Löwen, verletzt.

Urk. 319a.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg ſchenkt dem Abte und Kloſter St. Michaelis in Lüneburg alle Gerechtſame, Dienſte und die Vogtei über zwei Höfe in Beverbeck (im K. Bienenbüttel A. Medingen) nebſt allem Zubehör, unter Anerkennung der Verdienſte, welche ſich der Abt durch Erziehung ſeiner Söhne erworben hat. 5. Juni 1320.

(Nach einer Abſchrift in dem Copialbuche № 9.)

Dei gratia Nos Otto Dux de Br. et L. ad univerſorum Chriſti fidelibus preſentium et futurorum notitiam preſentium tenore cupimus pervenire, quod Nos cum pleno conſenſu et bona voluntate heredum noſtrorum Honorabili Domino Abbati et Conuentui ſuo Monaſterii Sancti Michaelis in Luneborch omne ius, ſervitium et advocatiam, in duas curias cum caſis ſuis in villa Beverbecke ſitas, ſimul et cum attinentijs et quodcunque Nos ibi habuimus et nunc habemus, ex gratia noſtra in ſupradictum Dominum Abbatem propter filios noſtros pie educatas deſixa dedimus, et iam concedimus deinceps in futurum habendam et exercendam. Ut autem hec donatio, quo a nobis irrefragabiliter facta eſt, firma et inviolata a noſtris ſucceſſoribus ſervetur, nec in maledictionem a nobis et anteceſſoribus huic donationi et ſimilibus ante datis conceſſionibus additam ipſi incidant, ſevere iſtud prohibemus, neque volumus qvidquam contra eam facere et audere. Teſtes preſentes fuerunt, Wilhelmus frater noſter dilectus, Otto Magnus, Segebandus a Wittorpe milites, Wedekindus noſter prothonotarius, et alii quam plures Manni noſtri fide digni. In cuius facti evidentiam preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine juſſimus corroborari. Datum Winſen Anno ſalutis noſtre M°. CCC°. XXVI°. In die Sancti Bonifacii Epiſcopi.

Urk. 320.

Ritter Werner von Boldenſele verkauft dem Johann von Gamme ſein Lehns- und Eigenthumsrecht an einem Hauſe oder einer Curie in Wendhauſen (Kirchd. im A. Lüne). 26. Juli 1326.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 24. Juni 1338.)

Nos wernerus de boldenſele. miles. Recognoſcimus in hiis scriptis. Quod Johannes de Gamma, Oſtenſor preſencium vnam Domum, ſiue vnam Curiam ſitam in villa wenthuſen, a nobis iure pheodali tenuit ſeu habuit. Cuius ſcilicet. Curie, pheodum et proprietatem. et totum Jus. quod in Eadem habuimus ſeu habere potuimus. Cum voluntate et conſenſu omnium heredum noſtrorum legitimorum, Eidem Johannj de Gamma et suis veris ac Juſtis heredibus pro septem marcis vendidimus Jure hereditario poſſidendum. et plane, tam cum Curia, quam cum Ipſa proprietate ad faciendum et dimittendum totaliter quod sue placuerit uoluntati. nobis et noſtris heredibus penitus nichil iuris in Ea . . de cetero reſeruantes. In qua eciam Curia, si idem Johannes aliquod ex parte noſtri Impedimentum habuerit. hoc sibi. dum ab Ipſo. vel a suis heredibus moniti fuerimus vna cum noſtris patruelibus wolthero videlicet. wernero et Conrado dictis de boldenſele tenebimur diſbrigare. Quod Nos vniuerſi et ſinguli iam nominati. huic Johannj et ad manus suas Domino Gotfrido. et hildemaro dictis de Odem. vna cum Ipſo domino wernero patruele noſtro data fide promiſimus et compromittimus in hijs scriptis. In Cuius rei Teſtimonium noſtris cum sigillis preſens scriptum dedimus inſignitum. Datum anno dominj. M. CCC XXVI. In Craſtino beatj Jacobi apoſtoli glorioſi.

Rundes Siegel, verletzt, von der Umſchrift die Buchſtaben „LITIS DE BOLDEN“, unter einem abgeſprungenen Helme ein kleiner, ſchräg geſtellter Schild mit dem aufrechten Löwen. Drei Herzſiegel: „* S WOLTHERI DE BOLDESE“ mit dem aufrechten Löwen; „S' WERNERI JUNIORIS DE BOLLESE“ mit einem Helme, welcher mit einem Hute mit ſechs Hahnenfedern geziert iſt; „† ꝛ CONRADI . DE BOLLENSEN“ wie unter Urk. 293.

Urk. 321.

Propſt Nikolaus zu St. Mauricii in Ebſtorf tauſcht mit dem Abte Werner im Kloſter Lüneburg einige Eigenbehörige. 28. Juli 1326.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos, dei gratia. nicolaus, prepoſitus monaſterii sancti mauricij in ebbekeſtorpe, tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes, quod matura deliberacione prehabita, permutacionem fecimus, cum honorabili viro domino wernero abbate in caſtro lvneborg, dando sibi, Johannem carpentarium. et gherhardum fratrem suum, noſtre eccleſie litones, pro iohanne dicto dikeman morante in eſtorpe, litone domini abbatis antedicti, In cuius rei teſtimonium sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, datum anno domini M. CCC. XXVI. In die panthaleonis Martiris.

Länglich rundes Siegel „... ICHOLAI . PPOSITI DE HEBEKESTORPE“ mit dem heiligen Mauritius, wie die Abbildung unter Urk. 792.

Urk. 322.

Die Gebrüder Pardam, Anno und Waſmod von dem Kneſebeck, Huner, Waſmod's Sohn, die Gebrüder Ludolf und Johann, Iwan, Pardam's Sohn, alle von dem Kneſebeck, und die Gebrüder Gerhard, Waſmod und Heinrich Kind verkaufen dem Abte Werner und dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg die Hälfte eines Sunders und einen ganzen Sunder jenſeits der Elbe, wie auch Güter zu Meetſchow (im K. u. Ger. Gartow) und Radegaſt (Kirchd. A. Bleckede) und auf der andern Seite der Elbe. 24. Auguſt 1326.

(Nach dem Copialbuche № 6 S. 70 f. № 62 des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

In nomine domini Amen. Nos Pardem miles Anna. et waſmodus famuli fratres hunerus filius dominj waſmodi. Ludolfus et Johannes fratres ywen filius pardem famuli dictj de knefebeke Gherhardus famulus waſmodus miles hinricus famulus fratres dictj kynt tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtando quod de maturo conſilio et vnanimi conſenſu omnium legittimorum heredum noſtrorum vendidimus honorabili viro domino wernero Abbati et ſuo monaſterio ſancti Michaelis in Luneborch ordinis ſancti Benedicti dimidietatem vnius Silue que dicitur maior Sundere quam ab eo in pheodo habuimus et eſt ſita ultra Albiam. Item vendidimus ei et ſue eccleſie vnum integrum Sundere ſitum ab eadem parte Albie qui nobis hereditario et proprio iure pertinebat. Inſuper ſibi vendidimus omnia bona noſtra que habuimus in villis Mechowe et Redegaſt et que habuimus ab alia parte albie que bona cum ſiluis campis et pratis paſcujs aquis vijs et invijs ad ea pertinentibus nobis annuatim ſolvebant quinque marchas et Quatuor ſolidos hamburgenſium denariorum et hec bona cum predictis bonis duobus Sundere ſimul dedimus ſibi et ſuis ſucceſſoribus pro Centum Marchis et Quinque marchis Luneburgenſium denariorum perpetue poſſidenda, cum omnj jure quod nobis in ipſis competebat uel competere poſſet in futuro, que eciam bona ſibj reſignauimus coram Judicibus et Scabinis. Et volumus eſſe veri et Juſtj warandatores eorundem bonorum ſicut de proprijs bonis legitima warandia darj ſolet, quod ſibj et ſue eccleſie memorate in ſolidum promiſimus fide data, Prefatus igitur dominus Abbas et ſuj ſucceſſores habebunt Liberam opcionem. dandj. vendendj Legandj in dictis bonis et faciendi cum ejs quicquid de eorum fuerit beneplacito. voluntate. Ad quod obſeruandum nos et noſtros heredes eſſe volumus obligatos In cuius euidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt dominj hinricus Rybe Johannes Pvſteke Gotfridus de Odem Zeghebandus de wittorpe Joannes de Thône Milites dominus Hermanus plebanus in Blekede Egelbertus notarius Manegoldus de Eſtorpe Bertrammus puſteke. Grope de Nechze famulj et quam plures alij fide dignj. Actum et datum Anno dominj M. CCC. XXVI. in vigilia aſſumpcionis beate Marie virginis.

Urk. 323.

Walter von Boldenſen ſchenkt dem Abte Werner, Prior Johann und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ein Talent jährlicher Einkünfte aus dem Hofe Meiſlingen (im K. Nahrendorf A. Bleckede). Lüneburg, 30. Januar 1327.

(Nach dem Copialbuche № 5 Fol. ccxxxiij^{b} des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Ego walterus de Boldenſen famulus Recognoſco publice proteſtando quod honorabili viro domino wernero Abbati et domino Johanni priori totique conuentui Monaſterij ſancti Michaelis in Luneborgh ordinis ſancti Benedicti de pleno conſenſu omnium heredum meorum aſſignaui vnum talentum tollendum annuatim pro remedio anime domine Elizabet quondam vxoris hildemari de odem famuli in Curia dicta Moyſleyg et ipſi recipere debent illud talentum Luneburgenſium denariorum de primis redditibus et melioribus illius Curie ſed ſi in hoc aliquem haberent defectum poſſent et deberent pignoribus extorquere Iſtud igitur talentum in quolibet feſto ſancti Michaelis de illa Curia dabitur donec ego vel aliquis heredum meorum decem marcas Luneborgenſium denariorum ipſis perſoluemus quibus quidem decem marcis perſolutis illud talentum ad nos libere reuertetur Si vero in perceptione illius talenti vel in inpignoracione aliquod impedimentum habuerint prefatus Abbas et Conuentus extunc ego ipſe walterus et zegebandus de monte famulus filius domini Johannis de monte militis ac Albertus Bockmaſt mei Compromiſſores poſtquam commoniti fuerimus per eoſdem domi-

nos Ciuitatem Luneborgh intrabimus ad iacendum Inde non receſſuri niſi ille decem marce fuerint perſolute vel de ipſorum dominorum fuerit voluntate Et nos Zeghebandus de monte et Albertus bocmaſt famulj ſupradicto domino Abbati et Conuentui iſta promiſimus firmiter obſeruanda In Cuius teſtimonium noſtra Sigilla preſentibus ſunt appenſa Datum Luneborgh anno domini M°CCC°XXVII In die ſancti Ipolitj Martiris.

Urk. 324.

Knappe Ludolf von Honſtedt[1]) bekennt, vom Abte Werner zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg ein Gut in Örzen (im K. Beetzendorf A. Winſen a. d. L.) nur auf ſeine Lebenszeit erhalten zu haben. 22. Februar 1327.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Ego ludolfus dictus de honſtede famulus tenore preſentium recognoſco lucide proteſtando, Quod a venerabili domino wernero abbate monaſterij ſancti mychaelis in caſtro lvneburg, ordinis ſancti benedicti vnum bonum situm in villa ordeſſen in pheodo recepj, ad vite mee tempora percipiendum, in hunc modum videlicet, quod poſt obitum meum, idem bonum, cum cenſu, et ſicut extunc dimiſero, prefato domino abbatj et sue eccleſie libere reuertetur, In cuius teſtimonium sigillum meum preſentibus eſt appenſum, datum anno domini M̊CC̊CXXVII, dominica qua cantatur eſto michi.



[1]) Im Siegel iſt derſelbe Ludolf von „Selczinghen“ genannt.

Urk. 325.

Propſt Ludolf, Priorinn Wigburg und der Convent zu Medingen überlaſſen dem Abte Werner und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ein Gut zu Gißen (im K. Bienenbüttel) gegen ein anderes in Secklendorf (im K. Bevenſen, beide A. Medingen). 24. Februar 1327.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 326.)

Nos dei gratia Ludolfus prepoſitus. wigburgis prioriſſa. Totuſque Conuentus humilium ancillarum chriſti in Medinghe. chriſti fideles tam preſentes quam futuros, ad quos preſentia peruenerint ſcire cupimus vniuerſos, quod de communj conſilio et conſenſu totius noſtrj conuentus permutationem fecimus cum honorabili viro domino wernero Abbate, et toto conuentu Monaſterij ſancti Mychaelis in Luneborgh, dantes et dimittentes ipſis, et eorum ſucceſſoribus ſub titulo concambij, vnum bonum in villa Eyſhuſen, quod annuatim ſoluit duo wichimpten

ſiliginis. et vnum wichimten auene, Octo ſolidos, cum pullis et ouis, et cum omni iure quod noſtra eccleſia in eodem bono habebat perpetue poſſidendum. recipientes ab eis vnum bonum ſitum in villa zekerdorpe, quod etiam ſoluit ſingulis annis. duo wichimpten ſiliginis. et octo ſolidos luneborgenſium denariorum cum pullis et ouis, nobis et noſtre Eccleſie, cum omni iuſtitia ſicut ipſi habuerunt iure perpetuo pertinendum. vt autem iſta permutatio in poſterum firmiter obſeruetur, in euidens teſtimonium, ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini. M. CCC. XXVII. In die ſancti Mathye apoſtolj.

Länglich rundes „† S' LVDOLFI . PREPOSITI . DE MEDINGE“ unter einem Ecce homo in einem Regenbogen ein Betender. Länglich rundes „† SIGILL' ECCLESIE SANCTE . MARIE . IN MEDINGE“, eine ſitzende Madonna mit dem Kinde enthaltend.

Urk. 326.

Abt Werner, Prior Johann und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg überlaſſen dem Propſte Ludolf, der Priorinn Wigburg und dem Convente des Kloſters in Medingen ein Gut in Secklendorf (im K. Bevenſen) gegen ein Gut in Eitzen (im K. Bienenbüttel, beide A. Medingen). 24. Februar 1327.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 60 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Nos dei gratia Wernerus Abbas, Johannes prior totusque conventus monasterii Sancti Michaelis archangeli in Luneborch ordinis Sancti benedicti. Christi fideles tam presentes quam futuros ad quos presentia pervenerit. Scire cupimus. universos quod de communi consilio et consensu totius nostri conventus permutationem fecimus cum Honorabili viro domino Ludolfo preposito Wicburge priorissa et toto conventui (*sic*) sanctimonialium in Medinge dantes et dimittentes ipsis et eorum successoribus sub tytulo concambii unum bonum in villa Seckerdorpe quod annuatim solvit duo Wich̃. Siliginis et octo solidos Luneburgensium denariorum. cum pullis et ovis et cum omni jure quod nostra Ecclesia in eodem bono habebat perpetue possidendum recipientes ab eis unum bonum situm in villa Eyshusen quod etiam solvit singulis annis duo Wich̃. Siliginis et unum Wich̃. Avene. octo solidos. cum pullis et ovis. nobis et nostre Ecclesie cum omni iustitia sicut ipsi habuerunt. iure perpetuo pertinendum. ut autem ista permutatio in posterum firmiter observetur. in evidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. datum anno domini MCCCXXVII In die sancti Mathie Apostoli.

Urk. 327.

Biſchof Nikolaus zu Verden befiehlt dem Heinrich von Bücken, Rector der Kapelle St. Spiritus zu Lüneburg, den Abt zu Lüneburg und die Pröpſte zu Lüne und Medingen vor ſich zu fordern, die Procuration (Viſitationsgebühr) ſeines Metropolitans, Erzbiſchofs Matthias zu Mainz, nach einer eidlichen Schätzung ihres halben päpſtlichen Zehnten einzufordern und Quittung zu ertheilen. Rotenburg, 8. März 1327.

(Nach dem Inſerate der Urkunde vom 20. November 1327. — Den Abdruck ſ. daſelbſt.)

Urk. 328.

Otto von Schwerin, Werner und Gevehard Grote, Gebrüder, Diedrich und Detlef von Schwerin, Gevehard und Gottfried, Söhne Otto's Grote, verkaufen dem Abte Werner, Prior Johann und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Rieſte (im K. Bienenbüttel A. Medingen) unter der Zuſage, innerhalb eines Jahres ihnen das Lehnrecht zu verſchaffen. 25. März 1327.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Scheidt vom h. u. n. Adel S. 479. — Vergl. die Urk. vom 13. April 1327, 17. Februar 1333 und 12. September 1333.)

Nos Otto de zwerin. et Nos wernerus. ac Gheuehardus. fratres. dicti Grothen. milites. Thydericus. et Detleuus. dicti de zwerin. famuli. Gheuehardus. et Gotfridus. famuli. filij dominj Ottonis Grothen. pie memorie. lucide in hac litera Recognoſcimus et Teſtamur. Quod Nos communicata manu. simul. et in ſolidum cum bona voluntate et parili conſilio, ac omnium noſtrorum legitimorum heredum conſenſu Quorum intereſt aut in futurum intereſſe dinoſcitur Rite et rationabiliter vendidimus Honorabilibus et Diſcretis viris Domino videlicet. wernero abbati. et Domino Johannj priori. Totique Conuentui Monaſterij sancti Mychaelis Ordinis ſancti benedicti in Luneborch noſtram Integram Decimam, Tam maiorem, quam minutam Totius ville Ryſtede cum omni fructu et vtilitate. et penitus cum omni Jure, Quo, ad noſtros progenitores. et hactenus ad Nosmet ipſos pertinebat aut pertinere poterat pro Trecentis Marcis et Quinquaginta marcis. denariorum Luneburgenſium. Jure hereditario perpetuis temporibus libere poſſidendam. et plane ad faciendum ac dimittendum quod dicto domino abbati placuerit cum Eadem Nobis et noſtris heredibus penitus nichil juris in Ea .. de cetero reſeruantes. Sed, ſi Idem dominus abbas, aliquod in ipſa Decima obſtaculum ſeu impedimentum habuerit, hoc sibi .. dum primo moniti fuerimus diſbrigabimus Qualibet conditione totaliter preterminſſa. Preterea, Nos. a proxima die palmarum nunc ventura, hinc Inde infra primum annum et diem Eidem domino abbati et suo conuentui. a domino feudi procurabimus Totum Jus pheodale vel Quicquid Juris in dicta habuerit Decima. aut ſtatim poſt Ipſum annum Nos vniuerſi et ſinguli vna cum noſtris Conpromiſſoribus Domino videlicet. waſmodo kinth. et Domino Gheuehardo de monte. militibus. Gherardo kint. et henrico de monte. famulis. Ciuitatem Luneborch duos tantum Menſes et non amplius ad manendum intrabimus, sed ſine dubio, Nos sub hiis duobus menſibus, ſicut Jam dictum eſt, a Domino feudi. huic domino abbati. et predicto conuentui Totum Jus pheodale procurabimus et quicquid Juris in decima habuerit antedicta. Quod Nos vniverſi et ſinguli prenominati .. ſepeſatis dominis. abbati. priori. et conventui. Et ad Eorundem manus. Domino Gotfrido de Odem. Domino Seghebando de Wittorpe. et Domino wernero de Medinghen. militibus. communicata manu fide corporali in ſolidum compromiſimus. et in hiis compromittimus omnia predicta Nos firmiter et inuiolabiliter seruaturos. In Cujus facti certitudinem ac Totius rei Euidentiam Nos noſtris sigillis hanc literam deſuper confectam dedimus inſignitam. Datum Anno Dominj M. CCC. XX. VII. in annunciacione beate virginis.





Großes Herzſiegel: „† S' DOMINI TIDERICI CANONICI IN BARDEWIC“, wie unter Urk. 307.
Herzſiegel: „† S' DETLEVI DE SZWERIN“ mit einem gezäumten, linksſchreitenden Pferde.
Herzſiegel: „† SIGIL GHEVEHARDI M LVNEBOR“ mit einem gezäumten, rechtsſchreitenden Pferde.
Herzſiegel: „† GODEVERTI GROTEN“ mit einem gezäumten, rechtsſchreitenden Pferde.
Herzſiegel: „* S' WASMODI . MILITIS . DICTI . KINT“, drei Balken mit Eiſenhütchen belegt (vergl. Urk. 212).

Herzſiegel: „† S GHEVEHARDI MILITIS DE M....“ mit drei in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken, wie unter Urk. 329.



Herzſiegel: „† S HINRICI DE MONTE“ mit vier in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken, wie unter Urk. 279.

Urk. 329.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Werner, Prior Johann und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg einen Hof in Süttorf (im K. Roſche A. Oldenſtadt) und einen Hof in Oldendorf. 25. März 1327.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 7. November 1327 und 4. April 1328.)

Nos Otto de zwerin. miles. et Henricus filius suus. Tenore presencium. lucide Recognoscimus et Testamur. Quod Nos cum matura deliberacione et omnium nostrorum legitimorum heredum ratihabicione, ac plenario consensu Quorum interest aut interesse dinoscitur Rite et rationabiliter vendidimus, Honorabilibus ac Discretis viris Domino wernero abbati. et Domino Johannj Priori. Totique Conuentui Monasterij sancti Mychaelis in Luneborch. Bona Quedam nostra hic conscripta vnam scilicet Domum siue Curiam. in villa Sůttorpe. et aliam Quidem Curiam in villa Oldendorpe cum omnibus suis pertinentijs et penitus cum omnj Jure. sicut ad nostros progenitores. et ad Nos pertinebant aut pertinere poterant pro sexaginta Marcis et sex marcis. Jure perpetuo cum vera Libertate et Justa proprietate perpetuis temporibus libere possidenda Nobis et nostris heredibus penitus nichil Juris in Eisdem bonis in posterum reseruantes. sed ex toto, quod dicto conuentui cum Ipsis bonis placuerit licite et secure facient ac dimittent. In Quibus etiam bonis. si dictus conuentus aliquo modo per Quemcumque imbrigatus fuerit, hoc sibi. nos. vna cum Domino Gheuehardo de monte nostro compromissore primo dum monitj fuerimus tenebimur disbrigare. Quod nos Gheuehardus Jam dictus. vno cum Ipso Domino Ottone et suo filio. prenotatis dominis. abbati. et priori. et Eorum conuentui. fide Corporali coniuncta manu in solidum promisimus et promittimus in hiis scriptis. In Cuius factj Testimonium presentem literam desuper confectam nostris sigillis dedimus insignitam. Datum Anno domini M. CCC. XX. septimo. in annunciacione beate Marie virginis glorioſe.

Drei Herzſiegel: des Otto von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254 ꝛc.; „† S HENRICI DE SVIRIN“ mit einem gezäumten rechtsſchreitenden Pferde, und „† S GHEVEHARDI MILITIS DE MONTE“ mit drei in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken, wie unter Urk. 328.

Urk. 329 a.

Abt Werner, Prior Johann und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen, mit Genehmigung des Biſchofs Nikolaus zu Verden, dem Domherrn Ditmer Schulop zu Lübeck und ſeiner Schweſter und Schweſtertochter ein Wiſpel Salzgut in der Saline Lüneburg. Lüneburg, 8. April 1327.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Leverkus Urkundenb. des Bisthums Lübeck I 652.)

Omnibus preſentia viſuris uel audituris, Wernerus dei gratia Abbas, Johannes Prior, Totusque conuentus Monaſterii ſancti michahelis in Luneborch, ſalutem in omnium ſaluatore. Recognoſcimus tenore preſentium proteſtantes, quod cum pleno conſenſu venerabilis in chriſto patris et domini, domini Nicolai verdenſis Eccleſie Epiſcopi noſtri ordinarii, conſiderato in hoc multiplici noſtro profectu, vendidimus iure hereditario dilectis nobis in chriſto, magiſtro Thitmaro ſchulop, lubicenſis et zwerinenſis Eccleſiarum canonico, et eius ſorori domine Margarete, ac Mechtildi dicte Margarete filie, vnum Chorum Salis in ſalina Luneborch quolibet flumine tollendum in domo Starthuſen in ſartagine que dicitur Gunchpanne ad ſiniſtram manum in introitu huius domus pro.....tis Nonaginta marcis denariorum Lubicenſium numeratis nobis et integraliter perſolutis, cum quibus quidem denariis decimam in Riſtede iure perpetuo parauimus pro noſtro monaſterio predicto uere poſſidendam. — — Datum Luneborch, Anno domini M°. CCC°. XXVII°. Sexto Idus Aprilis.

Urk. 330.

Biſchof Nikolaus zu Verden ertheilt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg ſeine Zuſtimmung, daß daſſelbe ein Salzgut in der Saline daſelbſt an den Canonicus Ditmar Schulop zu Lübeck und Schwerin, deſſen Schweſter Margarete und deren Tochter Mechtild verkauft, und für den Erlös den Zehnten in Riſte (im K. Bienenbüttel A. Medingen) gekauft hat. Lüneburg, 13. April 1327.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Pratje A. u. N. V 270 und bei Bilderbeck Sammlung ungedr. Urkunden I, I 24. — Vergl. Urk. vom 8. April 1327.)

Nicolaus dei gratia verdenſis Eccleſie Epiſcopus omnibus preſentia viſuris vel audituris ſalutem in domino, Tenore preſencium recognoſcimus proteſtantes, quod cum dilecti nobis in chriſto religioſi viri domini.. Abbas.. Prior et Conventus Monaſterij ſancti Michahelis in Luneborch intenderent comparare Decimam in Riſtede jure perpetuo, de noſtro pleno conſenſu vendiderunt. Diſcreto viro Magiſtro Thitmaro schulop Lubicenſis et zwerinenſis Eccleſiarum Canonico. et sororj ejus Margarete, ac Mechtildi dicte Margarete filie vnum chorum salis quolibet flumine tollendum in salina Luneborch in Domo starthuſen in siniſtra Gunchpanne in jntroitu huius domus pro Trecentis nonaginta Marcis denariorum Lubecenſium, cum quibus quidem denarijs, in recompenſam predicti Chori salis iure hereditario venditi, dicti.. abbas.. prior et Conuentus emerant decimam in Riſtede memoratam, Perpendentes itaque premiſſas, venditionem Chori salis et emptionem decime predicte eidem monaſterio eſſe multipliciter fructuoſas, in ſignum noſtri conſenſus ſigillo noſtro roborauimus preſens ſcriptum, Datum Luneborch, Anno domini M.CCC.XXVII. Idus aprilis.

Länglich rundes „* S' NICOLAI DEI GRACIA VERDENSIS ECCE EPI“, der Biſchof ſitzend unter einem Spitzbogen, über welchem fünf Thürme; der Hintergrund mit Sternen beſäet.

Urk. 331.

Die Gebrüder Johann, Gevehard, Arnold und Alverich Schlepegrell überlaſſen der Abtei St. Michaelis in Lüneburg ihr etwaiges Vogteirecht über den Hof Delventhal (im K. Viſſelhövede A. Rotenburg). Verden, 15. Mai 1327.

(Nach dem Abdrucke bei Pratje Altes u. Neues aus dem Herzogth. Bremen u. Verden II 38.)

Nos Johannes et Ghevehardus, milites, Arnoldus et Alvericus, famuli, fratres dicti Ghevehardi, cognominati Slepegrellen, recognoſcimus et tenore preſentium publice proteſtamur. quod de maturo conſilio et conſenſu omnium heredum noſtrorum, et quorum intereſt, et intereſſe poterit, dimiſimus libere ius advocatie, ſi quod habuimus, in curia Delvendale, pertinente ad abbatiam Sancti Michaelis in Luneborgh libere et expedite, nihil ulterius nobis vel heredibus noſtris in eadem curia iuris cuiuscunque amplius vindicantes. Ut iſta ordinatio rata permaneat in perpetuum, preſentem literam ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari. Datum et actum Verde anno Domini M. CCC. XXVII. feria ſexta ante Dominicam Aſcenſionis Domini in loco capitulari, preſentibus Johanne, Decano, Johanne, Prepoſito Sancti Andree, Conrado de Heimwida, Archidyacono in Bevenhuſen, Henrico, Theſaurario, dicto de Boiffeneborgh, Ottone, Archidiacono in Suttern dicto Cluvere, et Lamberto de Alden, Canonicis eccleſie Verdenſis, et aliis pluribus, fide dignis, ad hoc ſpecialiter vocatis et rogatis.

Urk. 331a.

Knappe Walter von Boldenſen überweiſt dem Abte Werner, Prior Johann und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg zum Seelenheile der verſtorbenen Eliſabeth, Gemahlinn des Knappen Hildemar von Ödeme, eine Geldrente von einem Pfunde aus einem Hofe in Moislingen (im K. Nahrendorf A. Bleckede), welche er durch zehn Mark Lüneb. Pfennige abzulöſen ſich vorbehält. Lüneburg, 13. Auguſt 1327.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Ego walterus de boldenſen famulus recognoſco publice proteſtando. quod honorabili viro domino wernero abbati, et domino Johanni priori totique conuentuj Monaſterii ſancti Mychaelis in lvneborg, ordinis ſancti benedicti, de pleno conſenſu omnium heredum meorum aſſignauj vnum talentum tollendum annuatim pro remedio anime. domine Elyzabeth quondam vxoris hildemari de odem famuli, in curia dicta Moyſleyg, et ipſi recipere debent illud talentum lvneborgenſium denariorum, de primis redditibus et melioribus illius curie, ſed ſi in hoc aliquem haberent defectum, poſſent et deberent pignoribus extorquere, iſtud igitur talentum in quolibet feſto ſancti Mychaelis de illa curia dabitur, donec ego uel aliquis heredum meorum decem Marcas lvneborgenſium denariorum ipſis perſoluemus. quibus quidem decem Marcis perſolutis illud talentum ad nos libere reuertetur, Si vero in perceptione illius talenti uel in impignoracione aliquod detrimentum habuerint prefatus abbas et conuentus, extunc ego ipſe walterus, et zeghebandus de monte, famulus, filius dominj johannis de Monte, Militis, ac albertus bocmaſt, mei compromiſſores, poſtquam commoniti fuerimus per eoſdem dominos, Ciuitatem lvneborgh intrabimus ad iacendum. inde non receſſurj, niſi ille decem Marce fuerint perſolute. uel de ipſorum dominorum fuerit voluntate, Et nos zeghebandus de monte, et albertus bocmaſt, famuli, ſupradicto, domino.. abbati et conuentui iſta promiſimus firmiter obſeruanda, In cuius teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum lvneborg, anno dominj. M. CCC. XXvij. In die ſancti ypoliti Martiris.

Herzſiegel: „* S' WOLTHERI DE BOLD....“ mit einem aufrechten Löwen, wie unter Urk. 320.



Rundes „† SIGILLV SE...ANDI DE MONTE“, über einem ſchräg gelehnten Herzſchilde mit vier in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken ein Helm, welcher mit Sicheln, jede mit zehn gleichen Balken beſteckt, geziert iſt; der Hintergrund gegittert mit Punkten.

Urk. 332.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg bezeugt, daß in ſeiner Gegenwart Ritter Otto von Schwerin, mit Zuſtimmung des Knappen Detlef von Schwerin, zum Seelenheile ſeiner Mutter, des Ritters Heinrich und des Knappen Werner von Schwerin, der Kirche St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen Hof in Süttorf (im K. Roſche A. Oldenſtadt) und einen Hof in Oldendorf geſchenkt hat. Lüneburg, 7. November 1327.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 25. März 1327.)

Dei gratia Nos Otto Dux de brunefwich et Luneborgh, vniuerſis quibus prefencia contingerit exhiberi recognoſcimus in eiſdem. quod strenuus vir otto de zwerin miles, Conſenſu Dethleui de zwerin, famulj, eorumque heredum atque omnium quorum intereſt ſeu jntereſſe poterit in futurum, propter deum, et ob ſalutem, proprie anime, ac omnium parentum ſuorum, precipue matris ſue Dominj, henrici militis. wernerj, famulj, de zwerin, pie memorje, Coram nobis preſentibus et audientibus, dedit et aſſignauit, Eccleſie sancti Mychaelis in caſtro noſtro Luneborgh, Duas curias cum omnj jure, et vtilitate, vnam in villa, sũdorpe, aliam in villa Oldendorpe, jure hereditario, perpetuo poſſidendas. In huius pie et irrevocabiljs, donacionis ac noſtre proteſtacionis, euidenciam firmiorem noſtrum sigillum prefenti pagine duximus apponendum, Datum Luneborgh anno dominj, M, CCC XXVII, In die willebordj pontificjs glorioſj.

Großes rundes Siegel des Herzogs Otto mit dem ſchreitenden Löwen.

Urk. 333.

Heinrich von Bücken, Rector der Kapelle St. Spiritus zu Lüneburg, ertheilt dem Abte Werner zu St. Michaelis in Lüneburg Quittung über die Zahlung von 10 Mark Silber zur Mainzer Procuration [1]). Lüneburg, 20. November 1327.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

In nomine domini. amen. Omnibus prefentia viſuris uel audituris, Hinricus de Bucken Rector Capelle ſancti ſpiritus in Luneborch presbyter, gratiam in prefenti ſeculo et gloriam in futuro, Litteras reuerendi in chriſto patris ac domini, domini Nicolai verdenſis Eccleſie Epiſcopi, non abolitas non cancellatas, nec in aliqua parte uiciatas ſuo uero ſigillo

[1]) Die Schätzung des Abts zu Lüneburg, welche auf Befehl des Verdener Biſchofs Nikolaus vom 8. März 1327 geſchehen iſt (vergl. Urk. 327), hat ſich nicht über 500 Talente belaufen, ſo daß die Zahlung eines Schillings vom Talent noch keine 10 Mark Silber beträgt.

appendente ſigillatas recepi quarum tenor de uerbo ad uerbum dinoſcitur eſſe talis, Nicolaus dej gratia verdenſis Eccleſie Epiſcopus, Dilecto ſibi in chriſto, domino hinrico de Bucka rectori capelle ſancti ſpiritus in Luneborch ſinceram in domino caritatem, Noueritis quod de Biennio procurationem venerabilis in chriſto patris ac domini Mathie ſancte Moguntinenſis Eccleſie archiepiſcopi Metropolitani noſtri ſecundum taxationem dimidie decime, colligi fecimus quaſi ab omni clero noſtre dioceſis, ſed honorabiles viri Domini.. abbas in Luneborch.. Prepoſiti in Lune et Medingo Monaſteriorum iuxta taxationem regiſtri, quantum eos contingere poterat totaliter non ſoluerunt, allegantes pro ſe quod in taxatione facta per ipſorum anteceſſores ſit erratum, et quod dicta eorum Monaſteria nondum tantas prout regiſtrum loquitur habeant facultates. Quare de veſtra diſcretione gerentes confidentiam ſpecialem vos requirimus rogantes, et vobis in virtute obedientie nichilominus iniungentes, Quatenus auctoritate noſtra conuocetis dictos prelatos. et ab eis exigatis dictam procurationem ſecundum eſtimationem medie decime papalis de nouo coram vobis faciendam ſub eorum iuramentis compellentes eos ſoluere per cenſuram eccleſiaſticam ſolidum de talento, detiſque eis litteras quitationis noſtro ſub ſigillo de procuratione huiusmodi perſoluta. Datum Rodenborch anno domini M. CCC. XXVII. VIII Idus Marcij Huius igitur auctoritate mandati citaui honorabilem virum dominum wernerum. abbatem Monaſterii in Luneborch qui mihi decem Marcas puri argenti ponderis Luneburgenſis preſentauerat, ratione huiusmodi procurationis et ab eo taxationem reddituum ſui Monaſterij ſecundum mandatum mihi iniunctum poſtulaui et cum fidelitate debita requiſiui, Dictus vero dominus.. Abbas tactis ſacroſanctis ewangelijs preſtitit iuramentum, quod dicti ſui Monaſterij redditus tam ad eum quam ad conuentum ſuum pertinentes ſecundum communem eſtimationem ſiue taxationem decime, vltra Quingenta talenta denariorum Luneburgenſium ſe non extenderent omnibus que computanda fuerant computatis, Cum vero inuenirem ex premiſſa taxatione, dictum dominum.. Abbatem plus ſoluiſſe in predictis decem marcis argenti ad ipſam procurationem Moguntinam quam ipſe aut ſuum Monaſterium ſoluere teneretur, ei preſentes litteras pro quitationis litteris et regiſtri correctione tradidj ſigilli mej munimine roboratas. Teſtes huius taxationis et rei ſunt, honorabilis et religioſus vir. dominus Gerbertus abbas in Schermbeke, ac diſcreti viri domini Johannes de wittorpe rector. et Johannes de Remſtede vicarius Eccleſie ſancti Johannis in Luneborch preſbitri et quam plures alij fidedigni ad premiſſa uocati pro teſtibus ſpecialiter et rogati. Et nos Gerbertus abbas, Johannes rector et Johannes de Remſtede vicarius eccleſie ſancti Johannis in Luneborch predicti, qui premiſſis omnibus interfuimus in euidentius teſtimonium. ſigillis noſtris pro firmiori teſtimonio corroborauimus preſens ſcriptum. Actum et Datum Luneborch Anno domini Milleſimo Trecenteſimo, viceſimo ſeptimo, Sexta feria ante feſtum beate Cecilie virginis glorioſe.

Vom runden Siegel „....NRICI . DE . BVCKE ....." ein Stück mit den Trägern der Weintraube aus dem gelobten Lande (4 Moſes XIII, 24). Länglich rundes „† S' ABBA . IS DE RIVO ..... ARIE" mit einem ſtehenden Abte, den Stab in der Rechten haltend. Länglich rundes Siegel „...OHIS . D WITT.... .... MOD...." verletzt, vor Johannes dem Täufer ein Knieender, über deſſen Haupte eine Blume, in der untern Spitze ein Schild mit drei Fiſchen in einem welligen Bache (vergl. Abbildung unter Urk. 153). Rundes „† S'. JOHAN... DE REMSTEDE. CLERIC.", ebenfalls mit den Trägern der Weintraube. Sämmtliche Siegel in braunem Wachſe.

Urk. 334.

Ritter Otto von Schwerin, ſein Sohn Heinrich und ſein Neffe Detlef, Knappen, verkaufen an Anton von Melbeck ihr Haus und die Zehnten zu Almſtorf (im K. Himbergen A. Medingen), welche ſie dem Lehnsherrn, dem Abte zu Lüneburg, zu reſigniren geloben. 7. Januar 1328.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos Otto de Zwerin. miles. et Henricus filius suus. ac Detleuus patruelis fuus. famuli. Tenore prefentium lucide recognoſcimus et Teſtamur. Quod Nos. cum matura deliberacione et omnium noſtrorum legitimorum heredum ratihabicione rite et racionabiliter vendidimus. noſtro ſpeciali amico, domino Antonio de Melbeke. bona quedam noſtra, vnam videlicet. domum ſiue Curiam ſitam in villa Eylmeſtorpe, quam magiſter Ciuium inhabitat. et Integram Eiuſdem ville Eylmeſtorpe Decimam tam maiorem quam minutam penitus cum omnj Jure Quoad ad Nos pertinebant vel pertinere poterant pro Quinquaginta quinque marcis denariorum Luneborgenſium perpetuis temporibus libere poſſidenda. et plane ad faciendum et dimittendum quod Sibi placuerit cum Eiſdem .. Nobis et noſtris heredibus penitus nichil Juris in Eis .. de cetero reſeruantes. Que ſcilicet bona coram domino Abbate in Luneborch Qui eorundem bonorum feudator eſt reſignabimus dum ab ipſo domino antonio, vel a suis fidei receptoribus ſubſcriptis fuerimus requiſiti. Quibus reſignatis. Ipſum dominum Antonium de hiis bonis warandabimus extunc et exnunc. ſicut de Jure debet et de terre conſuetudine ſolet talium bonorum warandia obſeruari. Quod ſi Ipſe aliquo modo in hijs grauatus vel impeditus fuerit bonis, hoc sibi. ſtatim diſbrigabimus in amicitia vel in Jure. Quod Nos .. prenominati de zwerin huic domino Antonio Et ad manus ſuas fratribus ſuis Ottonj videlicet. et Johannj fidetenus compromiſimus et ſide Corporali communicata manu in hijs scriptis in ſolidum compromittimus omnia predicta Nos firmiter seruaturos. In Cuius rei Teſtimonium noſtris sigillis hanc literam deſuper confectam dedimus inſignitam. Datum Anno domini M.CC.C. XXVIII. In Craſtino feſti Epyfanie dominj.

Drei Herzſiegel: des Otto von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254; „† S HENRICI DE SVIRIN“, wie unter Urk. 329, und „† S' DETLEVI DE SZWERIN“, wie unter Urk. 328 an fünfter Stelle.

Urk. 335.

Die Herzöge Otto und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg bekennen, vom Kloſter St. Michaelis in Lüneburg für die Vogtei über den Hof des Meiers in Wendhauſen ein Gut in Kolkhagen und in Gellerſen erhalten zu haben. 6. März 1328.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 336 von demſelben Tage. — Abgedr. bei Bilderbeck deduct. Beil. M. 21.)

Nos, dei gratia, Otto, et wilhelmus, fratres, Domicellj de brunſwig, et in lyneborg, chriſti fideles prefencia viſuros ſeu audituros, ſcire cupimus vniverſos, quod de maturo conſilio et ratihabicione omnium heredum noſtrorum, permutacionem fecimus, Cum religioſis viris, Domino wernero abbate, et ſuo Conuentu. Monaſterij. sancti mychaelis. in Caſtro noſtro, lyneborg, ordinis ſancti benedicti, Dantes ipſis et eorum ſucceſſoribus, aduocatiam, vnius Curie, villici, in wenthuſen, cum omnj jure, quod nobis et noſtris legitimis heredibus, in ipſam, hucuſque competebat, uel competere poſſet in futuro, pro duobus bonis, quorum vnum ſitum eſt, in villa Colchagen, ſoluens vnum wichemthen siliginis, Cuius boni aduocacia. ad dictum dominum.. abbatem et ſuum Monaſterium pertinebat vſque modo. et aliud bonum, ſitum eſt in villa, ghelderdeſſen, ſoluens, annuatim, in feſto sancti mychaelis, ſeptem ſolidos, lyneburgenſium denariorum, et duos pullos, perpetuis temporibus libere percipiendos, a nobis et noſtris heredibus, debet eciam idem dominus.. abbas et ſuus conuentus antedictus, aduocatiam, dicte Curie in wenthuſen cum omni jure. in perpetuum libere poſſidere, In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra, prefentibus ſunt appenſa, Datum, anno dominj, M,CC. XXVIII, dominica, qua cantatur oculi mei.

Zwei runde Siegel, wie unter Urk. 359.

Urk. 336.

Abt Werner, Prior Johann und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg überlaſſen den Herzögen Otto und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg ein Gut in Kolkhagen (im K. Embſen A. Lüne) und ein Gut in Gellerſen (im A. Winſen a. d. L.) gegen die Vogtei über den Hof des Meiers in Wendhauſen (Kirchd. im A. Lüne). 6. März 1328.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 335 von demſelben Tage.)

Nos, dei gratia, wernerus abbas, johannes prior, Totusque Conuentus monaſterij ſancti Mychaelis in caſtro lvneborg, ordinis ſancti benedicti, chriſti fideles, preſencia, viſuros, ſeu audituros, ſcire cupimus vniuerſos, quod de maturo conſilio, et vnanimj conſenſu, permutacionem fecimus, cum Illuſtribus principibus, domicellis noſtris, ottone, et wilhelmo, fratribus, et Ducibus, de brunſwic et in Lvneborg, Dantes ipſis, et eorum legitimis heredibus, duo bona, qorum vnum ſitum eſt in villa dicta Colchaghen, ſoluens vnum wichemetonem ſiliginis, cuius quidem bonj aduocacia cum omni jure ad nos, et noſtrum monaſterium pertinebat, et aliud bonum ſitum eſt, in villa ghelderdeſſen, ſoluens in feſto ſancti mychaelis quolibet anno ſeptem ſolidos lvneburgenſium denariorum, et duos pullos, cuius boni locatio abſque advocatia, ad noſtrum ſpectabat Conuentum, perpetuis temporibus libere poſſidenda, pro aduocatia vnius Curie villici in wenthuſen, quam dicti Domicelli noſtri.. cum omnj jure, quod ipſi, uel eorum heredes, hactenus habebant, ſeu habere poterunt in futuro in eadem aduocatia, nobis et noſtris ſucceſſoribus percipiendam perpetuo, libere reſignarunt, In cuius rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus duximus apponenda, Datum, anno, dominj, M̀, CC̀C, XXVIIÌ, dominica qua Cantatur oculi mei.

Länglich rundes „† S . WERNERI . DEI . GRACIA . ABBATIS . IN . LVNEBORCH", der Abt ſitzend, den Stab in der Linken, die Rechte zum Segnen erhoben. Großes rundes Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. a.

Urk. 337.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Propſt Nikolaus zu Ebſtorf dem Abte Werner zu St. Michaelis in Lüneburg für einige Güter in Melzingen (im K. u. A. Ebſtorf) eine Geldrente aus der Saline Lüneburg überlaſſen hat. Lüneburg, 12. März 1328.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneborch, Gerbertus Magiſtri putej, Albertus de Molendino, Hermannus de arena, Johannes Longus, Nicolaus Garlop, Albertus hollo, Johannes Dikke, Thitmarus Zabel Johannes de Melbeke, Nicolaus hoyke, Thidericus abbenborch, Borchardus hoyeri, Tenore preſentium proteſtamur, Quod honorabilis vir, dominus Nicolaus prepoſitus in Ebbekeſtorpe, vnanimj conſenſu ſui Conuentus, via permutationis recipiens quedam bona alia equiualentia in villa Meltzinge, dimiſit honorabili viro domino wernero abbati Monaſterij ſanctj Michaelis in Luneborch redditus sex ſolidorum annuatim in ſalina Luneborch in Domo volquardinge in occidente cum domus intratur ad ſiniſtram manum in ſartagine que Gunch panne nuncupatur wigariter poſſidendos iure perpetuo et in feſto beati Michahelis annis ſingulis perſoluendos, In cuius rej teſtimonium noſtre Ciuitatis ſigillum preſentibus litteris duximus apponendum, Datum Luneborch, anno dominj M̀. CC̀C. XXVIIÌ. In die beati Gregorij pape.

Siegel der Stadt Lüneburg.

Urk. 338.

Die Gebrüder Manegold und Georg von dem Berge verkaufen dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg ihr halbes Dorf „Weykeve" mit dem Eigenthumsrechte und der Vogtei. 3. April 1328.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos Manegoldus de Monte . et Georgius frater ſuus . famuli . Tenore preſentium . lucide Recognoſcimus et Teſtamur . Quod Nos parili conſilio et omnium noſtrorum legitimorum heredum Quorum intereſt vel intereſſe dinoſcitur conſenſu Rite et rationabiliter vendidimus Honorabilibus viris ac Diſcretis Dominis .. Abbatj . Priori .. Totoque Conuentui Monaſterij ſancti Mychaelis in Luneborg, noſtram Dimidiam villam weykeve, cum vera et Juſta Libertate ac proprietate . et cum omnibus ſuis pertinencijs Agris videlicet . paſcuis . pratis . Terris . Nemoribus . Lignis . et Rubetis . vijs et invijs . cum aduocacia et penſionibus ac ſeruicijs . et penitus cum omnj Jure Quo ad Nos pertinebat aut pertinere poterat perpetuis temporibus libere ac licite cum ſuis ſucceſſoribus poſſidendam . Nichil nobis , et noſtris heredibus Juris in hiis bonis de cetero reſeruantes . ſed penitus et plane Idem Conuentus quod ſibi placuerit cum hac Dimidia villa faciet ac dimittet . Preterea , Nos vna cum noſtris Compromiſſoribus Domino videlicet . Gheuehardo . milite . et henrico fratre ſuo . ac wernero . famulis . dictis de monte . patruelibus noſtris . pro warandia huius dimidie ville ſtamus ſiue ſtabimus ſicut Juris eſt , et de conſuetudine terre warandia fieri ſolet . Et pro omnj Impedimento quod dicto Conuentui in hijs bonis euenire poterit . Nos . vniuerſi et ſinguli prenominatj .. prefatis dominis .. et ad manus suas Domino Gotfrido de Odem . Domino waſmodo kinth . et domino wernero de Medinghen . militibus communicata manu fidem in ſolidum preſtamus Corporalem . Quod ſi dictus Conuentus Inbrigatus vel aliquo modo , grauatus fuerit in hiis bonis . hoc sibi . sub obtentu fidei noſtre diſbrigare tenebimur dum primo ſumus requiſitj . In Cujus rei certitudinem ac Totius facti Euidenciam noſtris sigillis preſens scriptum dedimus inſignitum . Datum Anno domini . M. CCC. XX VIII . in feſto paſche.

Rundes „† S' MANEGOLDI DE MONTE", Schild mit drei geſpitzten Balken, Hintergrund doppelt gegittert mit Punkten; Herzſiegel „† S GEORBII . DE . MONTE" mit drei gleichen Balken; rundes „† S' GHEVEHARDI MILITIS DE MONTE", wie das Siegel an erſter Stelle: Herzſiegel „† S HINRICI . DE . . . . E" mit vier gleichen Balken, wie unter Urk. 279; Herzſiegel „† S WERNERI DE MON . ." mit drei gleichen Balken.

Urk. 339.

Knappe Detlef von Schwerin bekennt, daß ſein Neffe Otto von Schwerin dem Abte und Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg die Höfe in Suttorf (im K. Roſche A. Oldenſtadt) und Oldendorf mit ſeiner Zuſtimmung geſchenkt hat. 4. April 1328.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 25. März und 7. November 1327.)

Ego Detleuus de Zwerin . famulus in hac littera, meo sigillo sigillata lucide Recognoſco . Quod Dominus Otto de Zwerin Patruelis meus . cum mea bona voluntate dedit et contulit Domino .. Abbati Totique Conuentui Monaſterij ſancti Mychaelis in Luneborg . Duas domos ſiue Curias cum omnj Jure . vnam videlicet . Curiam ſitam in villa sutdorpe . aliam vero Curiam ſitam in villa Oldendorpe, pro salute animarum, suorum . atque meorum progenitorum perpetuis temporibus cum vera libertate et Juſta proprietate libere poſſidendas . Quam donacionem Ego nunquam reclamabo nec contradicam . Quod . dicto Conuentui . promitto fidetenus in hiis scriptis . Datum anno dominj M. CCC vicesimo Octauo feria secunda in septimana glorioſi feſti paſche.

Herzſiegel „. . . . LEVI DE SZWE . . .", wie unter den Urk. 228 und 334.

Urk. 340.

Herzog Otto von Braunſchweig und Lüneburg und ſeine Söhne Otto und Wilhelm verbieten den Mißbrauch, daß Jemand von ihretwegen, oder von wegen ihrer Vögte den Nachlaß von Pröpſten, Pfarrern und Vicaren, welche von ihnen Benefice beſitzen, gleich dem Nachlaſſe der Leibeigenen, räuberiſch hinwegſchleppe, ertheilen ſolchen Geiſtlichen und ihren Teſtamentarien das freie Verfügungsrecht über ſolche Güter; wogegen dieſe Geiſtlichen jedes Jahr zwei Mal in der Kirche St. Cyriaci in Lüneburg für die Herzöge Vigilien zu ſingen und Meſſe zu leſen ſich verpflichtet haben. Lüneburg, 24. Juni 1328.

(Aus dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Den Abdruck ſ. bei Scheidt vom Adel, mantiſſa p. 581.)

Großes rundes Siegel des Herzogs Otto mit dem ſchreitenden Löwen; kleine runde Siegel der Herzöge Otto und Wilhelm, wie unter Urk. 359.

Urk. 341.

Knappe Nikolaus Bere verkauft ſeiner Schwägerinn Luszeke, Wittwe ſeines Bruders Heinrich Bere, ſeinen Hof in „Holtzele“. 10. October 1328.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 23. Auguſt 1358.)

Ich nycolaus bere de knecht, bekenne vnde betughe in deſſeme gegenwardighen breue openbarliken, dat ich mit volbort vnde mit willen alle miner rechten eruen, hebbe vorkofft. miner ſuſteken vrouwen Luſceken der wedewen hinrikes des beren mines broders. deme got gnedich ſi vnde eren rechten eruen, minen hof in deme dorpe to holtzele lyt. de min recht erue is. dar Meyne oppe wonet, mit alleme rechte mit aller nut in watere in weydhe in holte in veldhe in wiſchen alſo ich den hof wente her beſeten hebbe, vor viftich mark luneborger penninghe to rechtem erue eweliken to beſittende vnde vmbeworen. vortmer ſchal ich ſe waren par vnde dach alſo men recht erue waren ſcal. alſo dat ſe vnde ere rechten eruen mit dheme houe dón vnde lathen móghen wat ſe willen, vorkopen vorgheuen vorſetten wanne ſe willen vnde weme ſe willen. vortmer wordhe de vorbenomedhe vrouwe vnde ere rechten eruen in deme voreſcreuenen houe mit ychte beworen wanne ſe my dar vmme tó ſpreken dar na binnen ver weken ſcal ich ſe vntweren vmbeworen van al dher bewerniſſe des houes. Dith loue ich ere yn truwen vnde to erer hant heren werner van medinge deme ryddere vnde hunere van der odeme deme knechte alle deſſe voreſcreuenen dyngh ganzelichen to holdende. vnde to ener groteren betughinghe alle deſſer vorbenomeden dingh ſo hengh ich min yngeſegel to deſſeme yeghenwardighem breue. Dhit is gheſchen na godes bord duſent par drehundert par in deme Achtvnde twintigeſtem yare. in ſunte gallen dage.

Herzſiegel „. S' NICOLAI • DICTI • BEREN.“ mit einem rechts ſchreitenden Bären über drei geſchachten Balken (vergl. Abbildung des Siegels unter Urk. 294).

Urk. 342.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Margarete, Tochter des Ritters Albert Diſe, an Eliſabeth, Huner's Wittwe, eine Geldrente aus der Saline Lüneburg verkauft hat, wofür die Memorie Margarete'ns von Lintlo am Altare Corporis Chriſti in der Kirche St. Cyriaci in Lüneburg gefeiert werden ſoll. Lüneburg, 28. September 1329.

(Nach einem Transſumte vom 10. December 1375, ſ. Urk. 681 b.)

Nos Conſules Ciuitatis luneborch. Albertus de molendino. hermannus hut Johannes oom hermannus wegheman. borchardus de luchow hartwicus de ſalina Eylemannus beue. Thitmarus tzabel. henricus de molendino. Johannes garlop. thidericus ſchulſten. Johannes biſchopinghe. tenore preſencium proteſtamur. quod margareta puella quondam filia alberti diſen militis de cenſu quem ipſa ſuis denariis comparauit. vendidit domine Elizabeth domini

huneri militis vidue redditus. VIII. ſolidorum in ſalina luneborch in domo Gererdinghe in dominio vnius ſartaginis dicte ghunghpanne iacentis ad manum dextram in introitu huius domus quolibet anno. octo diebus ante feſtum beati michaelis vicario altaris Corporis chriſti in eccleſia ſancti ciriaci in luneborch perſoluendos, cum quibus peragetur anniuerſarius domine margarete de linthlo qui occurrit in vigilia beatorum martirum dyoniſii et ſociorum eius in hunc modum. rectori eccleſie ſancti ciriaci predicte dabunt ſex denarios ad vigilias et de mane offeretur vnus ſolidus. pro prebenda Capellano ſuo et vicarijs altariorum (*sic*) ſancte crucis beati willehadi. omnium ſanctorum Cuilibet denarii ſex dabuntur. vicario quem dominus heynricus Greuingh inſtituit et ſimiliter vicario ordinato. per thidericum lorebere denarij ſex cuilibet eorum debent dari. vicarius vero altaris corporis chriſti predictus vnum ſolidum pro labore optinebit. et ſex denarios pro ſua debita porcione Quidquid vero reſiduum fuerit vna eciam cum porcione abſentium de predictis octo ſolidis iuratis dicte eccleſie ſancti ciriaci preſentabit ad ſtructuram In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtre Ciuitatis. preſentibus eſt affixum Datum luneborch anno dominj. M̊.CC̊C, XXIX̊ in vigilia beati michaelis.

Urk. 343.

Die Gebrüder Lüder, Segebodo, Erhard und Hermann von Hanenſee verkaufen ihrem Bruder Volkold acht Hufen und eine Kothe zu Bettenſen (im K. Nonnenberg A. Hannover). 1330.

(Nach dem Copialbuche № 5 Fol. CII des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg.)

Nos Luderus miles Segebodo Echardus et hermannus famuli fratres dicti de hanenſe, recognoſcimus preſenti littera noſtris ſigillis munita quod domino volkoldo fratri noſtro Octo manſos Bettenſen ſitos et vnam caſam ibidem cum omni Jure et vtilitate tam in villa quam extra villam ſicut pater noſter ipſos manſos et Caſam hereditauit. pro ducentis et decem marcis Bremenſibus cum conſenſu et voluntate omnium heredum noſtrorum vendidimus tali forma quod ipſos manſos et Caſam dare vendere aut obligare poterit cuicuique voluerit, ad hoc ipſum promouere volumus et nichilo impedire cuicumque etiam dederit uel vendiderit aut obligauerit illi uel illis ipſos manſos et Caſam titulo pheodi conferre volumus contradictione aliqua pretermiſſa promittimus etiam domino volkoldo fratri noſtro predicto quod nos et noſtri heredes dictos manſos et Caſam coram dominis noſtris reſignare non volumus nec debemus. poſuimus et domino volkoldo predicto ſex fideiuſſores quod ſi aliquis illorum deceſſerit alium in locum illius infra quatuor ſeptimanas immediate cum proinde moniti fuerimus qui merito recipiendus fuerit ſtatuemus, preterea nos henricus de wedberghe miles et henricus de Sabbenſen famulus recognoſcimus quod domino volkoldo prenominato data fide communicata manu cum quatuor alijs fideiuſſoribus promiſimus et preſentibus promittimus ut ſi defectum in premiſſis aliquem ſuſtinuerit et proinde moniti fuerimus nos et quatuor alij fideiuſſores qui predicta nobiſcum promiſerunt prefatos manſos et Caſam ad nos recipiemus et infra dimidium annum immediate poſt monitionem ſepedicto domino volkoldo preſcriptam pecuniam ſine pertractione et impedimento aliquo perſoluemus. Datum anno domini M° CCC° XXX°

Urk. 344.

Propſt Ludolf zu Medingen und Knappe Johann Snuffeler [1]) verkaufen dem Abte Werner zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg die Hälfte des großen und kleinen Zehnten zu Bienenbüttel (Kirchd. im A. Medingen), wie ſie denſelben vom Ritter Otto von Schwerin gekauft haben. 4. Juni 1330.

[1]) Das Siegel hat die Umſchrift: „† S' JOHANNIS . DE . DAGHEVORDE."

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 4. Auguſt 1324.)

Nos dei gratia. Ludolfus prepoſitus in Medinge. et Johannes Snuflere famulus, tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes. Quod matura deliberatione prehabita, et omnium conſilio requiſito quorum de cauſa potuit uel merito debuit intereſſe vendidimus honorabili viro, domino wernero. Abbati. Monaſterii ſancti Mychahelis in caſtro Luneborgh, ordinis sancti Benedicti, dimidietatem maioris et minoris Decime ville binebuthle. cum omni iure fructu et utililate que nobis in eo competebant, uel competere poterant in futuro, et iure ſpecialiter pheodali quod ad dimidietatem dicte decime poterit pertinere, necnon eo iure quo dominus Otto. de Zwerin miles. nobis ipſam vendidit ac dimiſit prout in litteris ſuis inde confectis perfectius continetur, et nos hucuſque pre omni impugnatione ſeu moleſtia pacifice poſſedimus et quiete, pro quadraginta et duabus marcis Luneburgenſium denariorum. perpetuis temporibus poſſidendam. Cuius warandatores eſſe volumus, ſicut in bonis rationabiliter emptis warandia dari debet, et in quantum de iure tenemur, conditione et occaſione qualibet poſtrogata. In cuius euidentiam et memoriam firmiorem ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Huius rei teſtes ſunt. dominus Olricus de Ethzendorpe canonicus eccleſie Rameſloenſis. et Johannes ſcacko famulus. et quam plures alij fide digni. Datum anno domini. M. CCC. XXX. feria ſecunda poſt octavas penthecoſtes.

Länglich rundes „† S' LVDOLFI . PREPOSITI . DE MEDINGE", wie unter Urk. 325.



Herzſiegel „.....ANNIS SCA..." mit einer quer liegenden Lilie, die Spitze rechts gekehrt. Sämmtliche Siegel in rothem Wachſe.

Urk. 345.

Knappe Hildemar von Ödeme verkauft dem Abte Werner, Prior Johann und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ein Haus und eine Kothe in Beetzendorf (Kirchd. im A. Lüne). 13. Juli 1331.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 25. März 1324.)

Nos Hildemarus de Odem. famulus. preſentium Recognoſcimus Teſtimonio literarum. Quod Nos. cum matura deliberacione, et omnium noſtrorum verorum heredum ratihabicione, Rite et racionabiliter vendidimus, Honorabilibus viris. et diſcretis, Domino videlicet. wernero Abbati. et Domino Johannj Priori. Totique Conuentui Monaſterij ſancti Mychaelis in Luneborg. Bona quedam noſtra ſita in villa Betzendorpe, vnam ſcilicet. domum siue Curiam, et vnam kaſam. Cum omnj fructu ac vtilitate. et penitus cum omnj Jure, Quo ad Nos pertinebant. pro Triginta sex marcis perpetuis temporibus libere et pacifice poſſidenda. plane cum Ipſis bonis facturi, quod Ipſorum placuerit voluntatj. Nos. et noſtri ſucceſſores Totj Juri renunciantes, quod hactenus habuimus in Eiſdem. Preterea, si dictus Conuentus. aliquo modo

infra diem et annum, in dictis bonis impeditus seu Inbrigatus fuerit. Nos infra primum Mensem. postquam nobis hoc notificatum fuerit vna cum nostris patruelibus Hunero. videlicet. filio dominj Gotfridi. Gheuehardo et Gherardo. filijs domini Gherhardi. Johanne et Gheuehardo. filijs domini Gheuehardi Muros Ciuitatis Lvneborg ad manendum intrabimus, nequaquam Inde recessuri, donec hoc impedimentum disbrigauerimus in amicicia vel in Jure. Super Quo. Nos vniuersi et singuli prenominatj vna cum Ipso. et pro Ipso Hildemaro, predictis dominis .. et dicto Conuentuj conjuncta manu fidem in solidum prestitimus Corporalem. Et ad maiorem hujus certitudinem et cautelam, facti, firmiorem nostris sigillis hanc literam desuper confictam dedimus insignitam. Datum et actum Anno dominj. Millesimo. Trecentesimo. XX̊X primo. In die beate Margarete virginis gloriose.

Herzsiegel „† S' HILDEMARI . DE ODEME", damascirt.

Herzsiegel „† S HVNERI DE ODEME", wie unter Urk. 292 an 2. Stelle.

Drittes Siegel abgefallen.

Herzsiegel, wie unter Urk. 292 an 5. Stelle.

Herzsiegel „† S' GHEVEHARDI DE ODEME."

Jedes quer getheilt, das obere Feld an 2., 5. und 6. Stelle carrirt, im unterm Felde mit drei Rosen.

Urk. 346.

Die Gebrüder Werner und Hermann von Meding verkaufen dem Abte Werner, Prior Johann und dem Convente des Klosters St. Michaelis in Lüneburg ihr Haus in Bohndorf (im K. Alten-Medingen A. Lüne). 15. Juli 1331.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Das Original der hierauf bezüglichen Urkunde befindet sich ebenfalls im Königl. Archive.)

Nos wernerus de Medinghen. miles. et Hermannus Germanus suus. famulus. Tenore presencium lucide recognoscimus et Testamur. Quod Nos. cum plena voluntate et omnium heredum nostrorum legitimorum consensu rite et rationabiliter vendidimus, Honorabilibus viris et discretis Domino videlicet. wernero Abbatj. et Domino Johanni Priori. Totique Conuentui Monasterij sancti Mychaelis in Lvneborg. Domum sive Curiam nostram, sitam in villa Bodendorpe, singulis annis soluentem duos wichemtones siliginis cum dimidio wichemptone Auene. et vno porco Octo solidos valente. cum vera et Justa libertate ac proprietate et penitus cum omnj Jure Quo ad nos. et nostros progenitores pertinebat, pro vigintj octo marcis denariorum Luneborgensium perpetuis temporibus libere possidendam. et sane ad faciendum et dimittendum quod dicto conuentui placuerit cum Eadem ., Preterea Nos. vna cum nostris compromissoribus, Henrico videlicet. de Medinghen. Patrueli nostro. et hunero de Odem. famulis pro Justa, huius Curie warandia stamus siue stabimus sicut de Jure debet et de terre consuetudine solet talium bonorum warandia observari. Et fidem, super omnibus hijs predictis. Nos vniuersi et singuli prenominatj, firmiter obseruandis, communicata manu in solidum prestitimus Corporalem, ac pro maiori certitudine hujus facti. nostra sigilla presenti litere duximus apponenda. Datum anno domini. M̊. CC̊C. Tricesimo primo In divisione apostolorum.

Verletztes rundes Siegel mit einem schräg gestellten Schilde mit dem Hirsche, darüber ein Helm mit 6 Fähnchen geziert. Siegel an zweiter Stelle abgefallen. Verletztes Herzsiegel mit den Buchstaben „DE MED.“ und einem rechts schreitenden Hirsche mit Decken. Verletztes Herzsiegel „† S HVNEß . . . . . EMME“, wie unter Urk. 292 an 2. Stelle.

Urk. 347.

Der Rath zu Lüneburg beurkundet, daß Mechtild, Wittwe Arnold's Vere, dem Abte Werner zu St. Michaelis in der Veste Lüneburg eine Geldrente aus der Saline daselbst verkauft hat. 12. December 1331.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneborch. Gherbertus magiſtri putei. Albertus de molendino. Borchardus de Luchou. hartwicus de ſalina. Albertus holle. Eylemannus bene, Johannes dicke. Thitmarus Zabel. Hinricus de Molendino. Johannes garlop. Thidericus ſchiltſten. Johannes biſchopinge. Tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes. Quod domina Mechtildis. relicta Arnoldj dicti vrſi. cum pleno conſenſu heredum ſuorum ex certa ſcientia. vendidit. iuſto vendicionis tytulo. Honorando et religioſo viro. domino wernero. Abbati. Monaſterij ſancti Mychaelis in Caſtro Luneborch. Cenſum trium marcarum Luneborgenſium denariorum. in feſto ſancti Mychaelis in ſalina Luneborch. in domo vdinge. in ſartagine wechpanne. ad ſiniſtram manum cum ingreditur ipſa domus. cum pleno poſſe. faciendi et eciam dimittendi. cum predictis tribus marcis cenſualibus. quidquid eidem. Honorabili viro. viſum fuerit expedire. Quod In euidentiam clariorem. sigillo noſtre Ciuitatis duximus confirmandum. Datum Anno Domini M. CCC. XXXI. In vigilia Lucie virginis.

Siegel abgefallen.

Urk. 348.

Die Gebrüder Otto und Wilhelm, Herzöge von Braunſchweig, beſtätigen die Schenkungen und Bewilligungen, welche ihre Vorfahren dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg gemacht haben und befehlen ihren Vögten, das Kloſter namentlich im Beſitze der Güter in Gerdau (Kirchd. im A. Bodenteich), welche Herzog Bernhard von Sachſen demſelben mit Vogtei, Gerichtsbarkeit, Dienſten und ſonſtigen Gerechtſamen geſchenkt hat [1]), ungeſtört zu belaſſen, wozu ſie auch ihre Nachkommen verpflichten. Lüneburg („die Natalis noſtre vxoris“), 1332.

(Nach dem Copialbuche M. 9, XXVIII des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos dei gratia Otto et Willehelmus fratres Duces de Brunſwich vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos hoc ſcriptum venit inſpiciendum, ſalutem in ſaluatore noſtro. Qvia dignum eſt memorie infigere poſterorum noſtrorum ea, qve facta ſunt noſtro tempore et facile cum tempore aliqvando oblivifcuntur, niſi ſcriptis bene mandentur. Proinde et nos ſcire cupimus univerſos preſentibus his literis, qvod cum multis dehinc temporibus ante ab anteceſſoribus noſtris et progenitoribus Abbati et Eccleſie ſue Monaſterij Sancti Michaelis in caſtro noſtro Luneborch propter merita ſua et benefacta omnis honor et reverentia debita eſt facta et tributa, Nos qvoque ad petitionem kariſſime uxoris noſtre, donationes illis et conceſſiones datas predicte Eccleſie auximus nunc et ampliavimus, augemus itidem eas ſingulas et vniverſas, iurando firmamus hodie et confirmamus ſide data, precipue cum in preſentia honorabilis vir Dominus Thomas, Abbas ipſius Eccleſie dicte Monaſterij Sancti Michaelis in caſtro noſtro Luneborch valde et acriter qverebatur de Johannis Eyget Advocati noſtri atrocibus

[1]) S. Urk. 7 vom 25. Juli 1004. Auf die Klage des Abtes Thomas, daß ihr Vogt Johann Eyget ſelbſt und durch ſeine Leute ihn im Beſitze von Gerdau beſchwert habe, iſt derſelbe von ihnen ſeines Amts entſetzt.

moleſtiis et impetitionibus, qvas ipſe intentavit iniqve et injecit ſuis hominibus in curiis et caſis in villa Gerdauge ſitis, que cum Advocatia, ſeu jurisdictione, ſervitio et cum omni jure prefato Domino Abbati appertinent, et qvondam ex donatione Bernhardi Ducis Saxonie felicis recordationis ipſe accepit in perpetuum libere poſſidendas Proinde magnam diſgratiam inde conceptam antedicto Advocato noſtro intulimus, eumque merito banno impetitum depoſuimus officio, et ejus ſucceſſori et ſequentibus Advocatis ſevere mandavimus, ut a tali temerario auſu deinceps abſtineant, nec unqvam tam impium factum et nefandum attentent, qvam charus ipſis eſt Deus et eterna ſalus. Mandamus etiam heredibus noſtris et ſucceſſoribus et eosdem etiam ad ſingulorum premiſſorum obſervantiam arctiſſime obligamus, in futurum, et uſque in eternum, ut ſtricte teneant eas donationes omnes, quo a progenitoribus noſtris et Nobis in Eccleſiam prefatam, ejusque Abbatem et Conventum facte ſunt et aucte, nec qvidqvid contra pietatem et ſidem datam in diſpendium et imbrigationem antedicti Monaſterii ejusque perſonarum Deo famulantium moliantur, ſi velint effugere anathemazationem, eisdem appoſitam a prefato Duce Bernhardo. In cuius facti reminiſcentiam praeſens ſcriptum ſigilli noſtri appenſione communivimus. Datum Luneborch anno parte a Chriſto gratie M°. CCC°. XXXII°. In die Natalis noſtre vxoris dilecte.

Urk. 349.

Dechant Nikolaus und das Capitel der Kirche St. Petri in Bardowiek bekennen in Folge eines ſchiedsrichterlichen Vergleichs mit dem Abte Werner und dem Convente in der Veſte Lüneburg, daß die Vicare des Altars Allerheiligen in ihrer Kirche [1]) dem Verpfleger zu St. Michaelis jährlich 8 Schillinge von einer der Vicarie überwieſenen Hausſtelle entrichten, und dieſelbe bei ihrer Anſtellung vom Abte und Verpfleger zu Lehn empfangen ſollen. 25. Januar 1332.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Dei gracia Nos. Nicolaus Decanus, Totumque capitulum eccleſie beati petri in Bardewich, Recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtantes, Quod diſcordia inter nos ex una et honorabiles viros Dominum wernerum, abbatem et conuentum ordinis ſancti benedicti in caſtro Luneborgh parte ex altera ſuper quadam area altari omnium ſanctorum in noſtra eccleſia Bardowicenſi per dominum heynricum Greuingh theſaurarium ipſius eccleſie conſtructo, et duabus vicarijs, dotato, aſſignata, dudum hinc et inde verſa per diſcretos viros Dominum Ludolfum prepoſiti de Medinghe Olricum de Ilthen et Otdrauen ibidem profeſſos, electos, et ſecundum vtriusque partis arbitrium conſtitutos, eſt in hunc modum pacifice reformata, Ita quod vicarij quicunque dicto altari preſunt vel prefuerint tempore ſucceſſiuo Octo ſolidos Luneborgenſium denariorum perpetui cenſus infra octavam beati Mychaelis karitatori dictorum dominorum annis ſingulis erogabunt, Eciam quicunque ipſorum vicariorum ad predicti altaris officium fuerit mancipatus a domino abbate et karitatore predictis debet ipſam aream acceptare, In teſtimonium premiſſorum ſigillum noſtre eccleſie preſentibus eſt appenſum, Datum anno domini M, CCC, XXXII, Octavo Kalend., februarij, Hoc eſt, ipſo die conuerſionis ſancti pauli et eccleſie Luminis glorioſi.

Länglich rundes „SIGILL .. .. BARDEVVIC..", der Apoſtel Petrus ſitzend mit dem Schlüſſel in der Linken.

[1]) Der Altar iſt vom Schatzmeiſter Heinrich Grewing in Bardowiek erbaut und mit 2 Vicarien dotirt.

Urk. 350.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Bürger Eilemann Beve zu Lüneburg

ihren Meierhof zu Varendorf (im K. Natendorf A. Ebſtorf) auf Wiederkauf innerhalb eines Jahrs. 1. März 1332.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 8. April 1333.)

Wy her. Otto ryddhere, bevne ſin ſone knecht, ghe heten van Tzwerin bekennet vnde betughet in deſſeme yeghenwardighem breue openbar, dhat wy mit volbord, vnde radhe, vnde mit willen, al vnſer rechten eruen, hebbet vorkoſt vnde vorkopet, Eylemanne beuen dheme borghere to luneborch, vnde ſinen rechten eruen, vnſen hof in dheme dorpe to varendorpe, dhat de mevier hof heth, dhe vnſe eghen is, mit allerhande rechte, in wathere, in holthe, in wiſche, in ackere, in weydhe, vnde mit allerleye nut alſo wy dhen wente her beſethen hebbet, vor Seuentich mark luneborghere pennighe, to rechtem erue to beſittendhe, Alſo dane wis, dhat he vns dhe gnadhe ghegheuen heuet, dat wy dhen vorſprokenen hof moghen wedher kopen, vmme dhe vorſcreuenen pennighe, to allermanne vaſten, dhe bir na kumpt, vor ouer en yar, mit vnſeme eghenen gheldhe, were dhat ſake dhat wy dhat vorſumedhen vnde nicht en dedhen vppe dhe tyd, ſo ſcoldhe Eyleman vnde ſine rechte eruen dhen vorbenomedhen hof, to rechtem erue eweliken beſitten. dön vnde lathen medhe wat ſe woldhen, vnde ſcoldhen ene vnde ſinen rechten eruen waren, alſo men eghen to rechte waren ſcoldhe. Tho ener tüginghe alle deſſer dingh, dhat de ganz bliuen vnde vntebroken, van vns vnde van vnſen ernen, ſo benghe wy vnſe ynghezeghele to deſſeme yeghenwardighem breue, Dit is gheſchen na godes bord, duſent yar drehundert yar in dheme twe vndhe drittigeſtem yare dhes ſonendaghes to vaſtelauendhe.

Zwei Herzſiegel: des Otto von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254 u. a.; „† S' HINRICI DE ZWERIN", mit einem gezäumten, rechts ſchreitenden Pferde.

Urk. 351.

Prior Johann und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verſprechen, daß ihr Verpfleger für drei Mark, welche der Abt Werner ihrer Kirche in der Saline daſelbſt erworben hat, zu deſſen Lebzeiten für Memorien, nach deſſen Tode für ſein Anniverſar zwei Mark unter die Mönche vertheilen und für eine Mark der Hoſpitalar einmal jährlich 32 Arme ſpeiſen ſoll. 11. April 1332.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Omnia que in tempore fiunt ſub tempore deficiunt niſi ſcripturis uel teſtimoniis roborentur, Nos igitur Johannes prior totusque conuentus monaſterii ſancti michahelis in caſtro Luneborch, Vniuerſis chriſti fidelibus hanc literam inſpecturis volumus notum eſſe quod venerabilis pater ac dominus. Dominus noſter wernerus abbas in remedium anime ſue trium marcarum redditus ad noſtram Eccleſiam comparauit iacentes in ſalina in domo vdynghe. in ſarthagine que wlgariter wechpanne vocatur ad ſiniſtram manum cum ipſa domus intratur que in feſto ſancti Michahelis abſque dubio perſoluuntur, quarum marcarum duas karitator tollet et diſtribuet. dominis preſentibus tam in vigilia quam in miſſa vnicuique ſuam partem quod ſic ſeruetur ut quam diu dominus noſter abbas predictus vixerit peragatur memoria in proxima ſecunda feria poſt octauam ſancti Johannis baptiſte omnium fidelium defunctorum poſt eius obitum ad ſuum anniuerſarium redeant peragendum Tertiam quippe marcam Dominus hoſpitalis tollet, vnde paſcat ſemel ipſo die ſancti andree Apoſtoli perpetue omni anno triginta duos pauperes melius prout poſſit quod cum noſtri Capituli ſigillo firmiter roboramur, et in preſentibus litteris confirmamus. Datum anno domini. M CCC XXXII In vigilia palmarum.

Großes rundes Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. a.

Urk. 352.

Knappe Hildemar von Ödeme verkauft dem Haſſeke von Lauenburg zwei Höfe in „Holztele“ [1]) und Holtorf (im K. Beetzendorf A. Medingen). 6. Mai 1332.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Ego Hyldemarus de Odem. famulus. in hac litera lucide Recognoſco, Quod ego cum plena voluntate et conſenſu omnium heredum meorum Quorum intereſt aut intereſſe dinoſcitur, Rite et rationabiliter vendidi Haſſekino de Louenborch. et ſuis veris et legitimis heredibus duas domos, ſiue duas Curias meas, Quarum vna eſt in villa holztele. et alia eſt in villa holtdorpe, cum vera libertate et Juſta proprietate, et penitus cum omnj Jure Quo ad me pertinebant, pro Quinquaginta marcis denariorum Luneborgenſium. perpetuis temporibus libere poſſidendas et plane cum Ipſis bonis ad faciendum ac dimittendum quod sibi et suorum heredum placuerit voluntatj. Pro quarum eciam Curiarum warandia, Ego. anno et die ſto et ſtabo sicut de Jure debet talium bonorum warandia obſeruari. et pro omnj Impedimento quod sibi in dictis Curijs ex parte mei euenire poterit fidem preſtiti corporalem. In cuius rei Euidenciam et firmius Teſtimonium Sigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M. CC̄C. XXXĪI. In die beatj Johannis ante portam latinam.

Herzſiegel „† S' HILDEMARI DE ODEME“, wie unter Urk. 345 an erſter Stelle.

[1]) Vergl. Urk. vom 23. Auguſt 1358.

Urk. 353.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich erklären ſich durch Vergleich mit dem Abte Werner zu St. Michaelis in Lüneburg und dem Propſte Ludolf zu Medingen und deren Conventen verpflichtet, ihre Mühle zu Wichmannsburg (Kirchd. im A. Medingen) abzubrechen, damit der Lauf der Ilmenau von „Cellenhauſen“ (d. i. Medingen) bis Lüneburg für die Schiffe kein Hinderniß darbiete. Den Wichhimpten Weizen, welchen das Kloſter Nemnade aus der Mühle jährlich bekam, ſoll daſſelbe aus der Mühle „Honemole“, welche ihnen für jene Mühle überlaſſen iſt, beziehen [1]). 17. Mai 1332.

(Aus dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Den Abdruck ſ. bei Wedekind Noten III 101.)

Zwei Herzſiegel: des Otto von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254 u. a.; „† S' HENRICI . DE. ZWERIN“, wie unter Urk. 350.

[1]) Ad obſeruanciam autem huius ordinationis Nos et noſtros heredes siue ſucceſſores obligari volumus in perpetuum, Quod honorabilibus viris Dominis .. abbati .. prepoſito et eorum Conuentibus predictis necnon Dominis Gherlaco prepoſito in lune wernero dicto Grote Gheuehardo de monte militibus, Alberto de Molendino Hermanno hûth et Nycolao hoyken Conſulibus in luneborg promittimus fide data, In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa, Datum anno domini M, CC̄C, XXXĪI, In dominica Cantate.

Urk. 353a.

Die Herzöge Otto und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg beurkunden, daß Ritter Otto von Schwerin und deſſen Sohn Heinrich alles Recht über die Ilmenau auf den Abt zu Lüneburg, den Propſt zu Medingen und deren Klöſter übertragen haben [1]). 17. Mai 1332.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. in den orig. Guelf. IV 563. — Vergl. Urk. von demſelben Tage.)

[1]) Die nähern Beſtimmungen wie in Urk. 353 vom 17. Mai 1332.

Dei gratia Nos Otto et willehelmus fratres Domicelli de Brunefwich et Luneborch recognofcimus per prefentes et publice proteftamur, Quod Otto de zwerin miles et Heynricus filius eius famulus cum confenfu heredum fuorum coram nobis fe et eorum heredes perpetuis temporibus obligauerunt, quod meatus fluuij dicti Elmenov effe liber debeat, et ipfe miles et eius filius funditus deftruent Molendinum in wichmannefborch nunquam deinceps in illo aut in aliquo loco inter Luneborch et Cellenfen reedificandum jta quod inter dicta loca Cellenhufen et Luneborch afcenfus liber pateat nauibus et defcenfus. Nam omne jus quod dicto militi et eius filio feu eorum heredibus competere poterit in dicta aqua fiue eius meatu in honorabiles viros abbatem in Luneborch et prepofitum in Medinghe et eorum Monafteria plenarie tranftulerunt. In premiffarum omnium teftimonium et hujus ordinationis approbationem figilla noftra appofuimus huic fcripto. Datum anno domini M. CCC. XXXII. In dominica Cantate.

Zwei runde Siegel, wie unter Urk. 348 de 1332.

Urk. 354.

Knappe Huner von Ödeme verkauft dem Abte Werner, Herrn Ulrich von Ilten, und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ſeinen Hof in Dierksbüttel (im K. Amelinghauſen A. Winſen a. d. L.), aus welchem ſein Vater Gottfried dem Convente für ſein Anniverſar ſchon eine Mark Zins verſchrieben hat, auf Wiederkauf für 23 Mark [1]). 17. Mai 1332.

(Aus dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Den Abdruck ſ. bei Bilderbeck in der Deduction ꝛc. Beil. № 59.)

Fünf Herzſiegel, vom vierten nur ein Stück mit einer Roſe, und an vierter Stelle ein rundes Siegel, wie die Abbildung unter Urk. 345. Das Siegel an dritter Stelle: „† S' GHEVEHARDI * DE * ODEME". Die übrigen ebenfalls wie unter Urk. 345.

[1]) „Ego prenotatus hunerus, et Nos patrueles sui. hildemarus videlicet. domini huneri filius. Gheuehardus et Gerhardus. domini Gerhardi filij. Johannes et Gheuehardus. dominj Ghevehardi filij, communiter dicti de Odem. famuli. vna cum ipso hunero diſbrigare tenebimur."

Urk. 355.

Die Knappen Gevehard und Gerhard, Söhne des Ritters Gerhard, Huner, Sohn des Ritters Gottfried, Johann und Gevehard, Söhne des Ritters Gevehard, alle von Ödeme, ertheilen ihrem Kapellane, dem Pfarrer Bertold zu Beegendorf, die Freiheit, ſein Teſtament zu machen, und über ſeine Mobilien und Immobilien frei zu verfügen. Lüneburg, 7. Juni 1332.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos gheuehardus et gherardus quondam filij domini Gherardj de odem militis, et Hvnerus quondam filius domini Gotfridj militis de odem. Johannes et Gheuehardus quondam filij. domini Gheuehardj de odem militis. famuli recognofcimus tenore prefencium publice proteftantes. Quod difcreto viro domino Bertoldo preſbytero rectori eccleſie in betzendorpe capellano noſtro dilecto gratam viciſſitudinem ſue probitatis rependere cupientes ſibi cum vnanimi confenſu dedimus et tenore prefencium damus plenam facultatem. teſtamentum ſuum ordinandj. res quascumque tam mobiles quam immobiles habet uel in futurum habiturus eſt, legandj donandj vendendj tam in vita quam in morte, nolentes ipſum per nos uel noſtros heredes aut familiam in aliquo impediri, in omnibus que ipſe de bonis ſuis ut premittitur decreuerit ordinandum. Huius rei teſtes ſunt. Dominus Nicolaus prepoſitus in ebbekeſtorpe,

Dominus Gherardus plebanus in honſtede. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Luneborch anno domini M̃. CC̃C. X̃X̃XIİ. in die pentecoſtes...

Herzſiegel: „† S' GHEVEHARDI + DE + ODEME"; rundes Siegel, wie die Abbildung unter Urk. 354; verſetztes Herzſiegel, wie unter Urk. 345 an 2. Stelle, und Herzſiegel, wie unter Urk. 345 an 6. Stelle.

Urk. 356.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich reſigniren den Herzögen Otto und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Bargtorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen) zu Gunſten des Kloſters Medingen, welchem ſie denſelben verkauft haben. 15. Juni 1332.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 357 von demſelben Tage.)

Illuſtribus et ſerenis principibus suis dominis Reuerendis, dominis, Ottonj, et wilhelmo fratribus Ducibus in Brunſwich et luneborch, Otto de Zwerin miles et Heynricus filius ciuſdem domini Ottonis, famulus, cum debita reuerencia, fidele ſuum obſequium et se totos. Nouerit veſtra reuerencia, quod decimas noſtras tam maiorem quam minutam in villa Berchdorpe quas a veſtra et veſtrorum progenitorum serenitate in pheodo habuimus, vendidimus cum omni jure et utilitate, honorabili viro domino prepoſito ludolfo, ymme prioriſſe et Conuentuj ancillarum chriſti in Medinghe jure hereditario perpetuis temporibus poſſidendas, Vnde ad prouidendum eis et ad eorum manus, vobis decimas cum multis gratiarum actionibus reſignamus. Sub hac tamen condicione, quod quamdiu dictis . . prepoſito et Monaſterio de pheodo et proprietate prouiſum non fuerit ipſas decimas pro reſignatis nolumus reputari. In cuius rei teſtimonium sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M̃. CC̃C. X̃X̃XII. ipſo die viti.

Zwei Herzſiegel: des Otto von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 354, und Herzſiegel Heinrich's von Schwerin, wie unter den Urk. 253 und 357.

Urk. 357.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Propſte Ludolf, der Priorinn Jmme und dem Convente zu Medingen ihren großen und kleinen Zehnten zu Bargtorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen). Lüneburg. 15. Juni 1332.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urkunden vom 8. Februar, 15. Juni und 26. Juli 1332 und 12. September 1333.)

Nos Otto de Zwerin miles, et Heynricus filius dicti domini Ottonis, famulus, Tenore preſencium recognoſcimus proteſtantes. Quod cum plena uoluntate et vnanimi conſenſu omnium heredum noſtrorum, ex certa ſciencia, vendidimus jure hereditario, pro Ducentis marcis Luneborgenſium denariorum nobis integraliter perſolutis. Honorabili viro domino Ludolpho prepoſito. ymme prioriſſe, Totique conuentui sanctimonialium in Medinghe, Decimas noſtras tam maiorem quam minutam in villa Berchdorpe tam in agris cultis, quam incultis, cum omnj jure et utilitate imperpetuum pacifice poſſidendas, sicut nos et progenitores noſtri ipſas decimas conſueuimus poſſidere. Stabimus autem pro harum decimarum warandia, ſecundum commune jus, et terre conſuetudinem, ne quis in poſſeſſione pacifica, ipſos perturbet, aut impediat quoquo modo. Et ſi quod abſit aliquis in perceptione pacifica et poſſeſſione, fructuum harum decimarum eoſdem impediret. Nos in ſolidum data fide promittimus in hijs ſcriptis, ſicut manualiter eciam corporaliter antea promiſimus, dictis domino . . prepoſito . . prioriſſe et conuentuj, et eorum nomine, quod ad vnum menſem poſtquam

fuerimus requiſiti vlſen intrabimus ad iacendum, inde non exiturj niſi illa impedimenta ſint eiſdem totaliter diſbrigata. In cuius rei teſtimonium sigilla noſtra in ſignum uenditionis preſentibus ſunt appenſa. Teſtes huius vendicionis ſunt Religioſus vir, dominus Heynricus de Bucka ordinis premonſtratenſis. Meynardus perpetuus vicarius in Capella omnium ſanctorum in Luneborch. et olricus canonicus Eccleſie Ramesloenſis, dictus de Edzendorpe. necnon Nicolaus Hoyke Conſul Ciuitatis Luneborch. et alij quam plures ſide dignj. Datum Luneborch Anno domini. M. CCC. XXXII. ipſo die viti.

Zwei Herzſiegel, wie unter Urk. 356.

Urk. 358.

Knappe Dethard von Pertze verkauft dem Knappen Otto von Melbeck das Dorf Räber (im K. Suderburg A. Bodenteich) mit dem Obereigenthumsrechte. Lüneburg, 19. Juni 1332.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos, dethardus famulus, dictus, de pertze, Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia viſuris ſeu Audituris volumus eſſe notum firmiter proteſtantes, quod cum conſilio et ratihabicione, omnium amicorum noſtrorum, quorum intereſſe dinoſcitur, pariter et heredum, vendidimus, Ottoni famulo, dicto de Melbeke, et ſuis veris heredibus, villam noſtram dictam, rebere, pro quinquaginta marcis, Luneburgenſium denariorum, cum omnibus attinencijs ſuis, videlicet, agris cultis, et incultis, nemoribus, paſcuis, pratis, mericis, et ſuper hoc, cum omni proprietate, atque iure, quo ad nos, dinoſcitur pertinere, in perpetuum, poſſidendam, Ceterum, ſi aliquis, Ottonem famulum, dictum de Melbeke, vel ſuos heredes, in dicta villa, et Attinencijs eiuſdem, moleſtare, ſeu impedire preſumpſerit, quociens, et quando, requiſiti fuerimus, ab Ottone dicto de Melbeke, et ſuis heredibus, quantocius, debemus in Amicicia diſbrigare, warandiam dicte ville, Ottoni, de Melbeke, et suis heredibus, preſentibus, preſtabimus, ſecundum ius terre ab antiquis obſeruatum, premiſſa omnia et singula, Nos .. vna cum compromiſſoribus noſtris, videlicet, hinrico, et gherardo, filio dominj waſmodis, kynt, Ottoni famulo, dicto de Melbeke et ſuis heredibus, ſide data promiſimus, et preſentibus promittimus, in ſolidum et in totum, inuiolabiliter obſeruanda, In euidens teſtimonium premiſſorum, sigillum noſtrum, cum ſigillis compromiſſorum, preſenti ſcripto duximus Apponendum, datum et actum Luneborch, Anno domini M. CCC. XXXII. in ſequenti die Corporis chriſti.



Vom Herzſiegel des Heinrich Kind nur ein Stück mit einem Balken; Herzſiegel „* S' G..RH...I KINDIS“ mit zwei Balken, welche mit Eiſenhütchen belegt ſind.

Urk. 358a.

Propſt Ludolf, Priorinn Imme und der Convent zu Medingen verkaufen dem Kloſter Heiligenthal die Hälfte ihres großen und kleinen Zehnten zu Bargtorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen). Medingen, 26. Juli 1332.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 15. Juni 1332 und 22. Juli 1340.)

In nomine domini amen. Omnibus preſens ſcriptum viſuris uel audituris Ludolphus dej gracia Prepoſitus ymma prioriſſa Totuſque Conuentus ancillarum chriſti in Medinge ſalutem in eo quj eſt omnium vera salus Tenore preſentium recognoſcimus, proteſtantes quod vnanimi conſenſu vendidimus religioſis viris. dominis .. Priori et Conuentui in hilgendale ordinis premonſtratenſis reſidentibus In parrochia Gellerdeſſen medietatem decimarum tam maioris quam minute in villa berchdorpe cum omni iure et utilitate ſicut nos eam a domino Ottone de Zwerin. et hinrico dicti Ottonis militis, filio comparauimus et emimus perpetuis temporibus iure hereditario poſſidendam, et ad faciendum cum eadem medietate quicquid eis videbitur expedire. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Pretium autem huius medietatis vendite nobis eſt totaliter perſolutum, quod in emptione aliarum decimarum expendidimus, vbi nobis magis eſſe profituum videbatur Datum Medinge anno domini M. CCC. XXXII. In Craſtino die beati Jacobi apoſtoli.

Länglich runde Siegel des Propſtes Ludolf in braunem und des Convents zu Medingen in gelbem Wachſe, erſteres wie unter Urk. 325, letzteres mit einer ſtehenden Madonna, welche das Chriſtuskind auf dem linken Arme und in der rechten Hand eine Blume hält, Umſchrift: „† SIGILLUM . ECCLESIE . SANCTE . MARIE . IN . MEDINGE.“

Urk. 359.

Die Herzöge Otto und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg ſchenken dem Propſte Ludolf und dem Convente zu Medingen das Obereigenthum über den Zehnten zu Bargtorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen), welchen dieſelben vom Ritter Otto von Schwerin und deſſen Sohne Heinrich gekauft haben. Celle, 9. October 1332.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 15. Juni 1332 und 4. Juli 1336.)

Nos dei gratia. Otto et wilhelmus fratres, Duces de Bruneſwich et Luneborch, Recognoſcimus ac puplice profitemur. Quod dedimus et ob remedium noſtrarum animarum, noſtrorumque parentum preſentibus damus, Ludolfo prepoſito in Medinghe, nobis dilecto, atque conuentuj ibidem proprietatem Decime in Berchdorpe, perpetuis temporibus libere ac pacifice poſſidendam. Quam predictj .. prepoſitus et conuentus a ſtrenuo milite domino Ottone de zwerin, necnon a ſuo filio hinrico, famulo, et ipſorum heredibus, iuſto empcionis tytulo, ſuis denariis sibj compararunt. Ne igitur noſtra donacio preſens, proprietatis. ut premiſſum eſt, ab aliquo in poſterum violetur, ſeu confringatur, ſed rata et immutabilis habeatur, sigilla noſtra patenter anneximus in teſtimonium huic scripto. Actum et Datum Tzellis. Anno dominj. M. CCC. XXX, secundo, In die Beatorum Dyoniſij ſociorumque eius martyrum ⁘

Zwei runde Siegel: „† S' OT: DOMICELLI . DE LVNB' ET BRVNSW“ mit dem Löwenkopfe; „† S' WILHELMI . DOMICELLI . DVC . DE . LVN,“ einen Helm mit Sicheln, welche mit zwei Reihen Pfauenfedern beſteckt ſind, enthaltend.

Urk. 360.

Herzog Erich von Sachſen, Engern und Weſtfalen ſchenkt dem Abte Werner, Prior Johann und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg das Obereigenthum über drei Häuſer in Quarrendorf (im K. Hanſtedt A. Winſen a. d. L.) und erhält dafür die Theilnahme an allen guten Werken im Kloſter. Lauenburg, 4. December 1332.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Transſumpt vom 22. Juli 1348. — Vergl. die Urk. vom 6. Januar und 10. Auguſt 1324 und 22. Juli 1348.)

Nos Ericus Dei gratia dux Saxonie, angarie et weſtfalie Tenore preſencium publice proteſtamur, quod nos cum conſilio et conſenſu noſtrorum legitimorum heredum, honorabilibus viris, ac diſcretis dominis, wernero abbati et Johanni priorj Totique conuentuj monaſterij ſancti Mychaelis in luneborch, super tribus domibus siue super tribus curiis in villa querendorpe sitis, quibus criſpus scacko famulus a nobis infeudatus fuerat, Juſtam proprietatem et totum seu integrum Jus feodj quod hactenus in dictis bonis habuimus uel habere potuimus plenarie dedimus et pure propter deum contulimus, volentes ipſum conuentum in ipſis bonis perpetua frui libertate Nobis et noſtris heredibus nichil penitus in eiſdem bonis Juris de cetero reſeruantes, Conuentus vero econuerſo benigno nos reſpiciens munere, omnium bonorum operum que per ipſum die noctuque operantur, nobis plenum participium contulit in vita pariter et in morte, In noſtre donacionis euidenciam noſtrum sigillum preſentibus duximus apponendum Datum louenborch anno domini M. CCC. XXXII. in die beate barbare virginis ac martyris glorioſe ·:·

Siegel abgefallen.

Urk. 361.

Die Gebrüder Gerhard und Gevehard von Ödeme verkaufen an Hartmann Rammekendorf einen Meierhof in Velgen (im K. Hanſtedt A. Ebſtorf) und in Beetzendorf (Kirchd. im A. Lüne) auf Wiederkauf innerhalb 6 Jahren. 6. December 1332.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 9. September 1362.)

Wy Ghert vnde Gheuert van der Ödeme bredere bekennet mit vnſem vedderen hunere dat wi hebbet vorkoſt mit vulbort vnſer rechten eruen hartwighe Rammekendorpe vnde ſinen rechten eruen den meygerhof to velinghe vnde den meygerhof to betzendorpe mit allme rechte mit aller nud vnde mid aller vrucht in holte in velde in wiſſche in weyde vnde mit alme rechte alſe wy ſe beſeten hebben vnde vns vnſe vader eruet heft vor twintich March vnde hündert luneborgher penninghe. Deſſe vorſcreuenen houe moghe wi vorbenomden ghert vnde gheuert weder kopen binnen ſös iaren vmme de ſuluen twintich march vnde hundert were dat wi dös nicht ene deden ſo ſcolde it Hartwighes koſte kop weſen vnde ſiner rechten eruen. Dit dat hir vorſcreuen ſteit in deſſem breue dat loue wi en truwen mit vnſem vedderen Hünere ſtede vnde vaſt tho holdende mit eyner ſamden hant vnde tho ſiner hant ludeken Renen vnde vicken Marſcalicke vnde hinrike bonneſacke Tho ener groteren betughinghe ſo hebbe wy vnſe inghezeghele to deſſem breue hengbet mit witſcop vnde is ghe ſcreuen na godes bort Duſent iar drehundert iar an dem tue vnde druttighbeſten iare an dem hilghen daghe ſente Nicolaweſes des hilghen biſſcopes.

Herzſiegel „† S' GHEVEHARDI • DE • ODEME.“, rundes Siegel, wie die Abbildung unter Urk. 345; Herzſiegel „† S HYNERI MILITIS . DE . ODEM.“

Urk. 362.

Graf Heinrich von Schwerin überträgt dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg das Lehnrecht über den großen und kleinen Zehnten zu Rieſte (im K. Bienenbüttel A. Medingen), welchen die Ritter Otto von Schwerin, Gebhard und Werner Grote und die Knappen Godeward und Gevehard Grote dem Kloſter verkauft haben. 17. Februar 1333.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 25. März 1327.)

Nos hinricus Dei gratia Comes zuerinenſis Tenore preſencium recognoſcimus et teſtamur quod nos de libero conſenſu et bona voluntate omnium heredum noſtrorum quorum intereſt et intererit in futuro Cauſa deuotionis et Honoris dej et specialis amicitie nobis facte dedimus et damus confidenter in hiis scriptis totum jus pheodale decimarum ville Riſtede maiorum et minorum abbatj et conuentui sancti michaelis in Caſtro Luneborch cum omnibus

prouentibus et fructibus jure hereditario perpetuis temporibus poſſidendum sicut Otto de zuerin miles gheuehardus et wernerus milites dicti groten godeuardus et gheuehardus groten famuli antea poſſederunt et venditionis titulo predicte Eccleſie rite et rationabiliter dimiſerunt Ne ergo ex hac conuentione et pheudj aſſignatione aliquod dubium a noſtris ſucceſſoribus oriatur preſentem literam noſtri ſigillj teſtimonio dedimus sigillatam Datum anno dominj M CCC XXXIIJ feria quarta in Capite ieiunij.

Großes rundes „S' HINRICI : D..... COMITIS : ZWERINEN", das Pferd rechtsſchreitend; Hintergrund gegittert mit Kreuzen, wie unter Urk. 375.

Urk. 363.

Graf Adolf von Holſtein und Schauenburg ertheilt, mit Zuſtimmung ſeiner Mutter Helene und ſeiner Brüder, dem Bürger Biſchoping in Lüneburg das Obereigenthum über den Hof „Middelhove" im Dorfe Ödeme (im K. Lüneburg A. Lüne). Hamburg, 22. Februar 1333.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 24. Februar 1345.)

Adolfus dei gracia, domicellus, Holtzacie et scowenborch, Comes, Vniuerſis preſencia viſuris vel audituris, sinceram in domino caritatatem, Recognoſcimus tenore preſencium firmiter proteſtantes, quod de pleno conſenſu et voluntate, dilecte matris noſtre, domine Helene, Comitiſſe Holtzacie et schowenborch, ac fratrum noſtrorum fideliumque vaſallorum, diligenti prehabito conſilio, ad Johannem Biſchoping Ciuem in Luneborch et ſuos veros Heredes natos et naſcituros, Jus proprietatis, quod nos Hucuſque poſſedimus et Habuimus et noſtri progenitores bone memorie, multis annis poſſederunt, In Curia Middelhoue dicta, ſita in villa Odem propter inſtancias peticiones et amicicias, Hildemari de Odem famuli, nobis factas, preſentibus tranſferimus et donamus, Ita quod prefati, Johannes Biſchoping et ſui Heredes, dictam Curiam in Odem, cum omni Jure libertatis poſſunt et debent, libere pacifice, abſque noſtra et noſtrorum heredum ſuccedencium, inpeticione perpetue poſſidere. Inſuper ſi dictum Johannem vel ſuos Heredes dictam, Curiam vendere contingeret, extunc ille vel illi frui et vti debet, et debent, dictis libertatibus per Nos conceſſis in Eadem. Vt autem Hec tranſlacio et donacio, a nobis nec a noſtris Heredibus, nec per quemcumque nomine noſtro, reuocari, infringi seu mutari queat, preſens scriptum, exinde confectum et noſtro sigillo munitum Eidem .. et ſuis heredibus, in Euidens teſtimonium, duximus conferendum. Datum et actum Hamborch, Anno, Domini Milleſimo Trecenteſimo triceſimo tertio feria ſecunda proxima Poſt dominicam Inuocauit me.

Großes rundes Reitersiegel „† S' ADOLPHI ..... OV... ORCH."

Urk. 364.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg ihren Erbmeierhof in Barendorf (im K. Natendorf A. Ebſtorf). 8. April 1333.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 1. März 1332.)

Nos Otto de zwerin miles et hinricus eius filius famulus tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes quod ab amicorum noſtrorum maturo conſilio ac omnium heredum noſtrorum legitimorum quorum nunc intereſt uel intererit in futuro vnanimj conſenſu et libera voluntate vendidimus rite et rationabiliter cum plena libertate ac proprietate noſtram curiam in varendorpe in qua ſolet uillicus reſidere Honorabilibus viris Dominis wernero abbatj Otrauen priorj totique Conuentuj Monaſterij ſancti Mychaelis in Caſtro Luneborch pro LXXXX

marcis Luneborgenſium denariorum Jure hereditario perpetuo poſſidendam sicut eam hactenus hereditate poſſedimus parentalj cum omnibus juribus et prouentibus videlicet ſiluis rubetis paſcuis pratis aquis campis agris cultis et incultis ceteriſque utilitatibus et accidentibus ad eam spectantibus quoquo jure Volumus jnſuper predictos dominos warandare sicut solet de bonis hereditariis liberis ab omnj jnpedimento et obſtaculo noſtrj noſtrorumve ſucceſſorum abſque dubio warendarj ad quod nos aſtringimus per preſentes In cuius teſtimonium et memoriam firmiorem sigillis noſtris preſentes literas duximus roborandas Datum anno dominj M CCC XXXIIJ feria quinta in paſcha. Teſtes huius rei ſunt wernerus et gheuehardus milites dicti groten. seghebandus rike et gheuehardus et zeghebandus filius dominj Johannis dictj de monte et Seghebandus de wittorpe famulj et plures alij fide dignj.

Zwei Herzſiegel wie die Abbildung unter Urk. 254 und „† S . ENRIC ." ꝛc., das gezäumte Pferd rechtsſchreitend, wie unter Urk. 254.

Urk. 365.

Biſchof Johann zu Verden publicirt den auf der Generalſynode am 28. Mai 1333 gefällten Beſchluß in Betreff der großen und kleinen Zehnten des Inhalts: Jeder Zehntpflichtige iſt von Rechtswegen gehalten, ein Fuder Winterfrüchte und ein Fuder Sommerfrüchte vom großen Zehnten eine Meile weit nach der Wohnung ſeines Zehntherrn zu bringen; die unter der Zahl 10 vorhandenen Stücke an Füllen, Kälbern, Bienen, Ochſen, Schafen, Böcken und Lämmern vom kleinen Zehnten ſollen zum nächſten Jahre reſervirt werden, bis die Zahl 10 voll iſt, und häufiger gezehntet werden. Actum in der St. Michaeliskirche zu Lüneburg, 28. Mai 1333.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Anno dominj M CCC XXXIII feria sexta infra Octauam pentecoſtes Coram nobis Johanne diuina prouidencia verdensis Eccleſie Epiſcopo deſſinitum fuit in noſtra synodo generalj quod quilibet decimalis de jure tenetur de decima maiori portare duo plauſtra de ſuis frugibus ad spacium vnius miliaris vnum plauſtrum de frugibus yemalibus aliud de eſtiualibus in locum dominj sui ad quem decima pertinere uidetur, Secundo fuit deſſinitum de decima minuta quod partes vltra numerum exiſtentes et hoc numero decem inconpleto sit de polledris uitulis apibus bobus ouibus edis agnis aut de aliis quibuſcunque debent de illo preſentj anno conſiderari et uſque in futurum annum penitus reſeruari, donec numerus decenarius inpleatur et debet frequencius decimarj et hoc eſt de singulis annis faciendum Acta ſunt hec in Eccleſia beate virginis in Luneborch coram multis viris ydoneis et Diſcretis In Cuius teſtimonium sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.

Verletztes länglich rundes Siegel des Biſchofs Johann in rothem Wachſe mit dem Buchſtaben „NA . EPI : VE", der Abt ſitzend.

Urk. 366.

Abt Werner, Prior Otrave und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verſichern ihren Glöckner Georius für ſein Geſchenk eines Hofs und einer Kothe in Garſtedt (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.) der Theilnahme an den guten Werken, und beſtimmen, daß der Zins daraus von ihrem Verpfleger ihm zeitlebens entrichtet, nach ſeinem Tode aber zur Feier ſeines und ſeiner Eltern Jahresgedächtniſſes verwandt werden ſoll. 29. Juni 1333.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover.)

Nos dei gratia Wernerus abbas Othrauen prior Totusque Conuentus Monaſterii sancti Mychahelis in Caſtro Luneborg vniuerſis et singulis preſencium inſpectoribus liquido cupimus fore notum quod Georrius nobis dilectus dudum campanarum noſtrarum cuſtos. propter

deum et ob salutem sue anime Ac omnium parentorum (*sic*) ſuorum necnon ob dilectionem specialem ad eccleſiam noſtram diu habitam dedit et libere dimiſit nobis et eccleſie noſtre vnam curiam sitam in villa Gherſtede cum proprietate et cum omnibus suis attinenciis et omni ſuo jure Soluentem Annuatim duos quadrantes avene infra octauas sancti Mychahelis. ac in feſto beati Martyoj vnum porcum vel octo solidos et quatuor plauſtra lignorum seu VI solidos necnon vnam Caſam ibidem soluentem quatuor solidos perpetuis temporibus irreuocabiliter poſſidendas. Nos vero attendentes et inſpicientes suam voluntatem bonam et rectam facimus eum participem omnium bonorum que in noſtra eccleſia fiunt die atque nocte. Obligamus eciam nos in hiis scriptis et noſtros succeſſores eſſe uolumus obligatos vt antedictus cenſus in terminis ſupraſcriptis non obſtante aliqua deuaſtacione medio tempore dicte curie emergente per rapinam aut incendium quod deus auertat predicto Georrio A noſtro karitatore commode miniſtretur tantum temporibus sue vite Inſuper idem georrius et noſtra permiſſione speciali poſt obitum suum noſtro conuentuj de antedicta curia octo solidos in anniuerſario patris suj Octo solidos in anniuerſario sue matris, reſiduum vero cenſum ex toto in suo proprio anniuerſario cum sex denariis noſtro campanaryo miniſtrandis. aſſignauit. quos anniuerſarios ipſo mortuo cauſa dei et amoris sui perpetue peragemus. In huius pie donacionis et proteſtacionis euidenciam firmiorem noſtra sigilla preſenti littere sunt appenſa. Datum et actum Anno dominj M̊CC̊C̊XXXIII̊ in die sancto beatorum apoſtolorum Petrj et paulj.

Länglich rundes „† S. WERNERI . DEI . GRACIA . ABBATIS . IN LVNEBORCH“, der Abt ſitzend, in der Linken den Stab, die Rechte zum Segnen erhoben. Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 155 u. a.

Urk. 367.

Die Gebrüder Otto, Johann und Werner von Melbeck verkaufen dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg ein Gut zu Melbeck (im K. Embſen A. Lüne) nebſt Vogtei und Dienſt. 7. September 1333.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Deduction ꝛc. Beil. № 41. — Vergl. Urk. vom 10. April 1323.)

Nos Otto Johannes et wernerus fratres dicti de melbeke famulj Tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes quod ab amicorum noſtrorum maturo conſilio et omnium heredum noſtrorum legitimorum quorum nunc intereſt aut intererit in futuro vnanimj conſenſu ac libera voluntate vendidimus rite et racionabiliter honorabilibus viris, dominis Abbati Priorj totique conuentuj Monaſterij Sancti Michaelis in Caſtro Luneborch bonum vnum ſitum in uilla melbeke cum aduocatia et seruicio pro quadraginta et quinque marcis luneborgenſium denariorum jure perpetuo poſſidendum Cum omnibus fructibus et pertinencijs videlicet paſcuis pratis campis ſiluis atrijs agris cultis et incultis ceterisque accidentibus ad ipſum spectantibus quouis iure sicut nos hactenus habebamus Ita eciam qvod bonum locare poterint ac locatum amouere. Volumus Inſuper Predictos dominos warandare ut tenemur de jure et more solito warandare (*sic*) Sicut eis manu et lingua promiſimus et nichilominus promittimus jn hiis scriptis In cuius euidenciam et memoriam firmiorem preſentem litteram duximus ſigillis noſtris firmiter roborandam. Datum anno dominj M̊CC̊C̊XXXIII̊ in vigilia Natiuitatis Marie Preſentibus honeſtis Seghebando riken Hunero de Odem famulis Nicolao toppenſtede et pluribus aliis fide dignis.

Drei Siegel abgefallen.

Urk. 368.

Biſchof Johann zu Verden ſchenkt dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg das Obereigenthum an den Zehnten zu Bargtorf (im K. Wichmannsburg) [1], Rieſte (im K. Bienenbüttel, beide A. Medingen) [2], Melbeck (im K. Embſen A. Lüne) [3], Schätzendorf (im K. Egeſtorf), Ollſen (im K. Hanſtedt, beide A. Winſen a. d. L.), Giſkendorf (im K. Wendhauſen A. Lüne) [4] und an dem halben Zehnten zu Bienenbüttel (Kirchd. im A. Medingen) [5], nachdem dieſelben ihm von ſeinen desfallſigen Vaſallen, welche ſie dem Kloſter verkauft haben, reſignirt ſind. Lüneburg, 12. September 1333.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. in den Hannov. Gel. Anzeigen 1755 S. 778. — Vergl. Urk. vom 4. Juli 1336.)

In nomine domini amen Johannes dei et apoſtolice ſedis gratia verdenſis Eccleſie Epiſcopus. Omnibus chriſti fidelibus preſentes literas viſuris ſeu audituris Salutem in domino ſempiternam. Religioſis impenſas locis largiciones irrefragabilibus decet ſtabiliri munimentis. ne per alicuius queant calliditates fue firmitatis compendio defraudarj. Quapropter ſcire volumus preſentes et poſteros. quod dilecti nobis in chriſto abbas et Conventus Monaſterii ſancti Michahelis in caſtro Luneburg ordinis beati benedicti noſtre dioeceſis vt ſui redditus monaſterii augmentarent decimas in berchtorpe. Riſtede. Melbeke. feezendorpe. Ollenſeme. Jeuekendorpe et dimidiam partem decime in villa bynebutle Emptionis titulo comparaſſent et ut verius dicatur de manu layca redemiſſent. Nos recepta reſignacione decimarum predictarum ab earumdem venditoribus ſeu detentoribus ſeu Nobilibus, ſeu Militibus. ſeu quibuscunque qui ipſas a nobis et ipſi ab hujusmodi nobilibus et talibus in pheodo tenuerunt. proprietates et Jura decimalia propter deum et ſpeciales quos ad ipſos habemus et habere debemus fauores abbati et conuentui memoratis donauimus et donamus in hiis ſcriptis perpetuo poſſidendas. In cuius donacionis teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum luneborch. anno domini M̊C̊C̊C̊XXXIII pridie ydus ſeptembris.

Siegel abgefallen.

---

[1] Vergl. die Urkunden vom 15. Juni 1332.
[2] Vergl. die Urk. vom 25. März und 13. April 1327 und 17. Februar 1333.
[3] Vergl. Urk. vom 1. Januar 1334.
[4] Vergl. Urk. vom 28. Mai 1335.
[5] Vergl. Urk. vom 4. Juni 1330.

Urk. 369.

Biſchof Johann zu Verden thut kund, daß Frau Berta, Wittwe des Bürgers Johann Bertoldi zu Lüneburg, auf den Rath ihrer Söhne Johann, Mönch in der Veſte Lüneburg, und Nikolaus, Canonicus zu Bardewiek, mit ſeiner und der Zuſtimmung des Pfarrers Johann in Modeſtorpe zwei Vicarien geſtiftet hat, und beſtätigt dieſelben. Lüneburg, 12. November 1333.

(Nach einem Transſumpte des Raths zu Lüneburg vom 24. Februar 1350 aus einer Abſchrift in dem Convol. Diplom. Verd. von Büttner in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

In Nomine Domini Amen. Johannes Dei gratia Verdenſis Eccleſie Episcopus, omnibus Christi fidelibus Salutem in Domino. Qui ſeminant in lacrimis, in gaudio ſummo metent. Cujus memor Domina Berta, relicta quondam Johannis Bartoldi Burgensis in Luneburg, pro ſalute ſua et mariti et heredum ſuorum, et puerorum ſpecialiter de conſilio filiorum Dominorum Johannis profeſſi in Castro Luneburg. et Nicolai Canonici Bardewicenſis, de noſtra licentia et Domini Johannis de Wittorpe, plebani ſancti Johannis in Modeſtorpe duas Vicarias ſeu Beneficia inſtauravit duobus choris ſalis in Salina Luneborgenſi, uno in domo Memminge

ad dextram in Gunchpanne, Dimidius in domo Butſinge in Gunchpanne ad dextram, alter vero dimidius in domo Betſehuſen in Gunchpanne ad ſiniſtram. Primus Vicarius percipiet integrum ſtatim. Sequens vero pro nunc tantum percipiet duo Plauſtra. Sed mortua dicta Domina integrum chorum tollet. Eadem Domina collacionem utramque ſibi reservavit temporibus vite ſue. qua defuncta filiis suis cedet, et pariter equa vice. Quibus mortuis Abbas in Reinefelden ordinis Cistercienſis Lubicenſis Dioceſis primam conferat vacaturam. Et poſt quociescunque vacat, Et Johannes Om Avunculus dicte Berten cum ſuis heredibus vtriusque ſexus de ſtirpe Domine Ermegardis matris ejusdem Berte collacionem alterius vicarie perpetuo retinebunt et dare poterunt ubi placet, Salvis tamen conditionibus infrascriptis. Idoneis, caſtis et bone fame ſacerdotibus conferantur, qui ſint actualiter ſacerdotes, qui cum aliis Vicariis obedient. Et in Armario Sancti Johannis, ad Altare Sancti Thome et Elizabeth diebus ſingulis legant Miſſas, matutinis et veſpertinis interſint, et in festivitatibus ſumme Miſſe niſi impediat justa cauſa. Quibus non reſidens tunc Plebanus cum Patronis Vicariis expenſas ſuas commode procurabunt, non obſtante quod Salinaria minus ſolvant. Si vero Vicarii prehabita non curarent et Patronibus querulantibus ſuperior non corrigeret, Patroni de Beneficiorum proventibus sub testimonio tantum tollent, ſicut expedit pro neglecto et pauperibus largiantur. Si vero quis premiſſa quomodolibet infirmaret mutando bona dicta tollendo vel occupando quocunque titulo. Ex tunc Patroni ad ſe licite recipiant Ipſa bona et transferant pro cultu DEi prout viderint expedire. Nec locum habeat quispiam contradicens. Nos igitur Matrone sepedicte mentem piam gratuite prosequentes premiſſam Inſtauracionem cum bonis aſſignatis, vel ulterius aſſignandis admittimus, approbantes et in nomine Domini confirmamus Declarantes quod ſi dicte Vicarie conferentur his, qui non eſſent actualiter et idonei ſacerdotes, ipſo facto collatio irrita ſit et nulla. Volumus etiam, quod ſi Vicarii non ſervaverint que presens Confirmatio precipit conſervare premiſſa ſuperioris vel Plebani monicione canonica, ſint nostra pontificali ſententia laqueati, Inhibentes, ne quis contra dictam ordinationem et noſtram confirmationem temerarie ſe opponat, aut bona dicta diminuat subtrahat aut quomodolibet alienet, Si quis oppoſitum fecerit, penam excommunicationis late ſententie quam canonica moniciono premiſſa ferimus in his ſcriptis se noverit incidiſſe. Datum Luneborch Anno Domini Millesimo trecentesimo triceſimo tercio, in Craſtino Martini Epiſcopi. Quocirca in teſtimonium hujusmodi literarum pro transſumpto fecimus sigillari presens ſcriptum nostre Sigillo civitatis de anno Domini Millesimo trecenteſimo quinquagesimo, In die Mathei Apostoli Insuper predicte litere confirmationis apud Conſules Luneburgenſes in coram (*sic*) cuſtodia reſervantur.

Urk. 370.

Knappe Huner von Ödeme verkauft ſeinem Bruder Werner und dem Ulrich von Ilten, Geiſtlichen auf dem Hauſe in Lüneburg, und dem Kloſter ſelbſt ſeinen Hof unter der Burg beim Bauhofe. 13. December 1333.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Sammlung ungedr. Urk. Niederſ. I, II 31.)

Ich Huner van dher Odheme, knecht, bekenne, vnde betughe, in deſſeme breve openbarliken, dhat ich mit wlbort, vnde mit willen, alle miner rechten erven, hebbe vorkoſt, heren wernere van dher Odheme mineme brödhere, vnde heren, Olrike van Iltene, geſtligheu Ludhen oppe dheme Hus tö Luneborch, vnde dheme Abbate, vnde dheme ganzen Conuente darſelues, minen Hof dhe vndher dher borch leghet, by dheme Buhóve, dhe min recht erue is, vor acht vndhe twintich mark Luneborghere penninghe, tö rechtem erue eweliken to beſittendhe, dhön vnde lathen medhe wat ſe willen. Dhit löue ich en en-

truwen mit minen tólóueren, Hildemere van der Odheme. Gheuerdhe. vnde Gheredhe, brödheren, van dher Odheme. Johanne. vnde Gheuerde, brödheren, van dher Odheme, knechten, mit ſamendher hant ganzelichen tó holdende, were dhat ſake, dhat ſe dar ane mit vchte beworen wördhen, vnde ſe mi, vnde minen tólóueren darvmme tó ſpreken, dhat were wenne dhat were, ſo ſcöldhe ich ſe, mit minen tólóueren, vntweren van alle dher bewerniſſe. Dhat deſſe dingh ganzelichen van my, vnde van minen tólóueren gheholdhen werdhen, ſo henghe ich mit, in, vnſe vnghebeſegele tó ener betuginghe, tó deſſeme vorgenwordighem breve. Dhit is gheſchen na godhes bort, Duſent var, drehundert var, in dheme dre vndhe drittigeſtem vare, in dheme Hilligben daghe ſunte Lucien dher Hilligben Junevróuwen.

Sechs Siegel abgefallen.

Urk. 371.

Die Gebrüder Otto, Johann und Werner von Melbeck verkaufen dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Melbeck (im K. Embſen A. Lüne), und verſprechen, ihnen das Lehn deſſelben vom Grafen von Schwerin zu verſchaffen. Lüneburg, 1. Januar 1334.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. 375 vom 18. October 1334.)

Nos, Otto, Johannes, et wernerus, fratres, dicti, de Melbeke, famuli, Tenore preſencium publice recognoſcimus et teſtamur, quod communicata manu ſimul et in ſolidum, cum bona voluntate, et vnanimi conſilio, ac omnium noſtrorum legitimorum heredum conſenſu, quorum nunc intereſt, aut in futurum, dinoſcitur intereſſe, rite et rationabiliter, vendidimus, honorabilibus, et diſcretis viris, dominis, videlicet, Abbati, priori, Totique Conuentuj, Monaſterij ſancti Mychaelis, in Caſtro Luneborch, ordinis ſancti Benedicti, noſtram integram decimam, tam maiorem quam minutam, tocius ville, Melbeke, cum omni fructu et vtilitate, et penitus cum omni iure, quo, ad noſtros progenitores, et hactenus ad nosmet ipſos pertinebat, seu poterat pertinere, pro sexcentis marcis, et sexaginta marcis, Luneburgenſium denariorum, iure hereditario perpetuis temporibus poſſidendam, et plane ad faciendum ac dimittendum, quod dicto domino abbati, et Conuentui, placuerit cum eadem, Nobis et noſtris heredibus penitus nichil iuris in ea de cetero reſeruantes, sed ſi idem dominus Abbas, et Conuentus, aliquod in ipſa decima obſtaculum, seu impedimentum habuerint, hoc ſibi, cum primo moniti fuerimus diſbrigabimus, qualibet contradictione totaliter pretermiſſa, Cujus quidem decime feoudum, predicto Abbati, et Conuentui, a domino Comite de swerin, ſi quocunque modo poterimus, volumus procurare, ſi vero in hoc defecerimus, tunc dominus Abbas et Conuentus debent de ipſius procuracione, ſibi perſonaliter prouidere, si autem predictum feoudum ex vtraque parte non poterimus procurare, tunc ipſum ad manus domini Abbatis, et Conuentus, apud nos, ad bonum ſuum, volumus obtinere, quouſque, a domino feoudali, poterit procurari, volumus eciam dictum dominum Abbatem, et Conuentum, in dicta decima, ut tenemur, ſecundum ius, et terre conſuetudinem warandare, vt autem hec conuencio facta, per nos, firmiter obſeruetur, Noc fratres preſcripti, vna cum compromiſſoribus noſtris, videlicet, seghebando de wyttorpe, et Johanne, dicto Ryben, domino wernero Abbati, Othrauen priori, et dominis, ſcilicet, frederico, puſteken, wernero de Odem, Olrico de ylten, sacerdotibus, et ibidem Conuentualibus, seghebando, domini ſeghebandi, domini *Johannis*, domini hinrici, dictis de Monte, militum, filijs, hinrico kynt, hunero de Odem, et Johanni ſcaghken, famulis, ex parte ſepedicti domini Abbatis et Conuentus, cautionem fecimus manualem, et nichilominus ſigillis noſtris, et compromiſſorum noſtrorum, seghebandi et Johannis, predictorum, preſentem litteram, duximus confirmandum, Datum et Actum Luneborch, Anno domini, milleſimo tricenteſimo triceſimo quarto jn die Circumciſionis domini; preſentibus

honorabilibus viris et ydoneis ſupraſcriptis, domino ditmaro, et domino Jacobo, dictis hollen, et pluribus alijs ſide dignis:·

Rundes Siegel: „† S WERNERI DE MELBEK", ebenfalls mit einem wolligen Vließ.

Herſiegel „† S' SEGEBANDI DE WITOORPPE." mit drei Fischen in einem geschlängelten Bache, wie unter Urk. 302.



Urk. 371 a.

Abt Werner und der Convent des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg verkaufen dem Bürger Johann Om in Lüneburg ein Salzgut in der Saline daſelbſt. 7. Januar 1334.

(Nach einer Copie in der Königlichen Bibliothek zu Hannover: „ex origin. et Copiar. Hilgendal." fol. 35 a, in „Allerhand Nachrichten und Urkunden" ꝛc. S. 133.)

Nos Wernerus . Abbas Dei gratia Totusque Conuentus Ordinis Sancti Benedicti in Caſtro Luneborch . Recognoſcimus publice proteſtantes . quod habito maturo conſilio et concorditer ex certa ſcientia . vendidimus juſte venditionis tytulo Diſcreto viro . Johanni dicto Om . Burgenſi in Luneborch, et ſuis heredibus . quartam vnius chori Salis . quolibet menſe tollendam in Salina Luneborch . in inferiori domo Berndinge . in ſartagine wechpanne. ad ſiniſtram manum cum ingreditur ipſa domus . jure hereditario perpetuo poſſidendam. cum pleno poſſe faciendi vel etiam dimittendi quod ſibi vel ſuis heredibus complacebit . In cujus euidentiam copioſam Sigillis noſtris roborauimus preſens ſcriptum . Datum . Anno Milleſimo Trecenteſimo Triceſimo quarto . Dominice Incarnationis in craſtino Epyphanie.

„† S . W(erneri . D)ei . Gracia Abbatis . (in Lu)neborgh:"
„† S . Conventus sancti . (Michaelis in Luneb)rgh."

Urk. 372.

Abt Werner, Prior Otrave und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg beſcheinigen dem Propſte Gerlag und dem Convente des Kloſters Lüne, für eine ihnen von denſelben zu zahlende Geldrente aus der Saline Lüneburg und für das Obereigenthum des Zehnten zu Melbeck (im K. Embſen A. Lüne) 220 Mark empfangen zu haben. 10. Februar 1334.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 691 in Königlicher Bibliothek zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 1. Januar 1334.)

In nomine domini amen. Nos Wernerus Dei Gratia Abbas Otraven prior totuſque Conventus Sancti Michaelis in Luneborch tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtantes quod unanimi conſilio pro noſtri Monaſterii utilitate vendidimus jure perpetuo Honorabili viro Domino Gherlaco Prepoſito et Conventui in Lune redditus annuos novem marcarum cum octo ſolidis denariorum Luneborgenſium quos ſingulis annis percipere conſuevimus partim a bonis Salinaribus partim pro proprietate bonorum in Bilue dicti Monaſterii in Lune pro CC et XX marcis denariorum Luneborgenſium dicte monete nobis numeratis totaliter et ſolutis dictam autem pecuniam ad decime Melbeke noſtro monaſterio plus neceſſariam con-

vertimus emptionem dimittentes dictum Monaſterium Lune ab annua ſolutione dicti cenſus novem marcarum et octo ſolidorum et a pagatione ducentarum et viginti marcarum liberum et ſolutum. In cuius rei teſtimonium ſigilla nostra preſentibus ſunt appenſa datum Anno domini MCCCXXXIIII in die beate Scolaſtice Virginis.

Urk. 373.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Bardowieker Canonicus Nikolaus und dem Mönche Johann in der Veſte Lüneburg, Söhnen Johann's Bertoldi, den großen und kleinen Zehnten zu Ehrhorn (im K. Biſpingen A. Winſen a. d. L.) und eine Curie daſelbſt. Lüneburg, 18. Juni 1334.

(Nach dem Originale im Königlichen Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 24. Juli 1346.)

Nos, Otto miles, et hinricus filius noſter famulus, dicti, de swerin, vniuerſis, tam preſentibus quam futuris, volumus eſſe notum, publice proteſtantes, Quod bona voluntate et aſſenſu omnium heredum noſtrorum, pariter et amicorum, quorum nunc intereſt vel in futurum intereſſe poterit, vendidimus, Diſcretis viris ac dominis, domino Nycolao perpetuo Canonico Eccleſie Bartwichſenſis, et domino Johanni Monacho in Caſtro luneborch ordinis ſancti Benedicti, filijs, nominatis, Johannis bertoldi, decimam noſtram, ville Erhoren, tam maiorem, quam minutam, cum vna Curia in dicta villa ſituata, cum omnibus attinencijs ſuis, proprietatibus, atque iure, quo ad Nos .. et heredes noſtros uſque in preſens pertinebat, in perpetuum poſſidendam, faciendum, et dimittendum, cum predicta decima et Curia, quod eiſdem dominis, videbitur expedire. Ceterum profitemur, dominis pretactis vendidiſſe, dictam decimam et Curiam, ab omni iure feodali exceptas, et penitus liberas, diem, et Annum, pro warandia ſecundum conſuetudinem terre Approbatam, eiſdem, obſeruantes, premiſſa omnia et ſingula, dominis .. ſepe nominatis fide data, et in ſolidum, promiſimus, et preſentibus promittimus, Reuerendo in chriſto domino, wernero, Abbati, Otrauen priorj, Olrico de ylten, monachis in Caſtro Luneborch, et Johanni Ome, Ciui in Ciuitate Luneborch, ad manus, dominorum ac fratrum, ſepedictorum, videlicet, nycolai et Johannis, inuiolabiliter, A nobis .. et ſucceſſoribus noſtris, obſeruanda, preterea, ſi quiſpiam, dictos dominos et fratres, in decima ville Erhoren maiore, et minuta, ſeu Curia predicte ville, inquietare preſumpſerit, quando requiſiti fuerimus, per eoſdem, nos .. tenebimur diſbrigare in amicitia, vel in iure, In teſtimonium premiſſorum, ſigilla noſtra, preſentibus, duximus apponenda, Datum et Actum luneborch Anno domini. M.CCCXXXIIII. in die ſanctorum martyrum, marci et marcellianj.

Herzſiegel des Ritters Otto von Schwerin, wie der Abdruck unter Urk. 328 an erſter Stelle. Herzſiegel „† S. HENRICI . DE . ZWIRIN“, wie unter den Urk. 350, 353.

Urk. 374.

Segeband und Gevehard, Söhne des Ritters Heino von dem Berge, verkaufen an Johann Schack die Einkünfte von $15\frac{1}{2}$ Stiege Aal aus dem Wehre „Kruken“ zu Dreckharburg (im K. St. Dionys A. Winſen a. d. L.) und Büttlingen (im K. St. Dyonis A. Scharnebeck), von welchen ihnen Ritter Segeband Schenke die Hälfte verkauft hat. 25. Juni 1334.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover.)

Nos Seghebandus et Gheuchardus fratres, filii heynonis quondam militis dicti de monte publice recognoſcimus quod vnanimi omnium quorum intereſt cum conſenſu vendidimus iuſte vendicionis tytulo Johanni ſcacken ſuiſque veris heredibus redditus quindecim vigenarum anguillarum cum dimidia vigena pro vj. marcis luneborgenſium denariorum.

iiij. ſolidis. minus jure hereditario perpetuo poſſidendos. Qui quidem Redditus annuatim proueniunt de horborch et de butlinghen ab vna warandia dicta wigariter en were, que vocatur kruken Horum enim reddituum dimidietatem predicti fratres emptam habuerunt a Seghebando scenken milite et nos zeghebandus ſcenke miles iam dictus pro huiuſmodi reddituum warandia ſeruanda ſtamus sicut de iure talium bonorum warandia requiritur obſeruari. Quod nos ſide preſtita corporali communicata manu in solidum compromittimus vnacum eiſdem et pro eiſdem firmiter obſeruandum preſentibus honeſtis famulis gheuehardo et zeghebando dictis de monte. Datum Anno domini. M. CCC. XXXIIII in craſtino sancti Johannis baptiſte In cuius rei teſtimonium sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa.

Rundes „† S' SEGHEBANDI . DE MONTE", einen Baum, auf welchem zwei Vögel ſitzen, darunter rechts der Schild mit drei in Spitzen gezogenen Balken, links ein Schild mit zwei ins Kreuz gelegten Lilien; zwei Herzſiegel „† S GHEWEHARDI DE MONTE", wie unter Urk. 300 mit drei, und „† S SEGHEBANDI DE MONTE DCI PINCERNE" mit vier in Spitzen gezogenen Balken, wie unter Urk. 218.

Urk. 375.

Graf Heinrich von Schwerin ſchenkt dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg das Obereigenthum über den großen und kleinen Zehnten zu Melbeck (im K. Embſen A. Lüne), wie dieſelben ſeine Vaſallen Otto von Melbeck und deſſen Brüder dem Kloſter verkauft haben. Boizenburg, 18. October 1334.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 1. Januar 1334.)

NOs hinricus dei gratia Comes zwerinenſis tenore preſentium recognoſcimus et teſtamur, quod de libero conſenſu et bona voluntate, omnium noſtrorum heredum quorum nunc Intereſt et Intererit in futurum, cauſa deuocionis et honoris dei et ſpiritualis amicicie nobis facte, dedimus et damus, ob ſalutem anime noſtre, In hijs ſcriptis, totum Jus pheodale, decimarum ville Melbeke, maioris et minoris, abbati et conuentui Monaſterij ſancti Mychaelis In Caſtro luneborgh, Cum omnibus prouentibus, et functibus Jure hereditario perpetuis temporibus libere poſſidendum, ſicut otto dictus de melbecke, famulus et ſui fratres, a nobis In pheodo, poſſederunt, et vendicionis tytulo predicte Eccleſie, rite et rationabiliter, dimiſerunt, Ne Igitur ipſi eccleſie ex conuencione predicta, et noſtre pheodi aſſignacione alicui dubium a noſtris ſucceſſoribus oriatur, preſentem literam noſtri ſigilli teſtimonio, dedimus ſigillatam, Datum boyceneburgh, anno domini M. CCC. XXXIIII. In die beati luce ewangeliſte.

Großes rundes „S' HINRICI : DEI : GRA : COMITIS : ZWERINEN" mit einem rechtsſchreitenden Pferde, der Hintergrund gegittert und mit Kreuzen.

Urk. 376.

Heinrich von Boizenburg, Archidiakon zu Modeſtorpe, der Geiſtliche Johann von Remſtedt und die Knappen Segeband und Johann von Wittorf, Teſtamentsvollſtrecker des Pfarrers Johann von Wittorf in Modeſtorpe, verkaufen dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Convente in der Veſte Lüneburg den Hof und die Hausſtelle des Meiers bei dem Teiche in Reinſtorf (Kirchd. im A. Lüne), wie der Pfarrer dieſelben von dem Burgmanne Johann Schack zu Lüneburg gekauft hat. 24. November 1334.

(Nach dem Originale im Königl. Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Deduction ꝛc. Beil. № 54.)

Nos Hinricus dictus de Boyceneborch. Archidyaconus in Modeſtorpe. Johannes de Remſtede clericus. seghebandus et Johannes famuli. dicti de wittorpe. Executores vltime voluntatis domini Johannis de wittorpe. plebani in Modeſtorpe. ſane memorie. Tenore pre-

ſentium protestamur. quod Curiam et aream. villici. iuxta lacum. in villa Reyneſtorpe. vendidimus. iuſte vendicionis tytulo. Religioſis et in chriſto deuotis. Domino. wernero abbati. Otrauen. priori. Totique conuentui. ordinis sancti Benedicti. in Caſtro Luneborch. cum ſuis appendiciis vniuerſis. aduocatia. ſiluis. nemoribus. pratis. paſchuis. aquis. aqueductibus. agris cultis. et incultis. proprietate. libertate. et omni iure. quo dicta Curia. ad dictum dominum plebanum. a Johanne schaken. caſtellano in Luneborch. deuenit. etiam. iuſto tytulo. empcionis. iure perpetuo poſſidendam. ſtantes pro debita warandia. prout exigit modus terre. Datum ſub noſtris ſigillis. Anno domini. M. CCC. XXXIIII. In vigilia sancte Kathrine virginis.

Länglich rundes Siegel „. . ERICI CAN VDN ECCE DCI D BOYCEN . . .“, unter zwei Heiligen ein Schild mit einem Schweinskopfe (vgl. die Abbildung des Siegels unter Urk. 7); rundes „† S'. JOHANNIS. DE REMSTEDE CLERIC“ wie unter Urk. 333. Rundes „† S' SECHEBANDI DE WITDORPE“, Schild mit drei Fiſchen in einem welligen Bache; Herzſiegel „† S JOHANNIS † WITDORPE“, drei Fiſche in einem welligen Bache, Hintergrund gegittert mit Punkten.

Urk. 377.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß der Mitbürger Ludolf Hartwici und der Proconſul Hartwig von der Sülze dem Abte Werner, Prior Werner und Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg eine Geldrente aus der Saline Lüneburg überwieſen und ein dem Kloſter zinspflichtiges Salzgut des Johann Rechſchwale von dieſer Rente abgelöſt haben. 29. November 1334.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 275 in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Nos Consules Ciuitatis Luneborg Albertus Hoyke Johan Viſcule Hartwicus Abbenborg Johan Semmelbecker Johan de ponte Nicolaus de molendino Henricus Soetmesters Hinricus Müntere Panderus Schellpepere Haſſeke Nicolaus Schomackere Thidericus Bromes tenore preſentium publice recognoſcimus proteſtantes Quod Ludolphus Hartwici noſter Comburgenſis et Hartwicus de Salina noſter proconſul cum heredum ſuorum conſenſu Via permutationis dimiſerunt et tradiderunt religioſis viris domino Wernero Abbati Wernero priori totique Conventui Monaſterii Sancti Michaelis in Luneborg Ordinis Sancti Benedicti et eorum ſucceſsoribus in perpetuum redditus perpetuos duarum marcarum denariorum Luneborgenſium in prouentibus ac fructibus duorum dominiorum ſartaginum Gunchpannen et Wechpannen poſitarum ad manum ſiniſtram dum itur in domum Vlinge in Salina Luneborg ſingulis annis tollendos ac perpetuis temporibus poſſidendos Et hii redditus duarum marcarum debent Abbati et Conuentui pre expreſſis perſolui ſingulis annis in feſto beati Michaelis per hos igitur duarum marcarum redditus Ludolphus et Harwicus prenominati quitauerunt redditus duarum marcarum quos predicti viri religiosi longis temporibus habuerunt in prouentibus et frugibus dominii Gunchpanne ad ſiniſtram manum in introitu domus Betzehuſen quod pro nunc pertinet Johanni rochſvvalen Sicque Johannes rochſvvale et eius heredes suum dominium in domo Betzehuſen preexpreſſum liberum ab illis duarum marcarum redditibus qui de eodem dominio exſoluebantur perpetuo poſſidebunt In premiſſorum testimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum datum Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo (fehlt *triceſimo*) quarto in vigilia beati Andree Apoſtoli.

Urk. 377a.

Abt Werner, Prior Otrave und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen an Otto Snowe und ſeine Brüder die Hälfte des freien Dorfs „Weykove“. Lüneburg. 9. December 1334.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vgl. Urk. vom 3. April 1328.)

Nos wernerus dei gratia, Abbas. Othrauenus prior. Totuſque Conuentus, Monaſterij ſancti Mychaelis in Caſtro luneborch. vniuerſis chriſti fidelibus, volumus eſſe notum, quod Accedente conſilio, et conſenſu, omnium noſtrorum, vendidimus, Ottoni. et suis fratribus, dictis, Snowen. famulis, ac eorum veris heredibus dimidiam villam, weykove, dictam. cum omni proprietate, Atque iure. nulli iuri annexam. pheodali, temporibus perpetuis pacifice poſſidendam warandiam dicte dimidie ville, et eiuſdem. libertatis, antedictis famulis, et eorum heredibus faciemus debitam, ut eſt iuris, In teſtimonium premiſſorum, sigilla noſtra, preſentibus, ſunt appenſa, Datum et Actum Luneborch. Anno dominj, M. CCC. XXXIIII. feria Sexta proxima Beati Nycolai Confeſſoris.

Länglich rundes Siegel des Abtes Werner. Großes rundes Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. a.

Urk. 378.

Die Gebrüder Werner und Hermann von Meding verkaufen dem Abte Werner, Prior Otrave, Jordan von Meding und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg ihren Hof in „Sterteshaghen“, unter der Burg außerhalb der Stadt gelegen, und reſigniren das Lehnrecht über denſelben zu Gunſten ihres Bruders Jordan und des Convents. 19. Februar 1335.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 12. März 1336.)

Nos Wernerus miles et Hermannus famulus fratres dicti de Medynge tenore preſencium recognoſcimus et teſtamur, Quod vnanimj conſilio et conſenſu omnium heredum noſtrorum legitimorum quorum intereſt vel intererit in futurum, vendidimus honorabilibus et diſcretis Dominis wernero abbati, Otrauen priori, Jordano de Medynge Totique conuentui Monaſterij ſancti Mychaelis ordinis beati Benedicti in Caſtro lvneborch Curiam noſtram in ſterteſhaghen sub Castro Lvneborch extra Ciuitatem ſitam, cum omnibus suis prouentibus et attinenciis et plane cum omni jure quo nos et noſtri progenitores hactenus dictam Curiam poſſedimus, pro decem marcis puri argenti dimidia minus perpetuis temporibus libere poſſidendam similiter et pheodum dicte Curie quod a domino abbate prefati monaſterij habuimus ipſi domino noſtro Abbati ad manus predicti Jordani et conuentus penitus reſignamus, nichil nobis Juris in pheodo prenominate Curie de cetero reſeruantes, Nos igitur vna cum noſtro compromiſſore henrico videlicet de Medynge patruo noſtro, dictis dominis, Abbati et conuentui promiſimus et preſentibus promittimus fide data et in ſolidum singula premiſſa inuiolabiliter obſeruanda, In premiſſorum vero noticiam sigilla noſtra et noſtri compromiſſoris perſenti pagine ſunt appenſa, Datum Anno dominj, M, CCC, XXXV In dominica Qua Cantatur Exurge quare.

Rundes „† S' WERNERI. MARSCALCI. DE LVNEB“, wie unter Urk. 346 an erſter Stelle. Rundes „† S' HERMANNI DE MEDINGHE“, mit einem rechts ſchreitenden Hirſche. Herzſiegel „† S. HEYNE. DE MEDINGE“, desgleichen wie unter Urk. 346 an dritter Stelle.

Urk. 379.

Abt Werner, Prior Otrave und der Convent des Kloſters St. Michaelis zu Lüneburg verkaufen dem Propſte Ludolf, der Priorin und dem Convente zu Medingen das Gut „Wuſtemarke.“ 12. März 1335.

(Nach einer Copie in Königlicher Bibliothek zu Hannover: „Copiar. Meding. 1. fol. LXXII. b.“, in „Allerhand Nachrichten und Urkunden“ ꝛc. S. 142.)

Nos Wernerus Dei gracia Abbas. Othraven Prior. Totusque Conuentus Monasterii Sancti Michaelis in Luneborg. Ordinis Sancti Benedicti. Tenore litterarum perfentium recognoſcimus, ac lucide profitemur. Quod unanimi cum conſenſu et concorditer. tytulo iuſte venditionis, vendidimus honorabili viro Domino Ludolfo Prepoſito. Prioriſſe et Conuentui Sanctimonialium in Medinge. Bona que in wlgo dicuntur Wuſtemarke cum omnibus ſuis utilitatibus et pertinentijs quibuscunque. eo ipso jure perhenniter poſſidenda, quo Monaſterium noſtrum et Nos ipſa Bona hucusque consuevimus poſsidere. — —*) (Gwl.) In quorum omnium cuidens teſtimonium Sigilla nostra preſentibus patenter ſunt appenſa. Datum anno Domini M CCC XXXV. In feſto beati Gregorij Pape.

*) Zur Erſparung des Raums ſind hier und in den nachfolgenden Urkunden die für die Handlung in denſelben unweſentlichen Sätze weggelaſſen, und iſt dies durch — — angezeigt. Die weggelaſſenen Sätze betreffen: die Eingangsformel = (Egf.), Conſens der Erben = (Cons.), die ſpecielle Aufzählung der Gerechtſame = (Grſ.), Verzicht auf den Beſitz = (Vz.), freies Verfügungsrecht = (Vfgr.), das Gelöbniß der Gewährleiſtung = (Gwl.), des Einlagers = (Elg.), des Schadenerſatzes = (Schad.) und den Wiederkauf = (Wk.).

Urk. 380.

Heinrich von Meding verkauft dem Abte Werner, Prior Otrave, ſeinem Bruder Jordan von Meding und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen Hof in „Sterteshaghen," unter der Veſte bei der Stadt Lüneburg gelegen, und reſignirt dem Abte das Lehnrecht über denſelben zu Gunſten ſeines Bruders Jordan und des Convents.. 12. März 1335.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ego Henricus famulus dictus de Medynge tenore preſencium publice recognoſco, Quod Cum ratihabicione et conſenſu omnium heredum meorum legitimorum quorum intereſt vel intererit in futurum vendidi Honorabilibus viris et diſcretis Dominis, wernero Abbati, Otrauen priori, Jordano de Medynge fratri meo Totique conuentui Monaſterij sancti Michaelis ordinis beati Benedicti in Caſtro Lyneborch Curiam meam in ſterteſhaghen sub Caſtro Lyneborch extra Ciuitatem sitam cum Omnibus suis prouentibus et attinenciis et plane cum Omni iure quo ego et mei progenitores dictam Curiam hactenus poſſedimus pro Decem marcis lyneborgenſium denariorum perpetuis temporibus libere poſſidendam. Similiter et pheodum dicte Curie quod a domino Abbate prefati Monaſterij habui ipſi domino meo Abbati ad manus predicti fratris mei Jordani et conuentus, nichil michi Iuris vel meis heredibus in pheodo prenominate curie de cetero reſeruans penitus reſignaui. Ego igitur vna cum meis compromiſſoribus videlicet domino wernero. Milite et Hermanno famulo fratribus dictis de Medynge patruis meis Dictis dominis, Abbati, priori Jordano fratri meo Totique conuentui promiſi et in preſentibus promitto fide data et in ſolidum singula premiſſa inuiolabiliter obſeruanda, In premiſſorum vero noticiam sigilla meorum compromiſſorum vnacum meo preſenti pagine ſunt appenſa, Datum anno dominj M CCC XXXV Dominica Reminiſcere.

Siegel wie unter Urk. 378, das Herzſiegel hängt jedoch hier an erſter Stelle.

Urk. 381.

Propſt Ludolf, Priorin und Convent zu Medingen verkaufen dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ihren Hof in Gödingen (im K. Barscamp A. Bleckede). 25. März 1335.

(Nach dem Original im königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Ludolphus dei gracia prepoſitus, prioriſſa, Totusque conuentus in medinge in hiis recognoſcimus literis lucide proteſtantes, Quod nos maturo prehabito conſilio et conſenſu vendidimus. iuſto vendicionis tytulo, Honorabilibus viris Dominis. domino wernero Abbati, Othrauen priori Totique conuentuj Monaſterij sancti Michaelis in Luneborch ordinis beati Benedicti Curiam noſtram in Godynge annuatim soluentem sex Wychempten siliginis cum proprietate et vſufructu ac vniuerſaliter cum omni lure velut ipſam hactenus poſſedimus, perpetuis temporibus poſſidendam. — — (Gwl.) In premiſſorum efficaciam et memoriam firmiorem Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno dominj M. CCC. XXXV. In annunciacione Dominica.

Siegel des Propſtes Ludolf, wie unter Urk. 325; das zweite Siegel abgefallen.

Urk. 382.

Knappe Johann Schack, Sohn der Frau Iſalde, verkauft dem Abte Werner, dem Prior und Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ſein Haus oder Curie in Soderſtorf (im K. Raven A. Winſen a. d. L.). 12. Mai 1335.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Vniuerſis chriſti fidelibus hanc literam viſuris ſeu audituris cupimus eſſe notum. Quod Nos Johannes dictus schacko . famulus . domine yſalden filius . cum pleno conſilio et omnium noſtrorum heredum conſenſu Rite et rationabiliter vendidimus, honorabilibus viris et diſcretis domino videlicet wernero Abbati . domino priorj . . Totique Conuentui Monaſterij sancti Michaelis in Lyneborg, noſtram domum ſiue Curiam ſitam in villa soderndorpe . quam Johannes dictus walringhen inhabitat, cum plena Libertate et iuſta proprietate et penitus cum omni lure quo Nos retroactis temporibus poſſedimus et habuimus, pro vinginti quatuor marcis denariorum Lyneborgenſium . perpetuis temporibus libero poſſidendam. — — (Bz. und Vfgr.) Preterea Nos Everhardus . Everhardi de Odem filius . et Gheuchardus dominj seghebandi de monte pie memorie filius famuli . vna cum prenotato Johanne Schacken . pro lusta hujus Curie warandia ſtamus ſiue ſtabimus, ſicut de lure . et de conſuetudine terre talia bona debent warandari. — — (Schad.) Ed ad maiorem hujus facti certitudinem Nos vniuerſi et ſinguli prenominatj noſtris sigillis hanc literam dedimus inſignitam. Datum Anno dominj . M. CCC. XXX. Quinto . In die beatorum martirum Nerei . Achillej . et pancracij .

Erſtes Siegel abgefallen. Kleines rundes „† S' EVERHARDI DE ODEME" mit einem gekrönten Hundskopfe auf dem Schilde; Herzſiegel „† S. G * EVE * HARDI * DE MONTE" mit vier geſpitzten Balken, wie unter Urk. 218.

Urk. 383.

Knappe Otto Malzan verzichtet zu Gunſten der Herzöge Otto und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg auf jeglichen Anſpruch an die Zehnten zu Schäßendorf (im K. Egeſtorf) und Ollſen (im K. Hanſtedt, beide A. Winſen a. d. L.). 28. Mai 1335.

(Nach dem Copialbuch 2 fol. xliij des Kloſters St. Michaelis. — Vergl. die Urk. 368 vom 12. September 1333 und 4. Juli 1336.)

Ich Otte Malzan knecht. Bekenne apenbare in deſſem breue Dat ich vnde myne rechten eruen vſe heren hertoghen Otten vnde hertoghen wilhelme van Brunſwich vnde Luneborch. vnde ore rechten

eruen In deme Tegeden tho Schetzendorpe, vnde in deme Tegeden tho Ollenſen, nicht engen, vnde nicht binderen ſchollen Alſo dat ich vnde myne eruen, vppe de verſprokene Tegheden, neue anſprake mer hebben ſchollen, Tho eyner betüginge hebbe ich myn Ingheſegel, hengt to deſſem breue. Vnde is gheſchen na Goddes bord Duſent Jar Drehundert Jare In deme viff vnde drittegeſten Jare, Des Sondages vor Pyngſten.

Urk. 384.

Knappe Burchard Snewe, Vogt zu Lüneburg, tauſcht, auf Geheiß der Herzöge Otto und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg leibeigene Leute mit dem Abte Werner zu St. Michaelis in der Burg Lüneburg. Lüneburg, 10. Auguſt 1335.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ego borchardus famulus dictus ſnewe aduocatus in luneborg tenore litterarum preſentium pupplice recognoſco quod cum conſenſu. ac iuſſu. ac voluntate dominorum meorum ottonis ac willehelmj fratrum. ducum de brunſwic et luneborg cum honeſto ac diſcreto viro domino wernero abbate monaſterij ſanctj michaelis in caſtro luneborg. rite ac rationabiliter permutationem, ac concambium quoddam fecj . dando quidem et reſignando eidem mulierem proprietariam dominorum meorum predictorum . hildegunden vxorem iohannis dictj de beuerbeke morantis in riſtede . filiam bernardi de bunſtorpe . cum omnibus filiis ac filiabus ſuis generatis et in poſterum ab ipſa generandis . cum omnj ſeruitute qua dominis meis predictis aſtricta fuerat . et penitus cum omnj iure ac proprietate quibus ipſam hactenus habuerunt perpetue poſcidendam . proinde vero recipiendo virum proprietarium abbatis predictj nicolaum de rottorpe filium villicj de winebutle . quem dux otto ſenior bone memorie pater dominorum meorum prenominatorum ſancto michaheli pro remedio anime ſue cum obiit, offerebat . cum omni ſeruitute qua abbatj prenominato aſtrictus fuerat. et penitus cum omni iure ac proprietate quibus ipsum hactenus habuit perpetue poſcidendum. vt hec igitur predicta et infraſcripta . firma . rata . et inviolata perpetuaque permaneant sigillum aduocacie luneborgenſis preſentibus eſt appenſum. Datum et actum in luneborg anno domini Milleſimo. CCC. XXXV in die beatj laurencii martiris.

Siegel abgefallen.

Urk. 385.

Ritter Boldewin und ſein Sohn Gerlach, Ritter Gerlach und ſein Sohn Heinrich, und Knappe Johann, Bruder der beiden Ritter, alle von Lobke, verkaufen dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg den großen und kleinen Zehnten zu Willerding (im K. Lüneberg A. Lüne[1]), und verſprechen demſelben das Obereigenthum daran innerhalb eines Jahres zu verſchaffen. 1. November 1335.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 19. November 1315.)

Nos Boldewinus de Lobeke . miles . Gerlacus filius suus . Nos Gherlacus . miles . et filius ſuus Henricus . et Nos Johannes . famulus . Eorundem militum frater . communiter dicti de Lobeke . preſentium Recognoſcimus Teſtimonio litterarum . Quod Nos vnanimj conſilio, et Omnium noſtrorum legitimorum heredum conſenſu — — vendidimus, Honorabilibus viris et Diſcretis Dominis, Abbati . . priori . . Totique Conuentui Monaſterij sancti Mychaelis in Lvneborch . noſtram jntegram Decimam Tam Maiorem quam minutam . in wilrecingheborſtolde . cum omnj fructu ac vtilitate et penitus cum omnj Iure quo ad Nos a

[1]) S. Note 1 zu Urk. 241 vom 19. November 1315.

retroactis temporibus pertinebat aut pertinere videbatur pro centum marcis denariorum Lyneburgenſium perpetuis temporibus libere poſſidendam. — — (Bſr. u. Bz.) Preterea Nos wernerus de Medinghen . miles . et Hermannus frater suus . famulus . vna cum prenotatis militibus . et famulis, amicis noſtris, pro justa hujus Decime warandia ſtamus ſiue ſtabimus ſicut de Iure et de terre conſuetudine debent bona talia warandari, — — (Schad.) In cujus facti Teſtimonium, Omnium noſtrorum predictorum militum et famulorum sigilla preſenti litere ſunt appenſa. Datum Anno dominj. M. CCC. XXX quinto. In die Omnium sanctorum.

Herzſiegel „† S BALDEWINI DE . LOBEKE . MILITIS“ mit einem links ſchreitenden Hirſche; kleines rundes „†S' GHERLACI * DE * LOBEKE“ mit einem rechts ſchreitenden Hirſche; drittes Siegel abgefallen. Herzſiegel „†S HINRICI DE LOBEKE, der Hirſch links ſchreitend; fünftes Siegel abgefallen; runde Siegel des Werner und Hermann von Meding, wie unter Urk. 378.

Urk. 386.

Abt Werner in der Burg Lüneburg ertheilt, auf Bitten des Ritters Otto von Schwerin, ſeines Sohnes Heinrich und ſeiner Gemahlin Helene, dem Rector Heinrich Halepage an der Kapelle zu St. Cyriaci daſelbſt und dem Geiſtlichen Johann, Sohne Johann's Hoger den großen und kleinen Zehnten zu Weſte (im K. Himbergen) und Süttorf (im K. Roſche beide A. Oldenſtadt) auf Lebenszeit zu Lehen. 19. Mai 1336.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

In omnipotentis dei nomine Amen. eiuſdem gratia nos wernerus . Abbas ordinis ſancti benedicti in caſtro Luneborch, Vniuersis ad quos peruenerit presens Scriptum Cupimus eſſe notum . et tenore preſencium recoguoſcimus publice proteſtando quod ad inſtanciam ſtrenui militis ottonis . et Sui filij Hinrici famuli dictis de ſwerin ac conthoralis eius inclite Leneken, Litteralis ſcientias . vite ac morum honeſtas . alias (sic) merita probitatis . ſpecialisque fauor et gratia . merito nos inducunt, quod diſcretis perſonis . Hinrico Halepaghen rectorj cappellule ad ſanctum cyriacum in antiqua Ciuitate Luneborg . et Johanni . Johannis Hogeri filio . clericis pronunc . cum debita et conſueta infeudacione . ſollempnitate . oro . et manu . contulimus et juſti feudi titulo conferimus, in hiis Scriptis, decimas tam maiores quam minutas cum omnibus ſuis iuribus in villa wetſtede et Suttorpe . pro rata . dominum ottonem militem de ſwerin tangentes . quo ad tempora vite eorum pacifice poſſidendas, et ſi vnus eorum diſcederet . viuenti perſone totales remanebunt. Teſtes huius facti ſunt . Domini . prior otrauen . Cuſtos Hinricus de molendino profeſſi in caſtro Luneborch . wernerus et gheuehardus milites . et ghehardus miles . et Seghebandus famulus de berghe et plures alij fide digni. Datum sub noſtro Sigillo anno dominj. M. CCC. XXX. VI. in die aſcenſionis dominj.

Länglich rundes „† S'. WERNERI . DEI GRACIA . ABBATIS . IN LVNEBORCH“, in rothem Wachſe, den Abt ſitzend ꝛc.

Urk. 387.

Ritter Hildemar von Oedeme ſchenkt dem von ſeinen Vorfahren erbauten und dotirten Altare St. Katharinä im Kloſter St. Michaelis in Lüneburg zur Feier des Jahresgedächtniſſes ſeines Vaters Huner, ſeiner Mutter Oda, ſeines Bruders Heinrich und ſeiner Gemahlin Beke einen Weizenzins von Wolder's Hofe in Rettmar (im K. Embſen A. Lüne). 23. Juni 1336.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Hildemarus de Odem . Miles . in hac litera lucide Recognoſcimus et Teſtamur. Quod Nos . cum omnium noſtrorum verorum heredum conſilio et conſenſu pure propter deum dedimus et aſſignauimus vnum Integrum wichemtonem siliginis Cenſualem in Curia noſtra, ſita in villa Rethmar, quam wolderus inhabitat, ad Altare. Glorioſe virginis Katherine. in Monaſterio ſancti Michaelis in Lyneborg, a noſtris Progenitoribus conſtructum et dotatum, — — Ipſe autem Rector (*ipsius altaris*) . Quicumque pro tempore fuerit, huiuſmodi Cenſus donacione, singulis annis, in anniuersario patris noſtri, domini videlicet . huneri, et matris noſtre Domine Oden, anniuerſario . ut in fratris noſtri. Henrici . ac in uxoris noſtre Beken. anniuerſarijs Rectori parochie, prenominati, ſancti Michaelis, Monaſterij . et ſuo scolari . atque campanario, de veſpere dabit denarios vigiliales . et de mane, prebendam ad miſſam offerri procuret, ſicut ab alijs parrochialibus ab antiquo tempore eſt conſuetum . Eundem modum, Idem Rector in noſtro . et in noſtre vxoris Beken . anniuerſario, dùm ab hoc ſeculo migrauerimus perpetuis temporibus reſeruabit. vt Igitur omnia hac predicta, a nobis et ab Ipſo Rectore firmius obſerventur, preſentem literam deſuper confectam noſtro sigillo dedimus inſignitam. Datum Anno dominj M. CCC. XXX VI. in vigilia Natiuitatis beatj Johannis baptiſte.

Herzſiegel „† S' HILDEMARI . DE ODEME" quer getheilt, die obere Hälfte damaſcirt, in der untern drei Roſen, wie unter Urk. 345 an erſter Stelle.

Urk. 388.

Propſt Ludolf, Priorinn Mechtild und der Convent zu Medingen überlaſſen dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg die großen und kleinen Zehnten zu Schätzendorf (im K. Egeſtorf), Ollſen (im K. Hanſtedt, beide A. Winſen a. d. L.), und die Hälfte der Zehnten zu Bargtorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen), welche ſie von den Herzögen von Braunſchweig und Lüneburg gekauft haben, gegen einen Theil des Waldes Ryšne (Rießel). 4. Juli 1336.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 12. September 1333 und 28. Mai 1335.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis . Nos Ludolfus dej gracia prepoſitus . Mechtildis prioriſſa . Totusque ancillarum chriſti in Medinghe Conuentus . Preſencium tenore literarum recognoſcimus, lucide proteſtantes. Quod vnanimj conſenſu ac voluntate dimiſimus, et in hiis ſcriptis dimittimus Honorabilibus, et diſcretis viris ac dominis, Domino wernero Abbati . Othrauen priorj, Totique conuentuj Monaſterij ſancti Michahelis in caſtro Luneborch ordinis ſanctj Benedictj . Decimas in uillis Schezendorpe et Ollenſen, et dimidiam Decimam in Berchdorpe, tam maiores quam minutas, cum pertinenciis ſuis et vtilitatibus quibuscunque, eo ipſo iure perpetuo poſſidendas, quo nos ipſas ab illuſtribus principibus, Dominis noſtris .. Ducibus de Bruneſwich et Luneborch emptas et comparatas poſſedimus in hunc diem . Pro quadam parte ſilue que dicitur in wlgo Ryſne . Que diſtincta eſt et diuiſa per venerabilem virum Dominum . . Abbatem predictum, prout ſigna diuiſionis, eiuſdem ſilue partis apercius proteſtantur et declarant. Quam partem ſilue ſic diſtinctam, Monaſterium noſtrum hereditario iure perhenniter poſſidebit, et nemo alius in eadem quicquam iuris obtinebit. — — (Gwl.) In quorum omnium teſtimonium et noticiam pleniorem preſentem literam ipſis dedimus noſtris sigillis roboratam. Datum . Anno dominj. M . CCC . XXX ſexto. In feſto beatj Odalricj confeſſoris atque pontificis.

Länglich rundes Siegel des Abtes Ludolf und des Convents zu Medingen, beide wie unter Urk. 325.

Urk. 388a.

Abt Werner, Prior Otrave und der Convent des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg überlaſſen einen Theil von der Abtheilung des Waldes bei Seedorf, welcher Ryſne (Rieſel) heißt und ſich nach Bevenſen hin erſtreckt, dem Propſte Ludolf, der Priorin und dem Convente zu Medingen für die Zehnten zu Schätzendorf (im K. Egeſtorf) und Ollſen (im K. Hanſtedt, beide A. Winſen a. d. L.) und die halben Zehnten in Bargdorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen). 4. Juli 1336.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 393 in Königlicher Bibliothek zu Hannover. Abgedruckt in Harenberg, Monum. ined. p. 333 und Lyßmann, Nachrichten vom Kloſter Medingen S. 25. — Vergl. die Urk. vom 4. und 6. Juli 1336.)

In nomine domini amen . Nos Wernerus dei gratia abbas Othrauen Prior . Totusque Conventus monaſterii Sancti Michahelis in Castro Luneburg . ordinis ſancti Benedicti . publice recognoſcimus in hiis Scriptis . Quod cum ſilua nostra iuxta villam Sedorpe ſita in tres partes diſtincta ſit et diuiſa . ſilicet in partem que wulgariter dicitur Sunder . et in partem que dicitur Westerholt et in partem que dicitur Riſne . que extendit ſe iuxta villam Beuenſen. De hac ipſa tercia parte que Riſne dicitur partem aliquam per nos diſtinctam dimiſimus et hiis Scriptis . Honorabili viro Domino Ludolfo prepoſito . prioriſſe . Totique conuentui in Medinge . cum omnibus fructibus utilitatibus . prouentibus . proprietatibus . ac fundo et penitus cum omni iure ad predictam partem ſilue pertinentibus . ſicut poſſedimus in hunc diem . Ipſum quoque prepoſitum . totumque Conuentum in Medinge . ſecundum iura et conſuetudinem terre volumus warandare et nullus in eiusdem parte ſilue quicquam iuris optinebit . pro decimis in villis . Schetzendorpe et Ollenſen . tam maioribus quam minutis . et pro dimidia Decima in Berthdorpe . tam maiore quam minuta . cum omnibus fructibus vtilitatibus ac prouentibus et penitus cum omni iure . ac proprietate ſicut predictus dominus Ludolfus prepoſitus . prioriſſa . Totusque Conventus Sanctimonialium in Medinge hactenus libere poſſidebant . In quorum testimonium ac noticiam pleniorem ſigilla nostra preſentibus ſunt appenſa . Datum anno domini M CCC XXX̊VI In feſto Sancti Odalrici confeſſoris.

Urk. 389.

Die Gebrüder Otto und Wilhelm, Herzöge von Braunſchweig und Lüneburg, beſtätigen den Tauſch, durch welchen Abt Werner zu St. Michaelis in Lüneburg dem Propſte Ludolf zu Medingen einen Theil des Waldes Ryſne (Rieſen) gegen die Zehnten zu Schätzendorf (im K. Egeſtorf), Ollſen (im K. Hanſtedt, beide A. Winſen a. d. L.) und den halben Zehnten zu Bargdorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen) überlaſſen hat. Lüneburg, 6. Juli 1336.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten VII 391 in Königlicher Bibliothek zu Hannover. Abgedruckt bei Harenberg hist. eccl. Gandersh. p. 1693; Harenberg, mon. ined. p. 235 und Lyßmann, Nachrichten vom Kloſter Medingen S. 27.

Nos Dei Gratia Otto et Wilhelmus . duces de Bruneſwich et Luneborg . fratres . Coram vniuerſis presens ſcriptum viſuris et audituris publice recognoscimus et lucide protestamur Quod facta eſt permutatio per honorabiles Viros dominum Wernerum Abbatem monaſterii Sancti Mychaelis in Luneborg et dominum ludolfum prepoſitum in Medinge hinc inde de bonis ſuis infraſcriptis videlicet de decimis villarum Schetſendorpe et ollensen ac dimidia decima ville Berchdorpe ex vna et quadam parte ſilue que Ryſne dicitur que per dominum abbatem predictum diuiſa est et distincta prout ſignis eiusdem diuiſionis declaratur parte ex altera in hunc modum Quod abbas et Conuentus dicti monaſterii duas decimas

cum dimidia ſupradictas . prepoſitus uero et Conventus in medyngbe prenotatam partem ſylue Ryſne ex nunc perpetuo poſſidebunt. Cui permutationi coram nobis facta nos preſentibus conſentimus ſigillis nostris in premiſſorum euidentiam ſigillatis. Datum et actum Luneborg anno domini M CCC XXX ſexto in octaua beatorum petri et pauli apostolorum.

Urk. 390.

Die Gebrüder Otto und Wilhelm, Herzöge von Braunſchweig und Lüneburg, verkaufen dem Abte Werner, Prior und Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg die Zehnten in Schätzendorp (im K. Egeſtorf) und Ollſen (im K. Hanſtedt, beide A. Winſen a. d. L.). Lüneburg, 6. Juli 1336.

(Nach dem Copialbuch M. 2 fol. xlij des Kloſters St. Michaelis. — Vergl. Urk. 389.)

Nos dei gratia Otto et wilhelmus fratres duces de Brunſchwich et Luneborch, Tenore preſentium recognoſcimus proteſtantes manifeſte Quod iuſto venditionis titulo vendidimus pro Quadringentis marcis Luneborgenſium danariorum, Honorabilibus et diſcretis viris domino wernero Abbatj Priori et Conuentui Monaſterij ſanctj Mychaelis in Caſtro Luneborch, Ordinis beatj Benedicti, nobis dilectis, Decimas in villis Schezendorpe et Ollenſen tam maiores quam minutas percipiendas cum vſufructibus ac pertinentijs ſuis quibuſcumque Eodem proprietatis atque libertatis iure perhenniter poſſidendas, quo progenitores noſtri, et Nos ipſas Decimas conſueuimus poſſidere. Vt igitur preſens noſtra uenditio efficax et firma permaneat preſentem literam Monaſterio ſanctj Michahelis, de quo premiſſum eſt dedimus noſtris Sigillis firmiter roboratam. Datum Luneborg Anno dominj. M. CCC. XXXVI. In feſto beati Odalrici Confeſſoris atque pontificis.

Urk. 391.

Herzog Erich von Sachſen, Weſtphalen und Engern ſchenkt der Margarethe, Tochter des Friedrich von Horn, einen Hof in Südergellerſen (im K. Kirchgellerſen A. Winſen a. d. L.). 25. Juli 1336.

(Nach dem Copialbuch M. 3 S. 96 des Kloſters St. Michaelis. — Vergl. Urk. vom 11. Mai 1337.)

Dei gratia . Nos Ericus ſaxione weſtualie angarie . dux . preſentibus recognoſcimus . et teſtamur . Quod cum conſenſu noſtrorum heredum donauimus . et in preſentibus donamus . margarete filie . frederici de horne . aut cui forſan uendiderit in futurum . Curiam in ſudergelderdeſſen in qua iohannes nygebus habitat . cum omnibus ſuis appendiciis . et iure . intus . et extra . ſicut eam tenuit idem fredericus in pheudo Cum omni proprietate . et iure eiuſdem curie perpetuis temporibus poſſidendam . Ne autem noſtram donationem auſu temerario . quiſquam audeat infringere . Anno domini. M. CCC. XXXVI. In die ſancti Jacobi apoſtoli . preſentia . noſtro ſigillo . dedimus inſignita.

Urk. 392.

Gerhard Kind und ſein Sohn Waſmod verkaufen dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Convente in der Veſte Lüneburg die Vogtei über einen Hof in Dachtmiſſen (im K. Kirchgellerſen Kl.-A. St. Michaelis), und verſprechen, dieſelbe von den Anſprüchen der Herzöge Otto und Wilhelm zu befreien. Lüneburg, 25. November 1336.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos. gherardus waſmodus filius eiuſdem dicti kint. Recognoſcimus tenore preſencium publice coram ſingulis profitentes, quod vnanimi conſenſu dimiſimus ac dimittimus ſeu

vendidimus honorabilibus viris domino wernero abbati othrauen priorj ac toti conuentui ordinis ſancti benedicti in caſtro Luneborch noſtram Aduocatiam Curie Dominorum dictorum in uilla Dachtmiſſen cum omni jure prout a nobis eſt hucuſque poſſeſſa pro decem et octo Marcis luneburgenſium denariorum. tali tamen adiecta condicione. quod antedictam Aduocaciam cum proprietate ac alio jure prefatis dominis ab omni impeticione honorabilium dominorum, domini ottonis ac domini Wilhelmi, ducum luneborgenſium ac eorum verorum heredum liberam reſignare valeamus idemque circa predictos principes efficere cum noſtris compromiſſoribus videlicet wernero ac gheuehardo militibus dictis groten afferimus in hiis ſcriptis. quod ſi non contingerit antedictam Aduocatiam reempcionis titulo dimidii anni termino ex parte dictorum dominorum prefixo pro eadem pecunia poterimus nobis comparare In cuius rej teſtimonium preſens ſcriptum noſtrorum Sigillorum munimine duximus roborandum. Datum Luneborch anno domini M CCC XXXVI in die beate virginis Katerine.

Herzſiegel „† S' GERHARDI . DICTI . KIND", wie die Abbildung unter Urk. 212 an vierter Stelle; rundes "S WASMODI KINDIS", Schild mit drei gleichen Balken; Herzſiegel „† S' WERNERO * MILITIS * GROTHEN *" mit einem rechts ſchreitenden Pferde; rundes „† S GHEVEHARDI . DROUSATI DUCIS : LVNEBO", über dem ſchräg geſtellten Schilde mit einem rechts ſchreitenden Pferde einen Helm, welcher mit 20 zackigen Federn (?) geziert iſt; im Hintergrunde Blumenzweige.

Urk. 303.

Heinrich Kind verkauft dem Verdener Domherrn Heinrich Adelholdi die Vogtei über zwei Höfe in Häcklingen (im K. Embſen Kl.-A. St. Michaelis). 12. März 1337.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 29. November 1401.)

In omnipotentis dei nomine amen . Nos . hinricus kint preſentibus recognoſcimus et teſtamur . quod cum voluntate heredum noſtrorum . Honorabili viro Domino . Hinrico adelholdj . Canonico maioris Eccleſie in verda . vendidimus aduocaciam Duarum Curiarum in villa hekkelinghe . super bona canonicorum in verdis . cum earum iuribus . fructibus . cenſu . paſchuis . pratis . et nemoribus . sicut eas poſſedimus in hunc diem . pro proprietariis bonis . uel cui forſan eas vendere propoſuerit in futurum. — — (Gwl.) Super omnibus premiſſis . . nos Hermannus de medinghe miles . hvnerus de odem miles . et gherardus kint famulus . In preſentibus conpromittimus vnita manu data fide in solidum prenotatis . et ſi inpedimentum . quomodolibet euenerit in bonis prenotatis quod de iure diſbrigare tenemur. — — (Slg.) Datum ſub noſtris sigillis anno dominj . M. CCC. XXXVII. in die gregorij pape.

Herzſiegel „† S' HINRICI D . . . * KIND", drei Balken mit Eiſenhütchen belegt; rundes „† S . . . MANNI DE MEDIN . .", einen rechts ſchreitenden Hirſch mit Decke enthaltend, wie unter Urk. 378; Herzſiegel „† S HVNERI MILITIS '. DE . ODEMME", die obere Hälfte damaſcirt, in der untern drei Roſen, wie unter Urk. 361; das Siegel an vierter Stelle abgefallen.

Urk. 304.

Die Ritter Werner und Gevehard, und die Knappen Gevehard und Gottfried Grote ſchenken dem Abte Werner, Prior und Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg eine Kothe und eine Hausſtelle außerhalb des Lindenberger Thores vor Lüneburg. Lüneburg, 17. März 1337.

(Nach dem Copialbuch M 6 S. 20 M 28 des Kloſters St. Michaelis. — Vergl. Urk. vom 12. Mai 1337.)

Nos wernerus et gheuehardus milites gheuehardus et Gotfridus famuli dictj grothen vniuerſis preſentes literas inſpecturis ſinceram in domino karitatem . Recognoſcimus tenore preſentium proteſtantes quod vnam domum dictam koth et aream noſtram ſitam extra

valuam Lindenberghe ante ciuitatem Luneborch iuxta aream domini abbatis Monaſterij Sanctj Michaelis in caſtro Luneborch . Honorabilibus viris Domino wernero predictj Monaſterij abbati . priori Totique conuentuj eiuſdem donauimus et contulimus cum omnibus Iuribus et pertinencijs iplis perpetue poſſidenda nobis ac noſtris heredibus nichil de illo Iure et poſſeſſione quod in predicta area et domo habuimus inpoſterum retinendo . In cuius rej euidentiam ſigillis noſtris preſentes litere muniuntur. Datum luneborch . anno domini M CCC XXXVII In die prancratij beati martiris.

Urk. 395.

Die Gebrüder Diedrich und Bernhard, Werner, Sohn des Ritters Diedrich, und Werner, Sohn des Ritters Bernhard, alle von der Schulenburg, verkaufen dem Ritter Huner von Oedeme das Dorf „Sthychelhuſen“. 20. April 1337.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt in Gerken fragm. Marchic. II 49.)

In omnipotentis nomine amen . Nos tydericus et bernardus fratres . milites . wernerus filius tyderici militis . et wernerus filius bernardi militis . famuli dicti de Schulenborg . preſentibus recognoſcimus et teſtamur . quod vnanimi conſenſu et uoluntate heredum noſtrorum . Diſcreto . viro . hunero de odem militi et suis heredibus . vendidimus . villam sthychelhuſen . intus . et extra . cum omnibus suis iuribus . — — (Grſ.) perpetuis temporibus poſſidendam nichil iuris in eadem nobis reſeruantes . ad faciendum cum ea et dimitttendum quicquid decreuerit in futuris temporibus faciendum . Super omnibus premiſſis firmiter seruandis et warandandis . nos preſali cum . gheuehardo de aluenſleue milite compromittimus vnita manu data fide in solidum . prescripto domino hvnero militi . et gheuehardo seniori et gheuehardo juniori famulis quod cuncta incidentia que nos de iure tangere poterint si moniti fuerimus ſub noſtris laboribus sumptibus et expenſis . diſbrigamus . ad quod nos et heredes noſtros in solidum . obligamus . feudumque ad bonum et vtilitatem eorum seruamus donec illud conſequi potuerint tunc cum moniti fuerimus coram dominis feudj ea reſignamus . Datum ſub noſtris sigillis anno dominj . M. CCC. XXX. VII. in die paſche . : —

Herzſiegel S' BERNARDI DE SCVLENB . . .“

Rundes „† S' WERNERI DE SCVLENBORGH **“, jedes mit drei Greifenklauen.]

Rundes „† S : WERNERI : DE : SCVLENBVRGH“.



Urk. 396.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen Hof in Stelle (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. L.). 4. Mai 1337.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Otto, miles, et hinricus filius ſuus, dicti. de Tzwerin, Tenore preſencium, lucide Recognoſcimus et teſtamur quod Nos . cum matura deliberacione et omnium noſtrorum legitimorum heredum ratihabicione . ac plenario conſenſu, quorum, interest. aut intereſſe dinoſcitur in futurum, rite et rationabiliter, vendidimus, Honorabilibus, ac Diſcretis viris, domino wernero abbati, et domino Otrauen priorj, Totique Conuentui Monaſterij ſancti Michaelis in Caſtro Luneborch . domum, ſiue curiam noſtram, ſitam, in uilla, Stelle, cum, omnibus ſuis pertinentijs, pro quinquaginta marcis luneburgenſium denariorum, — — (Grſ.) perpetuis temporibus, libere poſſidendam, — — (Vg.) preterea, ſi dictus conuentus aliquo modo, per quemcumque, inbrigatus fuerit. hoc ſibi, Nos . . vna cum domino Hermanno milite de Medinghe, noſtro compromiſſore, primo dum moniti fuerimus tenebimur diſbrigare, — — (Gwl.) In cuius facti teſtimonium, preſentem literam deſuper confectam, noſtris ſigillis dedimus inſignitam, Datum Anno domini. M. CCC. XXXVII, In dominica, qua Cantatur, Miſericordias domini.

Herzſiegel, wie Abbildung unter Urk. 254. Herzſiegel „† S' HENRICI . DE .Z WERIN“, wie unter Urk. 350, 353. Rundes „† S' HERMANNI DE MEDINGHE“, wie unter Urk. 378, 393.

Urk. 397.

Ritter Huner von Oedeme verkauft dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg ein Haus oder eine Curie in Südergellerſen (im K. Kirchgellerſen A. Winſen a. d. L.). 11. Mai 1337.

(Nach dem Copialbuch „V. 3 S. 98 des Kloſters St. Michaelis. — Vergl. Urk. vom 25. Juli 1336.)

Nos hunerus . miles dictus de Odeme in hiis ſcriptis lucide recognoſcimus . et teſtamur . Quod nos cum plena uoluntate . et omnium noſtrorum uerorum heredum . conſilio . et conſenſu . rite et rationabiliter . uendidimus . honorabilibus uiris . et diſcretis . dominis . wernero abbati Otrauen priori . totique conuentui . monaſterii ſancti michaelis in caſtro Luneborch . noſtram domum . ſiue curiam . ſitam in uilla ſudergellerdeſſen . cum omnibus ſuis pertinenciis . quam dictus iohan nygehus ad preſens inhabitat . cum plena libertate . et iuſta proprietate. — — (Grſ.) perpetuis temporibus libere poſſidendam. — — (Vfgr.) Preterea nos prenotatus hunerus una cum noſtris compromiſſoribus . domino uidelicet Geuehardo de monte et domino Ottone de zwerin . militibus . hinrico de zwerin. . Johanne dicto ſcacken et Eghardo ſcackonis de Luneborg filio famulis . Pro warandia huius curie ſtamus ſiue ſtabimus . ſicut de iure debet . et de terre conſuetudine ſolet propriorum bonorum warandia obſeruari. — — Et ad maiorem huius facti certitudinem . omnium noſtrorum ſigilla . preſentibus duximus literis apponenda . Datum anno domini . M. CCC. XXXVII. In dominica . qua cantatur . Jubilate .

Urk. 398.

Ritter Werner und Gevehard, und die Knappen Gevehard und Gottfried Grote ſchenken dem Abte Werner, Prior und Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg eine Kothe und Hausſtelle außerhalb des Lindenberger Thors vor Lüneburg. Lüneburg, 12. Mai 1337.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 17. März 1337.)

Nos wernerus et gheuehardus milites . gheuehardus et gotfridus famuli dicti groten Vniuerſis preſentes literas inſpecturis ſinceram in domino caritatem . Recognoſcimus tenore preſencium proteſtantes quod vnam domum dictam koth et aream noſtram ſitam extra valuam lindenberghe ante ciuitatem luneborgh iuxta aream domini abbatis Monaſterij ſancti michaelis in caſtro luneborgh . honorabilibus viris domino wernero predicti monaſterii ſancti

michaelis abbati priorj totique. Conuentui eiuſdem donauimus et contulimus cum omnibus iuribus et pertinentiis ipſis perpetue poſſidendas nobis ac noſtris heredibus nichil de illo iure et poſſeſſione quod in predicta area et domo habuimus in poſterum retinendo . In cuius rei euidenciam ſigillis noſtris preſentes litere muniuntur . Datum luneborgh anno domini Milleſimo. CC̊C. XXX̊VII. In die pancraſij martiris .

Siegel an erſter Stelle abgefallen; rundes Helmſiegel, wie unter Urk. 392; verletztes Herzſiegel „† S' ..... MAGNI D' LVNEHBOR", und Herzſiegel „† S' GODEVARDI * MANGNI", jedes mit den gezäumten rechts ſchreitenden Pferde, über dem Rücken des letztern einen Helm mit 8 Federn geziert. Hintergrund ſchraffirt.

Urk. 399.

Die Gebrüder Ludolf und Henning von dem Kneſebeck, und die Gebrüder Waſmod und Jordan von Meding, Knappen, verkaufen an Jakob von der Brücke, Otto und Buſſo Sneuwe drei Höfe in Nahrendorf (Kirchdorf im A. Bleckede) auf Wiederkauf innerhalb vier Jahren. 29. Mai 1337.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 7. September 1391.)

Nos ludolfus et henninghus fratres dicti de knesbecke . waſmodus et Jordanus fratres dicti de Medinghe famuli preſentibus recognoſcimus et teſtamur quod cum conſenſu et voluptate Heredum noſtrorum et omnium quorum intererat Diſcretis viris jacobo de ponte . Ottoni et buſſoni snevwen . et eorum heredibus . vendidimus Tres curias noſtras in villa . Norendorpe sitas . cum omnibus earum juribus. — — (Grſ. u. Wk.) ad quod nos super omnibus premiſſis data fide vnita manu in solidum obligamus cum noſtris heredibus vniuerſis. Datum sub noſtris sigillis anno dominj . M̊. CC̊C. XXX̊VII. in die aſcenſionis dominj . . —

Vier Siegel abgefallen.

Urk. 400.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Werner, Prior und Convente des Kloſters St. Michaelis in der Burg Lüneburg eine Geldrente aus ihrer Kothe in Südergellerſen (im K. Kirchgellerſen A. Winſen a. d. L.). Lüneburg, 8. Juni 1337.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Vniuerſis preſens ſcriptum viſuris . Nos otto de zwerin miles et Hinricus de zwerin famulus noſter filius ſinceram in domino Caritatem . . Nouerint vniverſi nos venerabilibus dominis . videlicet domino wernero abbati monaſterij ſancti michaelis in caſtro luneborgh priori totique conuentui ibidem quatuor ſolidorum denariorum annuos redditus de domo noſtra ſiue kotha ſita in villa que appellatur ſudergelderſum rite et rationabiliter vendidiſſe . — — In hujus rei euidenciam duximus literam preſentem munimine noſtrorum ſigillorum roborari . Datum luneborgh anno domini M̊. CC̊C. XXX̊VIJ In die ſancto pentecoſtes .

Herzſiegel, wie die Abbildung unter Urk. 254; Herzſiegel „† S' HENRICI . DE . Z WIRIN", das gezäumte Pferd rechts ſchreitend, wie unter Urk. 350, 353.

Urk. 401.

Ritter Gevehard Grote, Herzoglicher Droſt, überläßt ſeinem Bruder Werner den großen und kleinen Zehnten zu Toſtedt (Kirchdorf im A. Harburg). 15. Juli 1337.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Scheidt vom hohen und niederen Adel S. 550. — Vergl. die Urk. vom 21. März 1316, 24. Juni 1345 und 31. Juli 1370.)

In nomine domni Amen . Ad perpetuam rei memoriam . Nos gheuehardus grote miles dapifer illuſtrium principum ducum de brunſwik et Luneborch . preſentibus recognoſci-

mus publice proteſtando . quod cum conſenſu et voluntate noſtrorum heredum Dimisimus Dilecto nobis fratri wernero groten militi et suis heredibus Demimam in villa Toſtede totalem maiorem cum minuta . cum omnibus iuribus fructibus et prouentibus intus et extra . ſicut nos eam poſſedimus . tenuimus . et habuimus in hunc diem . — — (Gwl.) In cuius euidens teſtimonium sigillum noſtrum duximus apponendum Datum anno dominj . M. CCC. XX VII. in die diuiſionis apoſtolorum . . —

Rundes Helmſiegel, wie unter Urk. 392.

Urk. 402.

Ritter Huner von Oedeme verkauft dem Abte Werner, Prior Otrave und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen Hof oder ein Haus in Beetzendorf (Kirchdorf im A. Lüne). Lüneburg, 7. September 1337.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck Deduction ꝛc. Beil. 17.)

Omnibus preſens ſcriptum cernentibus ſeu audituris. Ego hunerus dictus de hodem miles ſalutem in domino sempiternam. Nouerint vniuerſi mecum bona deliberatione et conſenſu meorum verorum heredum Curiam meam ſiue domum ſitam In villa betzendorpe in qua pronunc habitat ludolfus dictus huppe dem houe Domino wernero abbati otrauen priori totique conuentuj monaſterii sancti michaelis in Caſtro luneborgh ordinis beati benedicti rite et rationabiliter pro . XXXIIII . marcis luneburgenſium denariorum — — (Grſ.) perpetue poſſidendo vendidiſſe . Pro huius eciam vendicionis warandia vt firma maneat et habeatur. — — mecum compromiſerunt gheuehardus et gherardus fratres dicti de odem . et Johannes et gheuehardus fratres dicti de odem famuli in ſolidum manu coadunata . Ad euidenciam huius rej pleniorem preſentem literam ſigillorum eorum cum mei ſigilli munimine Roborantes. Datum luneborgh. Anno domini Milleſimo CCC. XXXVII. In vigilia Natiuitatis glorioſe virginis marie.

Verletztes Herzſiegel des Ritters Huner von Oedeme mit den Buchſtaben „ODEMME“, wie unter Urk. 361 an dritter Stelle; Siegel an zweiter Stelle abgefallen; Herzſiegel des Johann wie unter Urk. 345 an fünfter Stelle und Herzſiegel „† S GHEVEHARDI DE ODEME“, wie daſelbſt an letzter Stelle.

Urk. 403.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Propſte Ludolf, der Priorinn Mechtild und dem Convente zu Medingen den großen und kleinen Zehnten in Holtorf (im K. Beetzendorf Kl.-A. St. Michaelis). Lüneburg, 24. December 1337.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 19. Juni 1339.)

Nos . Otto de zwerin Miles . et Hinricus eius filius famulus Tenore preſencium recognoſcimus Lucide proteſtando . Quod cum vnanimi conſilio et conſenſu noſtro et noſtrorum omnium Heredum quorum interest aut intereſſe poterit Vendidimus ex certa ſciencia Honorabili viro Domino Ludolfo prepoſito . Mechtildi Prioriſſe Totique Conuentuj Ancillarum chriſti in Medinghe Decimam noſtram ſitam in villa Holtorpe tam maiorem quam minutam . pro Sexaginta marcis luneborgenſium denariorum nobis integraliter perſolutis cum omnj Iure et proprietate ſicut eam actenus habuimus et poſſedimus jure Hereditario perpetuo tempore paciſice poſſidendam. — — (Gwl.) Ceterum eſt et ordinatum . Quod si dicti, prepoſitus et Conuentus inpedimentum aliquod paciſice perceptionis emptionis, et poſſeſſionis Huius Decime ſuſtinerint, quod abſit, illud quidem infra Menſem postquam requiſiti fuerimus cum noſtris

compromiſſoribus, Dominis, Gheuehardo de Monte, et Hunero de Odeme Militibus totaliter diſbrigabimus sub noſtris Laboribus et expenſis, et Hoc dictis, prepoſito conuentuj promiſimus data fide et promittimus in hiis scriptis In cuius teſtimonium euidens et firmum robur perpetue durationis preſens noſtrum scriptum ex certa ſcientia Sigillorum noſtrorum appenſione dedimus communitum . . Et nos Gheuehardus de Monte et Hvnerus de Odeme Milites predicti et compromiſſores ſigilla noſtra in premiſſorum vendicionis et ſideiuſſionis teſtimonium similiter sigilla noſtra appoſuimus Huic scripto. Datum et Actum Luneborch Anno dominj . . M. CCC. XXXVII . . In vigilia Natiuitatis Domini Jheſv chriſti.

Herzſiegel Otto's wie die Abbildung unter Urk. 354. Herzſiegel Heinrichs wie unter Urk. 350, 353. Rundes „† S' GHEVEHARDI DE MONTE" mit vier geſpitzten Waffen und drei Sternen im cerirten Hintergrunde; Herzſiegel „† S HVNERI MILITIS . DE . ODEMME" wie unter Urk. 361.

Urk. 404.

Abt Werner zu St. Michaelis in Lüneburg thut kund, daß ſein Vaſall Hermann Holſele vor ihm einige Güter zu „Holsele" an Johann Handorf auf drei Jahr verpfändet hat unter der Bedingung, daß, wenn die Einlöſung verſäumt wird, der Abt das Recht dazu beſitzt. Lüneburg, 25. Januar 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos wernerus dej gratia abbas monaſterij ſancti michaelis in luneborgh . Recognoſcimus quod quidam nomine hermannus holſele homagium de nobis habens cuidam . Johanni dicto handorpe quedam bona in uilla holſele ſita pro XVI marcis luneborgenſium denariorum publice coram nobis ad tres annos impignorauit. — — (Mk.) Inſuper idem hermannus nobis humiliter ſupplicauit ut eundem . Johannem ad tempus termini ſepedicti exſpiracionis ad ualorem XVI marcarum in eiſdem bonis condicionibus premiſſis obſeruatis uellemus inſeudare quod fecimus ipſi diligenter. Datum et actum luneborgh Anno domini M CCC XXXVIII. In conuerſione beati pauli apoſtoli noſtro ſub ſigillo.

Rundes „† SECRETVM . WERNERI . ABBATIS . IN LVNEBORCH", Bruſtbild mit Stab und erhobenem Rechten, eine Einfaſſung von fünf Bogen.

Urk. 405.

Ritter Huner von Odeme verkauft, mit Zuſtimmung ſeiner Oheime der Gebrüder Gevehard und Gerhard, und der Gebrüder Johann und Gevehard von Odeme, dem Abte Werner, Prior Otrave, dem Volquin und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Burg Lüneburg Bolten Hof zu Beetzendorf (Kirchdorf im A. Lüne) mit Vogtei. 25. März 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck. Deduction ꝛc. Beil. M. 18.)

NOs hunerus miles dictus de Odem, recognoſcimus in hijs scriptis quod bona uoluntate et conſenſu omnium heredum noſtrorum ac patruorum noſtrorum, videlicet Gheuedardj et gherardj fratrum, et Johannis et gheuehardj fratrum dictorum de odem vendidimus, Reuerendo domino abbatj wernero Othrauen priorj, volcwino, totique conuentui ſancti michaelis in caſtro luneborch, curiam noſtram ſitam in betzendorpe in qua nunc bolte habitat, Cum omni iure, — — (Grſ. u. Flg.) In cuius rej euidenciam preſens ſcriptum ipſis contulimus noſtrorum sigillorum munimine roboratum, Datum. Anno domini M. CCC. XXXVIII. feria quarta ante Judica . In die annunciacionis ſancti marie virginis.

Vier Siegel abgefallen, vom fünften, wie unter Urk. 361, ein Stück vorhanden.

Urk. 406.

Die Knappen Nikolaus Bere und ſein Sohn (Johann) verkaufen dem Ritter Huner von Odeme das Dorf „Dekenitz“. Lüneburg, 4. April 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck Sammlung ungedruckter Urk. Niederſachſens I, II 33.)

Ego Nycolaus, et filius meus, famuli dictj Beren Ceterique heredes, preſentibus vniuerſis cupimus eſſe notum, quod cum conſenſu omnium amicorum noſtrorum, quorum, intereſt uel intererit in futurum, vendidimus, uillam noſtram, Dekenitz, iuſto venditionis tytulo, Domino hunero militi dicto de Odeme, et ſuis heredibus, cum omni proprietate, libertate, atque iure, in agris cultis — — (Grſ.) in perpetuum libere et pacifice, pre nobis, poſſidendam, Que omnia et singula, Nos . . vna cum conpromiſſoribus noſtris, Domino Boldewyno milite, et Johanne famulo, dictis, de Lobeke, promiſimus, et preſentibus promittimus, fide data et in ſolidum, Domino hunero, et suis veris heredibus, infrangibiliter obſeruanda, In quorum teſtimonium et euidenciam pleniorem sigilla noſtra, cum sigillis compromiſſorum noſtrorum, preſentibus ſunt Appenſa, Datum, et actum, Luneborch, Anno Domini. M. CCC. XXXVIII. kal. aprilis, in die Ambroſij Epiſcopi et confeſſoris.

Siegel an erſter Stelle abgefallen. Herzſiegel „† S. JOHANNIS DICTI BEREN“, wie unter Urk. 294; Herzſiegel „† B BALDEWINI. D . . . . EKE . MILITIS“, wie unter Urk. 385; viertes Siegel abgefallen.

Urk. 407.

Ritter Hermann von Meding, ſein Neffe Heyno, die Knappen Waſmod und Jordan, Söhne Werner's von Meding, verkaufen dem Prieſter Diedrich von Saſendorf und deſſen Brüdern Werner, Heyno, Otto und Johann eine Hausſtelle in der Straße auf dem Meere in Lüneburg. 3. Mai 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 7. October 1343.)

Ad noticiam plurimorum christi fidelium cupimus peruenire . Quod Nos Hermannus miles dictus de Medinghen . et Heyno patruelis ſuus famulus . waſmodus et Jordanus famuli . Domini werneri de medinghen, pie memorie filij. iuſte vendicionis tytulo, vendidimus Domino Tiderico ſacerdoti dicto de Soſendorpe . et ſuis fratribus wernero videlicet . Heynoni . Ottoni . ac Johanni . Et omnibus Eorundem veri(s) ac iuſtis heredibus quandam aream in ciuitate lvneborch ſitam . in vna platea, que vulgo dicitur vppe deme Mere, quam Eorum progenitores a noſtris progenitoribus . Et Ipſi . . a Nobis iure pheodali vſque ad hec ipſa tempora tenuerant . Nvnc autem Ipſi . deinceps cum plena libertate . et iuſta propietate perpetuis temporibus ipſam aream poſſidebunt . Plane cum eadem area facturi quod eorum placuerit voluntati . Nobis ac noſtris heredibus penitus nichil iuris in eadem de cetero reſeruantes . Set tantummodo pro warandia huius aree anno et die ſtamus ſiue ſtabimus ſicut de iure debet . et de Ciuitatis Lvneborch conſuetudine ſolet propriorum bonorum warandia obſeruari . vt igitur omnia hec preſcripta a nobis et a noſtris ſucceſſoribus firmius obſeruentur . Hanc literam Eiſdem fratribus pro maiori teſtimonio noſtris ſigillis dedimus inſignitam. Datum anno domini M. CCC. XXXVIII. In inuentione ſancte Crucis.

„Rundes Siegel „ . . HERM . . . . DE MEDINGHE“, wie unter Urk. 378; Herzſiegel „† S' . . . . DE MEDINGE **“, wie unter Urk. 346 an dritter Stelle; Herzſiegel „† S' . . SMODI . . MEDIN . .“ und Herzſiegel „† S JORDANI DE MEDIG“, jedes den rechts ſchreitenden Hirſch, mit einer Decke belegt, enthaltend.

Urk. 408.

Knappe Diedrich Ghyr und ſeine Gemahlin Godele verkaufen vor dem Goh dem Abte Werner, dem

Prior. Johann von Parchem und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg ihr Haus in Wendhauſen (Kirchd. im A. Lüne) mit Eigenthumsrechte. 24. Juni 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 26. Juli 1326 und 5. Januar 1339.)

Ad noticiam plurimorum chriſti fidelium cupimus peruenire, quod nos Thidericus dictus Ghyr famulus, et vxor ſua Godele — — (Ci.) vendidimus, ac coram terre iudicio quod wigo dicitur vor deme gho in preſencia plurimorum christi fidelium ibidem exiſtencium reſignauimus honorabilibus viris et diſcretis domino videlicet wernero Abbati domino. Priori, et domino Johanni dicto Parcham totique Conuentui monaſterij ſancti Mychaelis in caſtro luneborgh, noſtram domum ſiue noſtram Curiam ſitam in villa wenthuſen, ſingulis annis tres wichemptones ſiliginis in feſto beati Martini ſoluentem, et nouem modios auene cum tribus ſolidis, cum omnibus ſuis pertinentijs, cum vera proprietate ac iuſta libertate, cum omni fructu ac vtilitate et penitus cum omni iure, quo ad nos pertinere videbatur, perpetuis temporibus libere poſſidendam. — — (Vi.) Preterea . . nos vna cum noſtris amicis ac parentibus Henrico videlicet dicto Zabel auunculo noſtro, Johanne dicto Scakke famulo, Gheuehardo et fratre eius Gherardo famulis, de Odem dictis, et Gheuehardo filio domini Gheuehardi de Odem, pro warandia huius curie ſtamus ſiue ſtabimus ſicut de iure debet, et de terre conſuetudine ſolet propriorum bonorum warandia obſeruari. Quod ſi aliquo modo dictus Conuentus in hac curia inbrigatus aut impeditus fuerit, hoc ſibi dum primo moniti fuerimus, nos vniuerſi et ſinguli prenominati . . in iure uel in amicicia tenebimur diſbrigare. Quod nos vna cum ipſo Thiderico et ſua vxore, prenotatis dominis . . et ipſorum Conuentui coniuncta manu fide corporali in ſolidum compromiſimus et promittimus in hijs ſcriptis. Et ad maiorem huius compromiſſionis cautelam et tocius facti pleniorem certitudinem omnium noſtrorum Sigilla preſentibus litteris ſunt appenſa. Datum Anno domini . Milleſimo Trecenteſimo, Triceſimo octauo in natiuitate beati Johannis baptiſte.



Verletztes Herzſiegel „ . . . . NONIS . DICTI . ZABEL“ mit einem Helme.
Verwiſchtes Herzſiegel des Johann Schack mit einer Lilie.
Verletztes Herzſiegel Gevehards von Oedeme, wie unter Urk. 361.
Rundes Siegel Gerhards von Oedeme, wie die Abbildung unter Urk. 345.
Rundes „† S GHEVEHARDI . DE . ODEME“.

Urk. 409.

Johann Behm vermacht der Kirche St. Michaelis oder dem Convente in der Veſte Lüneburg eine Weizenrente aus ſeinen Gütern zu Putenſen (im A. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.) unter dem Vorbehalte des Wiederkaufs für 5 Mark. Lüneburg, 25. Juli 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ego Johannes dictus behem Tenore preſencium publice recognoſco et proteſtor. Me cum conſenſu et voluntate filiorum ac omnium heredum meorum. Diſcretis viris dominis. Eccleſie ſancti michaelis ſiue conuentus In Caſtro luneborgh, vnum wichemtonem ſiliginis de bonis meis ſitis in villa putenſenne pro Remedio et ſalute mee Anime ipſis perpetue poſſidendum pie erogaſſe. et legaſſe. — — (Wi.) In huius litere euidenciam firmiorem duxi ſigillum

meum vna cum ſigillo mei filij Johannis dicti behem apponendum. Datum luneborgh . Anno Domini Milleſimo. trecenteſimo. triceſimo octauo in die beati Jacobi apoſtoli.



Herzſiegel . . OHANNN D.E BH.M
ebenſo.

Urk. 410.

Ritter Gevehard von dem Berge verkauft an Albert Dyze, Mönch in der Veſte Lüneburg, und dem Kloſter St. Michaelis daſelbſt ſeinen Hof in Oitzendorf (im K. Molzen A. Medingen). 14. Auguſt 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos gheuehardus dictus de Monte miles vna cum noſtris liberis Borchardo et Seghebando famulis recognoſcimus preſencium per tenorem quod de conſenſu omnium quorum intereſſe potuit vendidimus religioſo viro domino Alberto dicto dyze profeſſo in Caſtro luneborch et conuentui monaſterij ſancti michahelis ibidem . Curiam noſtram in villa otzendorpe quam pronunc colit tydericus iuſte venditionis tytulo pro. xxti Marcis luneborgenſium denariorum nobis integraliter pagatis . cum omnibus pertinencijs ſuis, — — (Grſ.) iure hereditario perpetuis temporibus libere poſſidendam. — — (Gwl.) Super omnibus et Singulis ſeruandis data fide promittimus in hijs ſcriptis. In Cuius rej teſtimonium et firmam obſeruanciam omnium premiſſorum Sigilla noſtra ex certa ſciencia apponi iuſſimus huic Scripto. Datum Anno Domini . M. CCC. XXXVIII. in vigilia Aſſumptionis beate virginis.

Rundes „† S' GHEVEHARDI DE MONTE“ mit vier gezackten Balken und drei Sternen im Hintergrunde, wie unter Urk. 403; zwei Herzſiegel „† S BORCHARDI * DE * MONTE“ und „† S' SEGHEBANDI * DE * MONTE“, erſteres mit drei, letzteres mit vier gleichen Balken.

Urk. 411.

Anton von Melbeck, Mönch im Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg, und ſein Bruder Heinrich von Melbeck, Scholaſter zu Ramelsloh, Vormünder der Erben ihrer Brüder Otto und Johann, beſcheinigen, daß ihr Vater Otto von Melbeck der Vicarie, welche Heinrich Greving in der Kirche St. Cyriaci zu Lüneburg zu dotiren beſchloß, eine Weizenrente aus einem Hofe in Thondorf (im K. Himbergen A. Medingen) vermacht hat. Lüneburg, 14. Auguſt 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 13. April 1342.)

In nomine domini Amen. Nos Antonius profeſſus monaſterii ſancti mychaelis in luneborch . Heynricus canonicus et ſcolaſticus eccleſie in rameſlo fratres dicti de melbeke tutores et prouiſores heredum fratrum noſtrorum videlicet ottonis et Johannis tenore preſentium recognoſcimus proteſtantes Quod Otto pater noſter pie memorie de conſenſu et uoluntate noſtra et omnium heredum ſuorum quorum intererat donauit ac libere legauit in ſalutem et remedium anime ſue et animarum heredum ſuorum ſubſequentium tres quadrantes ſiliginis in curia que dudeſchentodendorpe nuncupatur quam pro nunc Thidericus inhabitat ad vicariam quam dominus heynricus Greuinch eccleſie bardwich quondam canonicus et decanus

cum dimidio choro ſalis in ſalina luneborg in eccleſia ſancti Cyriaci in luneborch inſtaurari conſtituit vel ſi eam alias quouis inſtaurari contigerit perpetualiter pertinendos, et infra octauas mychaelis expedite et integraliter perſoluendos. — — (Pfändungsrecht) In cuius rei euidenciam pleniorem et firmiorem ex parte heredum fratrum noſtrorum predictorum in ſignum ratihabitionis et obſeruationis omnium premiſſorum ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa, Datum luneborg anno domini M. CCC. XXXVIII. In vigilia aſſumptionis beate virginis marie.

Verletztes länglich rundes Siegel „ . ANTONII . . . . LBEK . “ mit drei Fiſchen in einem welligen Bache im Herzſchilde. Siegel an zweiter Stelle abgefallen.

Urk. 412.

Diedrich Ghyr verkauft dem Abte Werner zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg und deſſen Kirche ſeinen größeren Hof und zwei Kothen in Wendhauſen (Kirchd. im A. Lüneburg) nebſt Vogtei. Lüneburg, 8. September 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ego thidericus dictus ghyr tenore preſencium Recognoſco publice proteſtando Quod de matura deliberacione et pleno Conſenſu ac voluntate mei et omnium heredum meorum — — vendidi Iuſto venditionis hereditarie tytulo honorabili viro domino wernero Abbati monaſterij ſancti michaelis In caſtro luneborch, et ſue Eccleſie meam curiam maiorem ſitam in villa dicta wenthuſen Cum duabus caſis que wlgariter koth appellantur. A qua quidem Curia villicus qui pro tempore inhabitans fuerit. IIIIor quadrantes ſiliginis que communiter wichempthe nuncupantur. et VIII. ſolidos denariorum luneborgenſium In feſto michaelis et quatuor ſolidos pro pactu quod dicitur cruceghelt in feſto pentecoſtes. et vnum butirum ad valorem. XVIII denariorum in feſto paſche annuatim pro cenſu annuali ſiue redditu ſecundum tempora prenotata erogabit. Caſe autem ſiue koth. vna illarum ſex ſolidos et altera. quinque ſolidos ſimiliter pro pactu annvali exponent — — (Grſ. u. Gwl.) Vt igitur predicta predicto Domino abbati et ſuo conuentui irrefragabilia et rata obſeruentur. Nos heyno zabel filius olrifci dicti zabelles famulus necnon gheuehardus et gherardus fratres ac filij domini gherardi de odem militis famuli. et g' euehardus filius domini gheuehardi de odem militis. famulus vna cum dicto thiderico ghir noſtro videlicet patruo et affini ad ſingulorum premiſſorum obſeruanciam obligari volumus et in ſolidum communi manu fide data compromittimus et ſigillorum noſtrorum appenſione Communimus. Datum luneborg Anno domini Milleſimo CCC. XXXVIII. In feſto natiuitatis beate virginis marie.

Herzſiegel des Diedrich Ghyr, wie die Abbildung unter Urk. 408. Herzſiegel „† S HEINONIS DICTI ZABEL“ mit einem Helme, welcher mit drei Büſcheln geziert iſt. Herzſiegel „† S' GHEVEHARDI * DE * ODEME“, wie unter Urk. 361; rundes „S. GHERT . VAN . DER . ODEM“, wie die Abbildung unter Urk. 345. Kleines rundes „† S GHEVEHARDI . DE . ODEME“, wie unter Urk. 408.

Urk. 412a.

Die Gebrüder Eghard und Otto von Eſtorf, des verſtorbenen Ludolf's Söhne, verkaufen dem Abte Werner und Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg eine Geldrente aus ihrem Meierhofe in Veerßen (Kirchd. im A. Oldenſtadt) unter Vorbehalt des Zehnten aus demſelben. Veſte Lüneburg, 27. October 1338.

(Nach dem Copialbuch № 6 S. 9 f. № 13 des Kloſters St Michaelis.)

Nos Eghardus et Otto fratres, dicti de Eſtorpe famuli, filij quondam Ludolfi de Eſtorpe, Tenore preſencium publice recognoſcimus et proteſtamur. Quod animo deliberato, ac de pleno conſenſu noſtri, noſtrorumque omnium heredum, quorum nunc intereſt, et

intererit in futurum, vendidimus iuſto uendicionis hereditario tytulo. honorabilibus viris, Dominis, wernero abbati Monaſterij ſancti Michahelis in Lůneborch. ac ſuo conuentuj, in Curia villicj habitantis in verſen. trium marcarum annuos redditus, adjecto omnj prouentu et dominio quod hactenus in eadem habuimus, Cum omnj iure. — — (Grf.) Excepta noſtra decima quam in ea habemus. — — (Grl.) Vt igitur prefata omnia et ſingula maiorem fortiantur firmitatem, nos Eghehardus et Otto fratres. filij domini Eghehardi quondam militis de Eſtorpe, famulj, Manegoldus filius dominj ludolfi quondam militis de Eſtorpe, famulus, Nec non Gheuehardus et Gherardus fratres, ac filij dominj Gherardj de Odem quondam militis, famulj, ac Gheuehardus filius dominj Gheuehardj quondam militis de Odem famulus, vna cum predictis videlicet Eghehardo et Ottone, fratribus, ac filijs Ludolfi quondam de Eſtorpe, famulis, in ſolidum coniuncta manu, fide data fideiubemus ſeu compromittimus, et cum appenſione noſtrorum ſigillorum preſentes literas communimus. — — (Slg.) Datum anno dominj. M. CCC. XXXVIII. In vigilia ſanctorum apoſtolorum Symonis et Iude. in Caſtro Lůneborch.

Urk. 413.

Ritter Werner, ſein Sohn Gevehard, die Gebrüder Gevehard und Gottfried, Söhne Otto's, und Otto, Sohn Gevehard's Grote, verkaufen der Kirche St. Cyriaci in Lüneburg zur Structur, und dem zeitigen Pfarrer der Kirche eine Geldrente aus drei Hausſtellen und Häuſern in Lüneburg behufs der Feier des Jahresgedächtniſſes von Heinrich Spiker. Lüneburg. 31. October 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos wernerus miles. Gheuehardus filius noſter, gheuehardus, gotfridus, fratres, filij domini Ottonis bone memorie, et Otto filius domini gheuehardi recordacionis eiuſdem, famuli, communiter dicte de grothen, vniuerſis, preſentibus, volumus eſſe notum, quod concordi conſenſu omnium heredum noſtrorum quorum, intereſt uel intererit in futurum, vendidimus iuſto venditionis tytulo, Eccleſie Sancti Cyriaci in luneborgh ad ſtructuram, et Rectori eiuſdem qui pro tempore fuerit, XIIIIor, ſolidos denariorum luneborgenſium pro decem et ſeptem marcis et dimidia eiuſdem monete, in areis et domibus, in antiqua Ciuitate luneborg ſitis, uidelicet area ludolfi klippeatoris dabit ſeptem ſolidos, area gotfridi ſartoris. quartum dimidium ſolidum, et area nycolai corrigatoris quartum dimidium ſolidum, qui, dabuntur infra octauam beati Mychahelis, pro cenſu Annuali, in perpetuum perſoluendos, penitus nihil iuris in dictis Areis, nobis in poſterum reſeruantes, quod promiſimus et preſentibus promittimus fide data et in ſolidum, ipſis obſeruandum, Inſuper diſtribucio et diuiſio ſolidorum precedentium erit tali modo facienda. Eccleſia tollet quartum dimidium ſolidum Rector ibidem ſeptem ſolidos perpetui vicarij ibidem quartum dimidium ſolidum, et Campanarius ibidem ſex denarios ex denarijs ſupra diuiſis, ſingulis Annis, Ad Anniuerſarium hinrici dicti ſpiker bone memorie feria ſecunda proxima poſt Aſcenſionem domini ob ſalutem anime ſue fideliter perpetuis temporibus peragendum. In teſtimonium premiſſorum sigilla noſtra preſenti ſcripto ſunt appenſa, Datum et Actum Luneborch, Anno domini. M. CCC. XXXVIII. in uigilia omnium ſanctorum.

Fünf Siegel abgefallen.

Urk. 414.

Propſt Ludolf, Priorinn Mechtild und der Convent zu Medingen beſcheinigen, daß Abt Werner in der Veſte Lüneburg eine Geldrente aus einer Kothe und einem Hofe in Römſtedt (Kirchd. im A. Medingen) ſeiner Nichte Margarete von Baumgarten (de Pomerio), Nonne zu Medingen, zur

Leibrente angewieſen und nach ihrem Tode zur Feier ſeiner Memorie beſtimmt hat. 19. November 1338.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos. Ludolfus gratia dej prepoſitus. Mechtildis Prioriſſa, Totusque Conuentus ancillarum Chriſti in Medinghe Litera recognoſcimus in preſentj, Quod. XVIII. ſolidorum redditus quos a Wernero et hermanno patruelibus de todendorpe in villa Remſtede videlicet in vna Caſa in qua pronunc moratur heyneke koter. decem solidos, et in Curia Johannis Boling. VIII. solidos emimus. pro. XXti. marcis, Reuerendus dominus et honorabilis, dominus wernerus abbas in Caſtro Luneborch ordinis sanctj Benedicti sua persoluit pecunia, propriosque sue Nepti domine Margarete de Pomerio in Medinghe moniali ad tempora vite aſſignauit, post cuius obitum dicti redditus noſtro Conventuj adherebunt ad eiuſdem dominj abbatis memoriam perpetue peragendam. In cuius teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus sunt appensa. Datum Anno domini . . M. CCC. XXXVIII. In die Beate Elyzabeth vidue.

Siegel des Propſtes und des Convents, wie unter Urk. 325, 388.

Urk. 414a.

Abt Werner, Prior Otrave und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg beſtätigen die Schenkung, durch welche Mönch Johann von Parchem die Einkünfte aus einem Hofe in Wendhauſen (Kirchſp. im A. Lüne), welche er von Diedrich Ghyr gekauft, zur Unterhaltung des Lichts vor dem Altar der heiligen Katharine angewieſen hat. 5. Januar 1339.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 24. Juni 1338.)

Nos wernerus dei gracia Abbas. Otrauen prior. Totusque Conuentus Ordinis Sancti Benedicti Monaſterij beati Michahelis in Luneborch. Omnibus preſentem literam inspecturis ſeu audituris veram in domino ſalutem. Ne acta hominum temporis prolixitate labantur a memoria. oportunum eſt ea ſcripturis efficacibus roborari. Noſcant igitur vniuerſi. Dominum Johannem dictum de parchem noſtri Monaſterij profeſſum. quandam Curiam in villa wenthuſen ſitam. a Thyderyco dicto Ghyr sibi perſonaliter comparaſſe. cuius inquam Curie annuos prouentus ac redditus noſtro ſuper hoc conſenſu requiſito. ad lumen cuiuſdam Lampadis Coram altari Beate Katherine pendentis perpetuandum. ob ſue anime remedium ſponte erogauit. Volens vt quiſnam altari preeſſet predicto ipſo decedente. redditus prefate Curie ad Luminis Lampadis prememorate reſtauracionem perciperet perſonaliter ſeu haberet. Quam igitur predictorum Curie prouentuum ſeu reddituum donationem ad predicte Lampadis perpetuam permanenciam vt eo firmior perſeueret. Duximus noſtris ſigillis roborari. Datum et Actum. Anno Incarnationis domini. Milleſimo Trecenteſimo Triceſimo nono In vigilia Epyphanie domini.

Länglich rundes „† S'. WERNERI . DEI . GRACIA . ABBATIS . IN LVNEBORCH", der Abt ſitzend. Siegel des Convents wie die Abbildung unter Urk. 139.

Urk. 415.

Adelheid von dem Berge überläßt dem Abte Werner, Prior und Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg eine Frucht- und Geldrente aus Heſebeck (im K. Bevenſen A. Medingen) und eine Fruchtrente aus Wittorf (im K. Bardowiek A. Winſen a. d. L.) zum Seelenheile und zur Memorie ihres verſtorbenen Gemahls Gevehard von dem Berge. Lüneburg. 14. Februar 1339.

(Nach dem Copialbuch № 3 S. 61 des Kloſters St. Michaelis.)

Nos alheydis relicta quondam domini Gheuehardi de monte militis. Borchardus. et ſeghebandus. filii iam dicti domini Geuehardi militis. pie memorie. famuli. Recognoſcimus publice proteſtantes. Quod dimiſimus. et preſentibus dimittimus honorabilibus. et diſcretis uiris dominis. Wernero abbati. Priori. et conuentui monaſterij ſancti michaelis in caſtro Luneborg. ordinis beati benedicti. vnum wichmeten ſiliginis in villa heſbeke. et tres ſolidos in una caſa ibidem. XVIII. modios ſiliginis in wittorpe quos rodolfus uillicus ibidem dabit ſingulis annis tollendos libere et quiete ob ſalutem animo domini Geuehardi militis ſupradicti et ad peragendam memoriam ipſius annuatim. — — (Pfändung u. Wk.) In teſtimonium omnium premiſſorum ſigilla noſtra preſentibus patentibus ſunt appenſa. Datum et actum luneborg anno domini M. CCC. XXXIX. In die beati ualentini martiris.

Urk. 416.

Knappe Egehard von Eſtorf und ſein Sohn Egehard verkaufen dem Abte Werner, Prior und Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg ihren abgaben- und vogteifreien Hof in Schätzendorf (im K. Egeſtorf A. Winſen a. d. L.). 15. Juni 1339.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ego Eghehardus dictus de Eſtorpe famulus, vna cum filio meo Eghehardo, Recognoſcimus, et, per preſentes publice proteſtamur. Quod iuſte uenditionis tytulo, ac iure hereditario, pro Triginta et octo marcis Luneborgenſium denariorum nobis perſolutis, vendidimus Honorabilibus viris et dominis, Wernero Abbati . . Priorj . et . . Conuentuj, Monaſterij ſancti Mychahelis in Caſtro Luneborch, ordinis ſancti Benedicti, Curiam noſtram ſitam in villa Schezendorpe, cum omnj iure, prouentu et vtilitate, quitam ab omnj exactione et aduocatia, ſicut ad progenitores noſtros, et nos pertinebat, ſeu pertinere poterat quovis modo. temporibus perpetuis pacifice poſſidendam. — — (Gwl.) Preterea. nos Manegholdus dictus de monte, miles et Manegholdus filius quondam dominj Ludolfi de Eſtorpe militis, famulus, vna cum Eghehardo et Eghehardo ſupra dictis, preſentem literam noſtris ſigillis ſigillauimus, fide data, manuque coniuncta, pro eiſdem promittentes, nos firmiter aſtringentes, quod ſi quicquam moleſtie, ſeu dampni predictis Dominis . . Abbati . Priori . . et Conuentuj, in poſſeſſione, ac reddituum et fructuum perceptione, Curie prenominate contigerit, quod abſit, extunc infra quindenam proximam, poſt factam, ad nos monitionem, Ciuitatem Lüneborch intrabimus, in eadem permanentes, nec inde recedentes, donec ipſis plenarie fuerit ſatiſfactum, vel cum ipſorum fuerit bene placito voluntatis. Datum et actum. Anno dominj Milleſimo. CCC. Triceſimo nono. In feſto ſancti Viti martiris glorioſi. : —

Zwei Herzſiegel „† S EGHAR . . . TRVVE“ und „† S' EGHARDI * STRVVE“, jedes mit einer Lilie, die Spitze rechts gekehrt. Rundes Siegel „. ANNEGOLDI MILITIS DE . . . . . verletzt, drei in Spitzen gezogene Balken im Schilde, an deſſen jeder Seite ein kleiner Helm ſteht. Verletztes Herzſiegel mit einer Lilie, die Spitze rechts gekehrt.

Urk. 417.

Propſt Ludolf, Priorinn Mechtild und der Convent zu Medingen bekennen, daß ſie den Zehnten zu Holtorf (im K. Beetzendorf Kl.-A. St. Michaelis) für Nikolaus Hoyke und deſſen Oheim Albert mit deren Gelde gekauft haben. 19. Juni 1339.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 24. December 1337.)

Nos. Ludolfus gratia dej propoſitus . . Mechtildis Prioriſſa. totusque Conuentus ancillarum chriſti in Medinghe. preſenti literarum serie recognoſcimus proteſtantes. Quod ad peticionem diſcretorum virorum. Nicolai hoyken ac alberti sui awnculi Dilectorum nobis,

comparauimus pro suis denariis, Decimam, In Villa holtorpe, sibi ac eorum heredibus perpetuo tempore possidendam. Nosque in eadem Decima nichil juris habebimus, Aut nobis poterimus Vendicare . . Datum Anno domini . . M̊ . . CC̊C . . XXX. nono. Ipso die . Geruasij et Prothasij Martirum, nostris sub sigillis.

Siegel des Propstes und des Convents, beide wie unter Urk. 325.

Urk. 418.

Gottfried von Warpe, Generalvicar des Bischofs zu Verden, verlegt die Weihe der Krypta und deren Altäre im Kloster St. Michaelis in der Veste Lüneburg vom Sonntage nach dem 8. Juni*) auf den Sonntag nach dem 15. August, und die Weihe des Altars Philippi und Jakobi vom Dienstag nach der ersten Woche nach Pfingsten auf den 13. Januar. Lüneburg, 17. August 1339.

(Nach dem Originalschreiben im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Godfridus de werpe vicarius Reuerendi patris domini Johannis verdensis ecclesie Episcopi in spiritualibus et temporalibus generalis. Religiosis viris et in christo sibi dilectis . . Abbati Totique Conuentuj Monasterij sancti Michaelis Castri Luneborch ordinis sancti Benedicti verdensis diocesis salutem et sinceram in domino karitatem. Exigente vestre deuocionis affectu, dedicationes, Cripte vestri Monasterij altariumque inibi fundatorum, quarum anniuersarium diem proxima die dominica post diem sancti Scuerini Episcopi peragere consueuistis in proximam diem dominicam post assumptionem beate Marie virginis, transferimus per presentes, Dedicationem quoque altaris sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum cuius anniuersarium diem feria Tertia infra Octauam Trinitatis peregistis, in diem beatorum Remigii et sociorum eius, presentibus transferimus decetero peragendas, Datum Luneborch vicariatus nostri sub sigillo Anno domini M̊. CC̊C. XXXIX̊. XV̊I. Kalendas Septembris.

Siegel abgefallen.

---

*) Vergl. Urk. 10.

Urk. 419.

Die Gebrüder Boldewin, Gerlach und Johann, Gerlach Sohn Boldewins, Heinrich Sohn Gerlachs, und Friedrich Sohn Johanns, alle von Lobke, verkaufen dem Rector der Kirche St. Cyriaci in Lüneburg, den Kirchengeschwornen bei der Structur und den Capellanen und Vicaren daselbst eine Geldrente aus den Häusern und Hausstellen Alberts Klvver auf der Judenstraße in Lüneburg zur Feier der Memorie Heinrichs Spiker. Lüneburg, 6. October 1339.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos, Boldewynus gerlacus milites et Johannes famulus, fratres, gerlacus filius domini boldewyni hinricus filius domini gerlaci, et fredericus filius Johannis, famuli, dicti de lobeke, vniuersis christi fidelibus presencia visuris seu audituris, protestando cupimus fore notum, quod cum consensu omnium heredum nostrorum quorum interest uel intererit in futurum vendidimus discreto viro . . rectori Ecclesie sancti Cyriaci in luneborch qui pro tempore fuerit iuratis ecclesie ad structuram Capellanis et vicarijs perpetuis ibidem, duodecim solidorum luneburgensium redditus, in domibus et areis Alberti dicti klvuer, quibus nunc inhabitat, in Ciuitate luneburgensi sitis in platea iudeorum quasi in opposito domus iudei dauidis, pro quindecim marcis luneburgensium denariorum iusto vendicionis tytulo singulis Annis de domibus predictis et Areis tollendos et perpetuis temporibus possidendos, qui parcientur hoc modo Rector predictus habebit sex solidos Ecclesia tres solidos seniores . sex . vicarij tres solidos habebunt ob memoriam hinrici spikers et suarum vxorum, in Ecclesia sancti Cyriaci

singulis annis in perpetuum peragendam. Vt autem hec vendicio a nobis facta rata permaneat, promiſimus et preſentibus promittimus, predictis fide data in ſolidum, omnia et ſingula premiſſa firmiter obſeruanda. Sigilla noſtra in teſtimonium, preſenti ſcripto ſunt Appenſa, Datum et actum luneborch Anno domini. M. CCC. XXXIX. in Octaua Sancti Mychahelis.

Sechs Siegel abgefallen.

Urk. 420.

Ritter Huner von Oedeme verkauft, mit Bewilligung ſeiner Oheime, der Gebrüder Gevehard und Gerhard und der Gebrüder Johann und Gevehard von Oedeme, dem Abte Werner, Prior Otrave, Volquin und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg eine Kothe und einen Hof in Betzendorf (Kirchd. im A. Lüne) nebſt Vogtei. 11. November 1339.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Deduction Beil. № 19a.)

Nos Hunerus Miles dictus de Odem, recognoſcimus in hijs ſcriptis, quod bona voluntate et conſenſu omnium heredum noſtrorum ac patruorum noſtrorum videlicet Gheuehardi et Gherardi fratrum et Johannis et Gheuehardi fratrum dictorum de Odem, vendidimus reuerendo domino Abbati wernero Othraven Priori. Volquino. Totique conuentui ſancti Mychaelis in caſtro luneborch caſam vnam in Betzendorpe ſitam apud eccleſiam in qua nunc habitat Johannes Righemann. et curiam vnam in qua nunc habitat Johannes longus, cum omni iure, pertinencijs pratris, ſiluis, nemoribus, aduocatia et cum omni proprietate, ita quod nichil iuris obtinebimus in predictis bonis, pro viginti et nouem marcis Luneburgenſium denariorum. perpetuis temporibus poſſidendis, — — (Slg.) In cuius rei euidenciam preſens ſcriptum ipſis contulimus noſtrorum ſigillorum munimine roboratum. Datum Anno domini Milleſimo. Tricenteſimo, Triceſimo nono, In die ſancti Martini epiſcopi.

Herzſiegel Huner's, wie unter Urk. 361, und Gevehard's von Oedeme, wie unter Urk. 408; rundes „† S GHEVEHARDI DE ODEME", wie unter Urk. 345. Sieget an 3. und 4. Stelle abgefallen.

Urk. 421.

Graf Adolf von Schaumburg überläßt an Cord von Biſpingen, deſſen Mutter Adelheid und deſſen Brüder den Zehnten aus einem Meierhof in Oedeme (im K. Lüneburg Kl.-A. St. Michaelis). 14. November 1339.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedr. in Büttner Anh. Geneal. der von Biſchopinge. — Vergl. Urk. vom 21. December 1347.)

We greue Alf van ſcomborch. Bekennet In deſſeme Jeghenwardeghen breue. Dat we hebbet ghelaten Corde van biſcopinge vnd Alheide ſiner moder vnd ſinen broderen vnde oren rechten eruen den theghedeu. de tho eme meigherhoue hort tho der Odem mit al deme rechte, dat dar thohort vnde nut, Alſe dat we an deme theghedeu neyn recht ne hebbet noch hebben willet vnde willet des on warende weſen wur vnde wanne ſo dat van vs eſſchet vnde on des not is. Dat we deſſe vorſcreuenen ding ſtede vnde vaſt holden willet. dat betughe we mit der thohengnighe vſes Jngheſeghels. Deſſe breff is gheghreuen na Godes bort, duſent vnde drehundert Jar. In deme neghenen drittegheſten Jare des Sondaghes ſunte mertenes daghe.

Siegel abgefallen.

Urk. 421a.

Knappe Gevehard von Oedeme verkauft an Heinrich von Melbeck, Scholaſter zu Ramelsloh, einen Hof

und eine Kothe in Brackel (im K. Hanſtedt) und zwei Höfe in Toppenſtedt (im K. Salzhauſen, beide A. Winſen a. d. L.). 6. Februar 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Den Abdruck ſelbſt ſiehe oben als Urk. 170 vom 6. Februar 1300, „anno domini M°CCC°“, unter welchem irrigen Jahre, mit Auslaſſung von „XL°“, dieſelbe im Copialbuch Nr. 5 fol. 226 enthalten iſt.)

Vniuerſis, quorum intereſt, uel intererit in futurum, Nos, Gheuehardus dictus de Odem famulus, et noſtri heredes, — — Datum sub noſtris sigillis, Anno domini. M̊. CC̊C. XL̊. In Craſtino sancte Agathe virginis.

Herzſiegel „† S' GHEVEHARDI * DE * ODEME“, wie unter Urk. 361, und „† S CONRADI DE BOL . . . . .“ mit einem aufrechten Löwen, wie unter Urk. 293; rundes „† S WOLDERI . DE . BOLDENSEN“, mit einem Helme, auf welchem ein Hut mit vier Federn; Herzſiegel „† S JOHANNIS DE SARNS . .“, mit drei Fiſchen in einem geſchlängelten Bache.

Urk. 422.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen an Albert von der Mühle und deſſen Söhne Ditmar und Johann einen Hof zu Aßhauſen (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. L.). 16. April 1340.

(Nach dem Orginal im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 8. April 1358.)

In omnipotentis nomine amen. . Ad perpetuam rei memoriam Nos Ego otto Miles henricus famulus eius filius dicti de zwerin preſentibus recognoſcimus et teſtamur quod cum conſenſu et voluntate ac ratihabicione noſtrorum heredum legitimorum diſcretis viris Alberto de molendino dytmaro et iohanni eius filijs ac heredibus eorundem vendidimus iuſto venditionis titulo vnam curiam in villa Aſſeueſhuſen ſitam in qua thidericus vinckes habitauit. — — (Grſ.) Et nos, Ego hermannus de medinghe hunerus de odeme milites in preſentibus compromittimus cum ottone et henrico de zwerin preſcriptis et pro ipſis vnita manu et data fide in ſolidum iam dictis de molendino omnia preſcripta ſine ſuggeſtione mali doli cuiuſlibet firmiter ſeruanda ad quod nos et heredes noſtros in ſolidum obligamus omnemque impeticionem aut impedimentum ut de iure tenemur ſub noſtris laboribus ſumptibus et expenſis cum moniti fuerimus penitus remouentes. Datum ſub noſtris ſigillis Anno domini. M̊. CC̊C. XL̊. in feſto paſche.

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254, verletzt. Herzſiegel „† . . . . RICI DE ZWIRIN, wie unter Urk. 350, 353 ff. Rundes „† S' HERMANNI : DE : . . . . . “, einen Hirſch mit Decke im Schilde, über demſelben einen Helm mit 7 Fähnchen. Siegel an 4 Stellen abgefallen.

Urk. 423.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß ihr Mitbürger Johann von Pence dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg für den Altar der eilftauſend Jungfrauen in der Krypta unter dem Chore des Kloſters ein halbes Fuder Salzgut in der Saline daſelbſt verkauft hat. 24. April 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneborch. Albertus de molendino Thidericus thodo . Nicolaus garlop . Albertus holle . Johannes melbeke . Borchardus hogeri Thitmarus zabel . Conradus ſeghehardj . Ludolfus hartwici . Jacobus de ponte . Lenardus longus . Johannes de nedeſſe . Tenore preſencium publice proteſtamur . quod Johannes dictus de pence . burgenſis noſter . cum conſenſu heredum ſuorum . vendidit . Religioſis viris et deuotis . Domino Abbati . Totique conuentui . ordinis sancti Benedicti . in Caſtro Luneborch dimidium plauſtrum ſalis .

in ſalina Luneborch . quolibet flumine . in Gunchpanne ad ſiniſtram manum . cum domus Edinge ſubintratur . ad altare vndecim milium virginum . in Cripta . ſub choro ſui Monaſterij . perpetuis temporibus pertinendum. Datum sub noſtro sigillo. Anno domini. M. CCC. XL. In die sancti Georgij.

Urk. 424.

Ritter Hermann und die Knappen Heinrich, Wasmod und Jordan von Meding verkaufen dem Abte Werner, Prior Otrave und Convent des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen Hof mit 3 Kothen in Riendorf. 25. Mai 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

In omnipotentis nomine amen. Nos . ego hermannus miles . hinricus waſmodus et Jordanus famuli . dicti de medinghe . preſentibus recognoſcimus et teſtamur . quod cum conſenſu et voluntate noſtrorum heredum . honorabilibus viris Domino wernero Abbati . Otraven priori et toti conventui profeſſorum in caſtro luneborg reſidentium . vendidimus . vnam Curiam in Nendorpe in qua johannes helmodi reſidet cum tribus caſis ibidem ſituatis . cum omni iure vſufructi et appendiciis . intus et extra . pro bonis proprietariis . ſicut ea tenuimus hactenus . et poſſedimus in hunc diem . pro xl. marcis denariorum nobis in prompto numeratis et solutis. — — (Gwl. u. Schad.) Datum ſub noſtris sigillis Anno dominj. M. CCC. xl° in die sancti vrbani . . —

Rundes „† S' HERMANNI : DE : MEDINGHE . . LIT", wie unter Urk. 422; Herzſiegel „† S' HEYNE . DE MEDINGE", wie unter Urk. 346; Herzſiegel „†S' WASMODI . DE . MEDINGE", wie unter Urk. 407, und „† S JORDANI DE MEDIG", mit einem gleichen Hirſche, wie unter Urk. 407.

Urk. 425.

Knappe Heinrich von Schwerin verkauft dem Rathsherrn Johann von Neetze in Lüneburg einen Hof in Catemin (im K. Barscamp A. Bleckede) auf Wiederkauf innerhalb zweier Jahre. Lüneburg, 28. Juni 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 29. September 1340 und 27. März 1345.)

Ego hinricus de Swerin famulus, publice confiteor et proteſtor in hijs ſcriptis, quod diſcreto uiro . et honeſto Johanni dicto de Netze Conſuli Ciuitatis Luneburgenſis, ſuisque veris heredibus, iuſto uendicionis tytulo, vendidi, Curiam meam in villa gotemin, in qua, Borchardus villicus meus pro nunc inhabitat, pro viginti marcis Luneburgenſium denariorum, perpetuis temporibus rite poſſidendam, cum omni iure atque proprietate, qua, ad me uſque in preſens pertinebat, predictus Johannes de Netze et ſui heredes, dantes michi ſpecialem gratiam, in eadem Curia, quod eam cum ſuis appendicijs, poſſum reemere pro predicta pecunia, a feſto beati martini, proximo, vltra, ad duos annos, quod ſi neglectum fuerit per me, empcio ut prius perpetua remanebit atque firma. ſecundum dicte Curie, Johanni de Netze et suis heredibus quando requiſitus fuero per coſdem procurabo, quod Ego promitto vna cum compromiſſoribus meis . Boldewino . et gerlaco, militibus, Johanni, hinrico, et frederico, famulis, dictis de Lobeke, ſepedicto Johanni de Netze et ſuis heredibus, et ad manus eorumdem, Borchardo de Luchowe, et hardewico de ſulta, Conſulibus Ciuitatis Luneborgenſis, coniuncta manu et in ſolidum, omnia premiſſa, inuiolabiliter obſeruanda, In teſtimonium, sigillum noſtrum, cum sigillis compromiſſorum, preſentibus eſt appenſum, Datum et actum Luneborg, Anno dominj . M. CCC. XL. in vigilia petri et pauli apoſtolorum.

Herzſiegel „† S' HENRICI . DE . ZW . . . .“, wie unter Urk. 350; Herzſiegel „† S' B . . . . WINI DE . LOBEKE . MILITIS“, mit einem links (wie unter Urk. 385); rundes Siegel „GHE . . . . . D . LOB . . .“, mit einem rechts ſchreitenden Hirſche; rundes „† S'. JO.HANNIS . DE . LO.BE.KE“, mit einem rechts ſchreitenden Hirſche im Schilde; Herzſiegel „† S' HINRICI D . . . . . .“, mit einem links (wie unter Urk. 385), und „† S' FREDERICI . DE LOBEKE“, mit einem rechts ſchreitenden Hirſche.

Urk. 426.

Propſt Arnold, Priorinn Mechtild und der Convent zu Buxtehude verſprechen, daß ihre Mit-Conventualinn Kunegunde von Baumgarten (de Pomerio) die Einkünfte, welche Abt Werner zu Lüneburg von ihnen gekauft hat, zeitlebens beziehen ſoll und daß dieſelbe nach deren Tode zur Feier des Jahresgedächtniſſes des Abtes in ihrem Kloſter verwandt werden ſollen. 22. Juli 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos dej gratia, Arnoldus prepoſitus, Mechtildis Prioriſſa . Totuſque Conuentus ancillarum chriſti in Bokſtehude . Preſentibus recognoſcimus, lucide proteſtantes . Quod Reuerendus in chriſto pater et dominus . Dominus wernerus abbas in Luneborch, ordinis ſancti Benedicti Redditus duarum marcarum perpetuos, apud nos emendo comparauit, Ex bonis noſtris in terra kedinghie, per eundem dominum arnoldum, prepoſitum noſtrum comparatis, ſingulis annis, in feſto paſche indubitanter perſoluendos, Quos quidem duarum marcarum predictarum redditus, domina Coneghundis dicta de Pomerio apud nos religioſa, tollet et percipiet, temporibus ſue uite. Poſt ipſius uero obitum, huiuſmodj redditus cedent Conuentuj noſtro pro conſolacione ſpecialj fienda, in anniuerſario dominj wernerj abbatis ſupradictj, nobiſcum futuris temporibus ſemper ſine obliuione peragendo. In premiſſorum teſtimonium, et noticiam pleniorem, ſigilla noſtra preſentibus patenter ſunt annexa. Datum anno dominj. M. CCC. xL. In feſto ſancte Marie Magdalene. : .

Länglich rundes Siegel des Propſtes und Convents in Buxtehude.

Urk. 427.

Prior Heinrich von Bücken und der Convent des Kloſters Heiligenthal überlaſſen dem Abte Werner und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg die Hälfte des großen und kleinen Zehnten zu Bargtorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen). Heiligenthal, 22. Juli 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 26. Juli 1332.)

Nos . Hynricus dictus de Bucken, prior . Totusque Conventus Monaſterij in Hylghendale, Ordinis Premonſtratensis . Tenore preſentium proteſtamur . Quod inter nos, parte ex vna, et Reuerendum virum Dominum wernerum abbatem, et Conuentum Monaſterij ſancti Mychahelis in Caſtro Luneborch, Ordinis beati Benedictj, parte ex altera, eſt taliter ordinatum . Quod dimidietas decimarum maioris et minute, in Berchdorpe, que ad nos pertinebat, cum omnj iure, apud dictum dominum . . Abbatem . et Monaſterium ſancti Mychahelis in Luneborch, perpetuis temporibus permanebit. In cuius teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum in Hylghendale, in predicto Monaſterio noſtro, Anno domini. M. CCC. Quadrageſimo, In feſto beate Marie Magdalene . : . —

Länglich rundes „S' PROVISORIS . . . E GHELDERSEN", einen Heiligen mit einem Roſt enthaltend; rundes „† S. COVET . I . HILGHEDA * LE . PMOSTTSS . ORDIS," einen Engel mit einem Kreuz und die Marie enthaltend, hinter welcher eine Blume ſteht. Darunter ein Knieender.

Urk. 428.

Ritter Otto und Knappe Heinrich von Schwerin verkaufen an Johann von Behem und deſſen Sohn Johann Lehn und Eigenthum eines Hofs in Bavendorf (im K. Thomasburg A. Lüne). 10. Auguſt 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 28. December 1346.)

Nos Otto miles et hinricus famulus dicti de tzwerin recognoſcimus in hijs ſcriptis quod cum conſenſu et voluntate omnium noſtrorum heredum vendidimus ac dimiſimus . diſcretis famulis et honeſtis Johanni behem et filio ſuo Johanni ſuisque veris heredibus inpheodacionem et proprietatem vnius curie in villa babendorpe integre cum omni iure perpetue poſſidendam . ſicut eam poſſedimus in hunc diem. -- — (Slg.) In euidens huius rei teſtimonium nos otto et hinricus predicti noſtris cum compromiſſoribus . videlicet . Domino hunero de Odem Domino hermanno de Medinghe . militibus . in ſolidum . predictis promittimus famulis fide data. Et vt hec rata permaneant ſigilla noſtra noſtrorumque compromiſſorum preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M CCC XL. In die laurentij martiris beati.

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254. Zweites Siegel verletzt. Herzſiegel S' HVNERI MIL . . . . DE ODEMME", wie unter Urk. 361. Rundes Siegel Hermann's von Meding, wie unter Urk. 422.

Urk. 429.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen an Johann von Neetze einen Hof in Weſtergellerſen (im K. Kirchgellerſen A. Winſen a. d. L.) und einen Hof in Catemin (im K. Barscamp A. Bleckede) [1]) auf Wiederkauf. 29. September 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 28. März 1345.)

NOs Otto miles dictus de zwerin henricus filius eiuſdem famulus . . Recognoſcimus in hijs ſcriptis publice proteſtantes quod cum conſilio et conſenſu omnium noſtrorum legitimorum heredum quorum intereſt ſev intereſſe poterit vendidimus ac in preſenti vendimus diſcreto viro Johanni de Netze et ſuis veris heredibus noſtram curiam ſitam in weſterghelderſchen quam colit longus hermannus pro decem et tercia dimidia marca Luneburgenſium denariorum nobis integraliter perſolutis cum omni iure vti hucuſque poſſidebamus, et noſtram curiam ſitam in Gotemyn in qua moratur quidam dictus Borchardus Slauus Tali condicione

[1]) Vergl. Urk. vom 28. Juni 1340.

quod iſtas duas prenotatas Curias Coniunctim volumus et debemus ab iſto affuturo feſto ſancti Martini vltra ad duos annos ſubſequentes reemere pro Triginta marcis denariorum cum duobus talentis Quod nos vna cum noſtris compromiſſoribus videlicet cum Johanne de lobeke frederico eiuſ filio promittimus dicto Johanni de netze et ſuis veris heredibus et ad manus eiuſdem Hardewico de ſalina Borchardo de Logehowen et Johanni dicken conſulibus in Luneborg fidetenus ac inviolabiliter obſeruare In Cuius rei Teſtimonium preſens ſcriptum noſtris ſigillis fecimus communirj . . Datum anno domini. M̊ C̊C̊C̊ XL̊. In die ſancti Michaelis archangeli.

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254. Verletztes Herzſiegel Heinrichs von Schwerin, wie unter Urk. 350, 353 u. A. Rundes „† S.' JO.HANNIS . DE . LO.BE.KE", mit einem rechts ſchreitenden Hirſch im Schilde, wie unter Urk. 425. Herzſiegel „† S' FREDERICI . DE LOBEKE", mit einem rechts ſchreitenden Hirſch, wie unter Urk. 425.

Urk. 430.

Knappe Manegold von Eſtorf bewilligt den Knappen Heinrich und Eggehard von Eſtorf, Otto's Söhnen, eine Weizenrente aus ihrem Hof in Scharnebeck (Kirchd. im A. gl. N.[1]) und einen Hof in Melbeck (im K. Embſen A. Lüne), welche er von ihnen gekauft hat, innerhalb dreier Jahre wieder zu kaufen. 29. September 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 22. Mai und 8. Juli 1343.)

Ego Manegoldus de Eſtorpe famulus recognoſco lucide preſentibus et proteſtor, Quod promiſi et in preſenti promitto honeſtis famulis henrico et Echehardo fratribus dictis de Eſtorpe filijs Ottonis de eſtorpe et ipſorum veris heredibus bona infraſcripta ab ipſis per me rite et racionabiliter empta redimendo me daturum Sub hac forma, quod vnum wichimten ſiliginis de ipſorum curia in villa Scermbeke ſita, a me tollendum, et totam eorum curiam in villa Melbeke, ſitam reemendo redimere poſſunt pro Triginta marcis luneborgenſium denariorum prout ab ipſis dicta bona empcionis tytulo comparaui a proximo feſto pentecoſtes vſque ad Tres annos continue ſubſequentes, et quod ſi infra dictum terminum dicta bona non, reemerint, Extunc dictus contractus perpetuus permanebit Datum Anno domini. M̊ C̊C̊C̊ XL̊. In die beati Michaelis.

Siegel abgefallen.

[1]) Vergl. Urk. vom 30. November 1368.

Urk. 431.

Knappe Eggehard von Eſtorf verkauft dem Abte Werner, Prior und Convent des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen Hof in Barglorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen). 6. October 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ego Eghehardus dictus de Eſtorpe, famulus, preſentibus, meo ſigillo munitis, Recognoſco publice proteſtando . Quod cum conſenſu et plena voluntate omnium heredum meorum, juſte vendicionis tytulo, ac iure hereditario vendidj Honorabilj viro, Domino wernero Abbatj . . Priorj . et . . Conuentuj, Monaſterij ſanctj Mychahelis in Caſtro Luneborch, ordinis beatj Benedictj, vnam Curiam ſitam in villa Berchdorpe, Quam, quidam nomine wernerus pronunc inhabitat, atque colit, cum omnj iure, — — (Grſ.) futuris temporibus poſſidendam. — — (Gwl.) Preterea . nos, Eghehardus filius quondam Dominj Manegholdj dictj Struuen . militis, Eghehardus et Otto fratres, filij quondam Ludolfi, omnes dictj de Eſtorpe, Gheuehardus filius quondam dominj Gheuehardj de Odem, militis, et Thidericus dictus de Monte, famulj, Recognoſcimus

nos, Domino . . abbatj . . Priorj . et . . Conuentuj ſupra dictis coniuncta manu, et fide data promiſiſſe . Quod ſi ipſi in premiſſis omnibus vel in aliquo premiſſorum dampnum, aut impedimentum ſuſtinerent, quod abſit, Extunc infra quindenam proximam, a die monicionis, ipſis ſine omnj dubio ſatiſſaciemus. Hec omnia ſub appenſione noſtrorum ſigillorum patenter approbamus. Datum . Anno dominj . M. CCC. XL. in Octaua ſancti Michahelis.

Rundes „S' ECHARDI . DE . ESTO . . .", einen Helm mit 12 Federn enthaltend; Herzſiegel „† S' ECHARDI STRVVE", mit einer quer liegenden Lilie, die Spitze rechts gekehrt; rundes „† S' EGHARDI . DE . ESTORPE *", gleiche Lilie im Schilde, Spitze links gekehrt; rundes „† OTTONIS . DE . ESTORPE", Helm wie im Siegel an erſter Stelle im Schilde; rundes „† S GHEVEHARDI * DE * ODEME", wie unter Urk. 361; Herzſiegel „† S' THIDERICI . DE . MONTE".

Urk. 432.

Die Gebrüder Pardam und Waſmod, Gebrüder Ludolf und Henning, Gebrüder Waſmod und Huner, Gebrüder Iwan und Pardam, Harneit, Harneit's Sohn, alle von dem Kneſebeck, überlaſſen Segeband von dem Berge, Segeband's Sohne, und ſeinem Sohne Johann die großen und kleinen Zehnten zu Wittorf an der Ilmenau (im K. Bardowieck), Dreckbarburg bei Breitlingen (im K. St. Dionys) und in Oldershauſen (im K. Handorf, ſämmtlich A. Winſen a. d. L.). 24. Februar 1341.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Gerken fragm. March. II 51. — Vergl. die Urk. vom 25. Juli 1351, 14. Auguſt 1352 und 15. November 1353.)

Wy pardam riddere vnde waſmunt brodere ludolf vnde henningh brodere waſmunt vnde huner brodere ywan vnde pardam brodere, vnde harneyt harneydes ſone gheheten vam kneſbeke bekennet in deſſem breue dat wy mit vulbort al vſer eruen hebbet ghelaten Seghebande hern Seghebandes van dem berghe Sone, johanneze ſinem ſone vnde eren eruen de tegheden to wittorpe to horborch vnde to olderdeſhuſen beyde mineren vnde groteren, mit allerleye nut vnde rechte vnde mit deme lene als wy de hebbet ghehat vnde willet en der tegheden eyn recht warunde weſen. vnde beholdet nicht mer rechtes in den tegheden. vnde wiſet alle de to en de de tegheden van vs to lene hadden. were dat alſo dat ſe yenich man dar ane hinderde dat ſculle wy entweren wane wy worden ghemanet. Dat loue wy en truwen. Dit is gheſcen vnde vnder vnſen ynghezeghelen na gades bort drittеynhundert jar in deme en vnde vertigheſten jare in ſunte mathies daghe.



Sieben Siegel, jedes mit einem aufrechten Einhorn: 1) verletztes Herzſiegel mit den Buchſtaben „PARD E.KNES"; 2) Herzſiegel „† S WASMODI . DE . KNESBEKE"; 3) rundes „S LVDOLFI DE KNESBEKE", den Schild in 6 Bogen; 4) rundes „† S' HENNINGHE DE KNESBEKE"; 6) Herzſiegel „† S' HVNERI DE KNESBEKE"; 7) rundes „† S' IWA . . DE KNESBEKE", Siegel an 8. und 9. Stelle abgefallen.

an 5. Stelle;

Urk. 433.

Abt Otrave zu St. Michaelis in Lüneburg verkauft die von den Teſtamentarien Wedekind's von Eilenſtedt und des Prieſters Diedrich Leo in Lüneburg erworbenen Meierhof in Süttorf (im K. Neetze A. Scharnebeck) dem Propſte Heinrich, der Priorinn Adelheid und dem Convente des Kloſters St. Bartholomei in Lüne. Lüneburg, 12. Juli 1341.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 100 in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Ego Otraven religiosus Ordinis Sancti Benedicti in Castro Luneborch tenore presentium publice recognosco quod cum consensu omnium quorum interest aut interesse dinoscitur curiam sive domum meam villicalem in Suttorpe quam michi vendiderunt Testamentarii Honestorum virorum quondam Dominorum Widekindi de Eylenstede et Thyderici Leonis Sacerdotis in Luneborch et libere dimiserunt rite et rationabiliter vendidi et venditam libere presentavi Honorabili viro Domino Hinrico preposito Alheydi prioriffe totique Conventui Ordinis Sancti Benedicti Monasterii Sancti Bartholomei in Lune cum omni suo jure proprietate et utilitate hereditario Jure perpetuo possidendam. Preterea nos Otto de Zwerin Hunerus de Odeme milites Seghebandus de Monte quondam Johannis de Monte militis filius et Hinricus de Zwerin Famuli una cum ipso domino Otraven promisimus et presentibus communicata manu fide corporali in solidum compromittimus prenotatis Domino preposito prioriffe totique conventui quod si ipsi aliquod impedimentum sive obstaculum in dicta curia habuerint statim cum hoc nobis notificatum fuerit secundum eorum requisitionem tenebimur et debebimus disbrigare. In cuius facti testimonium presens scriptum sigillis nostris jussimus roborari. Datum Luneborch Anno Domini M CCC XL primo in crastino translationis Sancti Benedicti.

Urk. 434.

Ritter Heinrich Knigge und sein Sohn Heinrich überlassen den Bürgern Johann und Roleke Rambeck und Heinrich Werder den Zehnten zu Hetendorf (im K. und der A.-V. Hermannsburg) zu Lehen nach dem Tode des Vaters der Rambeck. 8. October 1341.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 2. Juli 1369.)

Ik hinric riddere heyten knighe bekenne vnde betughe an desseme breue dat ik mit volbort Aller miner rechten eruen lete vnde hebbe laten johann vnde roleken rambeken vnde hinrico werdere borgheren to luneborch den tegheden to hetendorpe to eruen mit aldeme rechthe also olde rambeke one be szethen heft vor drittich lodeghe march rede betalet. hir vmme lene jk vnde wille lenen na rambeken dode dessen tegheden den vor spoken (*sic*) mannen tho rechten erve vnde wille mit minen rechthen eruen ore rechte warent wesen wor ek van rechte scal vor aller leye rechter ansprake je deme benomeden thegheden. vort mer ek hinric sin sone hern hinrikes knicghen be tvghe dit vnde bekenne dat ik mit minen rechten erven na mines vaderes dode wille vnde scal lenen dessen tegheden den vor sprokenen mannen to erve na borghere lenrechte. Dat desse dinc de hir bescreuen sint bliven stede vnde vast So js hir desser twier jnghesegheie an ghe hanghen. Dit is ghe schen na goddes borth dusent vnde drehvndert jar an den en vnde verteghesten jare an dem hilghen auende sunte dyonisii.



Rundes „*S'. HENRICI. KNIGHEN", ebenfalls mit einem wachsenden Löwen über zwei Balken.

Urk. 434a.

Huner von Oedeme ſchenkt dem Propſte und dem Convente zu Lüne das Patronatrecht über die Kirche in Beetzendorf bei Lüneburg (A. Lüne). — Unter den Zeugen die Mönche Werner von Oedeme und Otrave in Lüneburg. Lüneburg. 1. November 1341.

(Nach dem Abdrucke bei Bilderbeck Samml. ungedr. Urk. I, II 34 ff.)

Ad noticiam omnium ſingulorumque, maxime quorum intereſt, preſentia videntium et audientium, lucide proveniat, quod Ego Hunerus dictus de Odem miles, gratitudinem liberalitatis attendens et diverſa ſubſidia michi preſtita nec non favorem benivolum michi plerumque impenſum per venerabilem Virum Dominum Hinricum Prepoſitum monaſterii in Lune, et predeceſſores ipſius, nomine ejusdem monaſterii, volensque propterea eidem Domino Prepoſito et ſucceſſoribus ſuis, ipſique monaſterio in Lune, iuxta poſſibilitatem meam rependere, id quod gratum fuerit, de conſenſu omnium heredum meorum ſponte et ex certa ſcientia, do, dono, atque concedo, cauſa donationis que dicitur inter vivos, pure libere et irrevocabili titulo, ipſi Prepoſito, ſucceſſoribus ſuis et Monaſterio in Lune predictis, jus Advocationis, ſeu jus Patronatus Eccleſie parochialis in villa Bezendorpe, Verdenſis dioceſis, ſita prope opidum Luneborch fere ad duo miliaria, cum omni iure, ſeu gratia, uſu, proprietate et pertinentiis ſuis, quo vel quibus ad me et progenitores meos ſpectabat et ſpectat, ita quod deinceps dictus Prepoſitus et ſucceſſores ſui nomine ipſius Monaſterii, de huiusmodi jure Patronatus tanquam de bonis propriis, modo tamen canonico, libere diſponere, et efficaciter ordinare poſſint, — — Actum Luneborch, anno Domini M. CCC. XLI. in die omnium Sanctorum, preſentibus dominis, Wernero de Odeme et Otraven, Viris religioſis in Luneborch, nec non Thyderico. Bautzowe Canonico Rameslocnſi, et Alberto de Molendino, et Hermanno Hut, Conſulibus in Luneborch, teſtibus premiſſorum, et aliis pluribus fide dignis.

Urk. 435.

Die Gebrüder Werner und Konrad von Boldenſen überlaſſen, mit Zuſtimmung ihrer Brüder Walter und Otto, dem Mönche Anton von Melbeck in der Burg Lüneburg das Obereigenthum an einem Hofe in Thondorf (im K. Himbergen A. Medingen). 10. April 1342.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 14. Auguſt 1383.)

Nos wernerus et conradus fratres famuli dicti de boldenſen . Recognoſcimus in hijs ſcriptis quod cum conſilio noſtrorum fratrum . walteri et ottonis ac omnium noſtrorum legitimorum heredum quorum intereſt ſeu intereſſe poterit dedimus ac in preſentibus damus proprietatem ſiue pheudum Curie in dudeſchen Thodendorpe ſite ad ſiniſtrum manum cum villa intratur diſcreto et honeſto viro domino anthonio dicto de Melbeke profeſſo in caſtro Luneborch ob cauſam ſpecialis fauoris et precipue ob cauſam cuiusdam pecunie nobis date. — — (Bſgr.) Nos vero, Conradus et walterus fratres famuli dicti de Boldenſen, patrui fratrum predictorum . promittimus vna cum principalibus ipſi anthonio predicto et ad manus ſuas domino hinrico de Melbeke ſcolaſtico fratri ſuo nec non Johanni riben militi ipſum anthonium reddere a periculo dicte curie ſi quod ob cauſam dicte donacionis adveniret indempnem. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus appenſa vna cum ſigillis ſunt predictorum Datum anno domini M CCC xlij feria quarta poſt quaſi modo geniti.

Vier runde Siegel: „. . . ERNERI JVNIOR' D BOL . . .“, wie die Abbildung unter Urk. 293. Rundes „S' CVNRADI DE *BO . DESEN“, über einem ſchräg geſtellten Schilde mit einem Löwen ein ähnlicher Helm, der Hintergrund gegittert; eben daſſelbe Siegel noch einmal; „† S WOLDERI . DE . BOLDENSEN“, wie unter Urk. 421a.

Urk. 436.

Domdechant Johann von Ahlden und das Domcapitel zu Verden beſtätigen die Gründung und Dotation der Vicarie in der Kirche St. Cyriaci in Lüneburg durch den Bardowiker Theſaurar Heinrich Greving mit einem Salzgute in der Saline daſelbſt und Otto von Melbeck durch eine Weizenrente aus einer Curie in Thondorf (im K. Himbergen A. Medingen). Das Patronatrecht ſoll nach dem Tode Otto's von Melbeck und ſeiner Söhne Otto und Anton, Mönchs zu St. Michaelis in Lüneburg, auf den Prior zu S. Michaelis übergehen. Der Vicar iſt von dem Archidiakon zu Lüneburg zu inveſtiren. Verden, 13. April 1342.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedr. in den Hannov. Anzeigen 1755 S. 781. — Vergl. Urk. 411 vom 14. Auguſt 1338.)

Uniuerſis chriſti fidelibus Ad quos litere noſtre preſentes peruenerint . . Johannes de Aleden decanus Totumque Capitulum Eccleſie verdenſis . . ſalutem in domino ſempiternam . . Qui in preſenti ſeculo cum lacrimis deuote compunctionis ſeminant virtuoſa opera in futuro ſperare poterint eternorum manipulos premiorum hilariter ſe meſſuros . . Huius ſeminacionis et meſſionis incrementi non immemores dilecti nobis in chriſto pie memorie quondam Henrici Greuing Theſaurij eccleſie Bardewicenſis verdenſis dyoceſis et Otto de Melbeke famulus in luneborch dicte verdenſis dyoceſis, diuina incitati gratia, pro, ſuorum et ſuorum parentum Animarum, ſalute, Sacerdotale Beneficium ſiue vicariam, in eccleſia ſancti Cyriaci in luneborch ad ſummum altare, ſi conſenſus eorum quorum intereſt acceſſit, alias ſecundum arbitrium Teſtamentariorum ſuorum in Ciuitate luneborch, officiandam, communiter dotauerunt . . Cui quidem Beneficio, Henricus Theſaurarius prefatus, dimidium chorum ſalis, quolibet flumine tollendum in ſalina luneborch in domo que dicitur derqueninghe in ſartagine que dicitur wechpanne, Ad dextram manum, dum itur in ipſam domum. Ipſe uero Otto de Melbeke Supradictus, Tres Quadrantes ſiliginis in villa que dicitur Dudeſchen Todendorpe in Curia in qua Moratur Thidericus, ad ſuſtentacionem vicarij cui prouiſum fuerit de Beneficio antedicto, ſingulis annis ſubleuandos perpetuis temporibus liberaliter donauerunt . . Huius itaque Beneficii ius patronatus Otto predictus filii et duobus filijs ſuis Antonio profeſſo Monaſterij ſancti Michaelis in luneborch et Ottonj fratri dicti Anthonij, cum conſenſu ſui college ſcilicet henrici Theſaurarij memorati, ad vite ſue tempora reſeruauit. Poſtquam vero predicti tres perſone pater videlicet et ambo filij predicti, morti ſoluerint debitum, dictum ius patronatus Apud Priorem Monaſterij Sancti Michaelis in luneborch prenarrati perpetuis temporibus remanebit . . Perſona uero huius Beneficij cui prouiſum fuerit, per archidiaconum in luneborch inueſtietur, eidem obedientiam manualem facturus, chorum frequentare ad horas, Maxime in feſtis nouem lectionum, niſi legitima neceſſitas impediat, cum religione tenebitur, et oblaciones altaris Rectori eccleſie fideliter preſentabit. Nos igitur . . decanus et . . Capitulum verdenſe Supradicti pijs votis premiſſorum dotancium debite Annuentes nichilominus iuſtis ſupplicacionibus nobis propter hoc factis inclinati, inſtauracionem, fundacionem et dotationem Beneficij prefati cum omnibus et ſingulis premiſſis ratificamus, grata gerimus et Auctoritate dyoceſana qua ſede vacante fungimur confirmamus ſecundum predictum modum in nomine dominj in hijs ſcriptis. In cuius confirmacionis noſtre Ac omnium premiſſorum euidens Teſtimonium preſentes literas noſtras conſcribi et . . ſigillorum appenſionibus, ſcilicet noſtri . . Capituli verdenſis quo vtimur ad Cauſas et honorabilis viri dominj henrici de Boyceneborch archidiaconi in luneborch fecimus communirj. Actum et datum verden Anno dominj Milleſimo. Trecenteſimo. Quadrageſimo ſecundo. Idus Aprilis.

Rundes Siegel des Domcapitels und länglich rundes Siegel des Archidiakonen, wie unter Urk. 376.

Urk. 437.

Abt Jakob zu Hiddenſee in der Diöceſe Roeskilde bezeugt, daß Johann Bertoldi, Mönch in der Veſte Lüneburg, ein halbes Fuder Salzgut in der Saline Lüneburg in der dem Kloſter Hiddenſee gehörigen Gungpfanne im Hauſe Breminge beſitzt, welches derſelbe von Gottfried von der Brücke gekauft hat. 28. April 1342.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos dominus Jacobus Abbas in hyddenſe. Cyſtercienſis ordinis. Roschyldenſis dyoceſis recognoſcimus preſentibus et teſtamur. quod dominus Johannes Bertoldj profeſſus in caſtro Luneborch habet dimidium plauſtrum ſalis in salina luneborch in domo Breninghe in ſartagine noſtra guncpanne ad ſiniſtram manum cum ipſa ingreditur domus. emptum a godfrido dicto de ponte et ſuis veris heredidus. ad faciendum et dimittendum cum dicto dimidio plauſtro quicquid eiuſdem dominj Johannis fuerit voluntatis. Datum anno domini M. CCC. XL. ſecundo. ipſo die beati vitalis noſtro ſub ſigillo.

Länglich rundes „S'. FRATRIS JACOBI ABBATIS HIDDENS", der Abt ſtehend in einer Niſche, den Stab in der Rechten, in braunem Wachſe.

Urk. 438.

Die Ritter Werner Grote und Johann von Saldern entſcheiden im Auftrage der Herzöge Otto und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg einen Streit zwiſchen den Einwohnern zu Bolterſen (im K. Neetze A. Lüne) und Segeband von Wittorf über das Bolterſenbruch. — Unter den Zeugen Abt Otrave zu Lüneburg. 10. Mai 1342.

(Nach dem Copialbuch des Kloſters Scharnebeck S. 39 f. im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos wernerus dictus grote et Johannes de ſalderen milites. et wernerus de monte famulus. tenore preſencium recognoſcimus et teſtamur quod ad commiſſionem illuſtrium principum noſtrorum videlicet domini Ottonis et domini wilhelmi ducum de Brunſwig et luneborch diſcordiam que vertebatur inter habentes bona in villa bolterſen ex parte paludis predicte ville dicte bolterſenbruch et ſeghebandum dictum de wittorpe — — diſbrigauimus — —. Preſentes fuerunt dominus otrauen abbas in caſtro luneborch. et dominus hinricus prepoſitus in lune. Segebandus de wittorpe. et Johannes dictus grope famuli. et alij plures fide digni. — — Datum anno domini M. CCC. xlij. In craſtino aſcenſionis domini noſtri.

Urk. 439.

Diedrich, Manegold, Werner, Burchard, Segeband und Diedrich, Heinrich's Sohn, von dem Berge beurkunden, daß der verſtorbene Ritter Segeband von dem Berge ſein Streitroß in der Weiſe dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg vermacht hat, daß für deſſen Werth eine Rente für den von ihm dotirten Altar im Kloſter gekauft werden, und davon eine Mark bei der Feier ſeines Jahresgedächtniſſes den Mönchen in der Veſte zugetheilt werden ſoll; überdieß ſchenken ſie beſagtem Altare zum Seelenheile Bertha's, Gemahlinn dieſes Segeband, fünf Mark Einkünfte aus Wulfſtorf (im K. Bienenbüttel A. Lüne), wovon 2 Mark 8 Schillinge bei ihrem und dem Jahresgedächtniſſe ihres Sohns Burchard und ihrer Magd Mechtild von Sölefeld den Mönchen des Kloſters gegeben werden ſollen. Der Altar iſt denjenigen Mönchen zu verleihen, für welchen die von dem Berge ſich verwenden werden. 25. Mai 1342.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

In nomine dominj. Amen. Thidericus dictus de Monte famulus infra ſcriptorum cauſa principalis. Manegoldus, miles, wernerus, Borchardus, Seghebandus. et Thidericus filius

quondam hinrici, omnes dicti de monte, ad noticiam omnium cupimus peruenire. Quod ſtrenuus miles dominus ſeghebandus dictus de monte, pie memorie, dextrarium ſuum in teſtamento ſuo, Monaſterio ſancti Michahelis in Caſtro Luneborg, pro remedio anime ſue, et propter deum erogauit Ita uidelicet ut ex hujus dextrarij precio, Redditus perpetuj eſſent comparandj, qui pertineant ad altare in eodem monaſterio, dotatum per eundem. Sed de eiſdem redditibus vna marca annuatim in anniuerſario predicti militis, dominis in Caſtro dabitur pro conſolatione ſpecialj, Damus inſuper pro remedio et ſalute anime, domine Berten uxoris ipſius, bone memorie, Quinque marcarum redditus, ſitos in villa wuluerſtorpe. Antiquus dythmarus. dabit. II. marcas. Junior dythmarus. XXIIIj ſolidos. et hinricus. XXIIIj ſolidos. Quos ad idem altare aſſignamus. ſed de cenſu iam dicto in anniuerſario domine Berten, iam dicte, in anniuerſario Borchardi filij eiuſdem, quolibet anniuerſario vna marca, et in anniuerſario Mechtildis de ſoleuelde ancille ſue. VIII. ſolidi. ſingulis annis pro conſolacione dominis miniſtrentur, Vt predictorum memoria per eoſdem diligenter peragatur. Quidquid uero reſiduum manſerit in redditibus memoratis, perſona cuj ipſum altare commiſſum fuerit tollet in uſus proprios conuertendum. Inſuper, predictum altare, cum vacauerit, pro quo, in eodem monaſterio profeſſo, preces noſtras concorditer direxerimus, ad abbatem, huic volumus ipſum altare, quod committet. Et ob maiorem hujus donacionis teſtificacionem preſentem literam ſupradicto monaſterio ſancti Michaelis dedimus noſtris ſigillis firmiter communitam. Datum. Anno domini. M. CCC. xl.ij. In feſto vrbanj.

Herzſiegel „† S' THIDERICI . DE MONTE“, mit vier gezackten Balken; rundes „† S' MANEGOLDI . MILITIS DE MONTE“, wie Urk. 416; vier Herzſiegel „† S' WERNERI DE MONTE“, „S'. BORCHARDI DE MONTE“, jedes mit drei, „† S' SEGHEBANDI . DE . MONTE“ und „† . S'. THIDERICI DE MONTE .“, jedes mit vier gezackten Balken.

Urk. 440.

Die Teſtamentarien des verſtorbenen Pfarrers Heinrich zu St. Cyriaci beurkunden, daß derſelbe teſtamentariſch ſeine Memorie in beſagter Kirche durch Ankauf einer Kothe bei „Jetemur“ geſtiftet, und ein Pfund Renten für die Structur der Kirche, für den Glöckner und Pfarrer den Kirchengeſchwornen überwieſen hat. 25. Mai 1342.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos henricus Custos Eccleſie ſancti Michahelis in Caſtro Luneborgh. Johannes de molendino frater eiuſdem. Thydericus ſchylſten. necnon Thidemanus morans apud ſalinam Teſtamentarij, domini henrici quondam plebani ſancti Cyriaci ab ipſo dum adhuc viueret ſanis ſenſibus conſtituti. recognoſcimus quod ipſe . . inter cetera ſui teſtamenti nobis commiſſi propriaque manu conſcripti, memoriam ſuam in eadem Eccleſia ſicut infra ſcribitur . ordinauit peragendam . ſcilicet . in ſalute anime ſue dedit et legauit vnam Caſam iuxta Jetemur pro vigiliis et miſſis cantandis et legendis, quam idem henricus emit pro xx marcis luneborgenſium denariorum . redditus vnius talenti, denariorum . quod inde proueniet in feſto mychaelis . diſtribuatur in hunc modum. Eccleſia ſancti Cyriaci ad ſtructuram habebit quatuor ſolidos . quiſque vicariorum tollet vnum ſolidum cum ſocio rectoris . Campanarius ſex denarios quod ſupereſt rector eiuſdem Eccleſie tollet cum quiete. Et iſtam penſionem et redditus tollent Jurati ſancti Cyriaci et diſtribuant propria manu modo prius tacto. In cuius legacionis et ordinacionis teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum. Anno domini. M. CCC. Quadrageſimo ſecundo in die vrbani martiris.

Länglich rundes Sieget: „† INTERSINGNV HIRICI DE MOLĒDINO“, den Erzengel Michael auf dem Drachen, deſſen Rachen er mit einer Lanze durchbohrt, in rothem Wachſe; zweites Siegel abgefallen; drittes ſehr verletzt; kleines rundes „S' TIDEMANNI . DE MOLĒDINO“.

Urk. 441.

Die Gebrüder Werner, Gevehard und Godeward, und Otto Grote bekennen, daß Ritter Otto von Schwerin und deſſen Sohn Heinrich dem Mönche Anton von Melbeck in der Veſte Lüneburg mit ihrer Zuſtimmung den großen und kleinen Zehnten zu Almſtorf (im K. Himbergen A. Medingen) verkauft haben. 24. Juni 1342.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos wernerus miles . gheuehardus et godehardus fratres et Otto . famuli dicti groten . preſentibus recognoſcimus et teſtamur . vendicionem decime tam maioris quam minute ville Eyllemeſtorpe factam per dominum ottonem de ſwerin militem et hinricum eius filium domino Antonio profeſſo in caſtro luneborch dicto melbeke ordinis sancti benedicti . cum noſtra plena voluntate et communi noſtro conſenſv fore factam. Datum ſub noſtris sigillis Anno dominj. M. CCC XLij in die sancti Johannis baptiſte.

Vom erſten Siegel ein Stück mit dem Pferdekopfe, zweites abgefallen, vom dritten die untere Hälfte mit dem Bauche und Beinen des Pferdes; Herzſiegel „† S' SENIORIS : OTTONIS ..... * “, mit dem rechts ſchreitenden gezäumten Pferde, der Hintergrund ſchraffirt.

Urk. 442.

Papſt Clemens VI. beſtätigt allen Aebten und Conventen des Ciſterzienſer Ordens alle demſelben durch Päpſte verliehenen Freiheiten und Immunitäten, und jegliche durch Könige und Fürſten, oder andere Chriſten bewilligte Freiheit und Exemtion von weltlichen Abgaben, wie Papſt Clemens V. ſolche beſtätigt hat. Avignon, 24. Auguſt 1342.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Clemens epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs . . Abbati Ciſtercij ciuſque Coabbatibus, et Conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſolicitudinem offitij noſtri, ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filij, noſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ad inſtar felicis recordationis Clementis pape V predeceſſoris noſtri, omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, uel alias indulgentias uobis, Monaſterijs et ordini ueſtris conceſſas, necnon libertates et exemptiones ſecularium exactionum, a Regibus Principibus et alijs chriſti fidelibus, rationabiliter uobis, Monaſteriis et ordini predictis indultas, ſicut eas iuſte obtinere noſcimini, uobis et per uos eiſdem Monaſterijs et ordini, auctoritate apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit . incurſurum. Datum apud Villamnouam Auinionen. dioceſis VIIII kalendas Septembris Pontificatus noſtri Anno Primo:

Plumbum „* CLEMENS * PP VI * “, an rothen und gelben ſeidenen Fäden.

Urk. 443.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich ſchenken dem Abte Otrave zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg und deſſen Nachfolgern das Patronatrecht über die Kirche in Höver (im A. Medingen). Lüneburg, 15. November 1342.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 15. Juni 1311.)

Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia viſuris ſeu audituris, Nos, Otto miles et hinricus eius filius famulus dicti de ſwerin — — (Egf.) pure et ſimpliciter propter deum dedimus et iuſto donacionis tytulo corporaliter donauimus, preſentibus et donamus Jus patronatus eccleſie in hôbere cum omnj jure et proprietate quo ipſum nos et progenitores noſtri poſſedimus in hunc diem, honorabili viro Domino Othrauen abbati Monaſterij ſancti Michaelis in Caſtro Luneborch ordinis ſancti benedicti, necnon ſuis in eadem abbacia ſucceſſoribus, perpetuis temporibus poſſidendum, . Itaque ipſe dominus Othrauen aut quilibet eius ſucceſſor qui pro tempore fuerit, abſque omnj inpeticione noſtra, noſtrorumque verorum heredum, quotiens et quando, de facto uel de jure, dicta eccleſia vacauerit, poſſit et debeat quem voluerit in rectorem eidem eccleſie in hôbere, preſentare . . Vt autem dicta noſtra donatio perpetuo inconcuſſa perſeueret, Nos, Otto miles et hinricus eius filius famulus, de ſwerin prefati, preſens ſcriptum inde confectum noſtrorum ſigillorum appenſione iuſſimus in preſentia noſtra communiri, . . Datum et actum luneborch anno Dominj. Milleſimo Trecentiſimo Quadrageſimo ſecundo, Die decima quinta menſis nouembris, . preſentibus Religioſis ac diſcretis viris dominjs, hinrico de molendino frederico puſteken, Jordano de Medinghe, monachis monaſterij ſupraſcripti, helmerico croegere ſacerdote, hinrico de binebuttele rectore eccleſie in Netze, Seghebando de monte, boldewino de wenden, et ludolpho ſoltowe, et alijs pluribus fide dignis.

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254. — Herzſiegel des Knappen Heinrich von Schwerin, wie unter Urk. 350, 353 ff.

Urk. 444.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Otrave und dem Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg eine Kothe in Edendorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen). Lüneburg, 8. December 1342.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. 445 von demſelben Tage.)

Vniuerſis chriſti fidelibus preſentia viſuris ſeu audituris, Nos, Otto miles et hinricus eius filius famulus dicti de ſwerin — — (Gſ.) vendidimus ac Juſto vendicionjs tytulo preſentibus vendimus et dimittimus, honorabili viro domino Othrauen abbati et conuentuj monaſterij ſancti Michaelis in luneborch vnam caſam noſtram ſiue kot in villa Edendorpe in qua pronunc nullus habitat cum omnibus et ſingulis ſujs pertinencijs — — hereditario et proprietario Jure perpetuis temporibus libere poſſidendam, . — — (Gwl. u. Schad.) vt autem dicta noſtra venditio perpetuo maneat inconuulſa preſentem paginam exinde confectam noſtrorum ſigillorum appenſionibus iuſſimus et fecimus communirj . . Datum luneborgh anno dominj Milleſimo . CCC . xl ſecundo . vj . ydus Decembris . hoc die dominica proxima poſt diem beati Nicolai Epiſcopi et confeſſoris.

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie unter Urk. 254. — Rundes „† S' HINRICI : DE : SWERIN * ", mit einem rechts ſchreitenden gezäumten Pferde im Schilde, Hintergrund fein geginert.

Urk. 445.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Otrave und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg einen Hof in Bavendorf (im K. Thomasburg A. Lüne), und ihre Kothe in Edendorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen[1]). Lüneburg, 8. December 1342.

(Nach einer Abſchrift im Faszikel der Jung'ſchen Collectaneen: „Freyherren von Grote" in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

---

[1]) Vergl. Urk. 444 von demſelben Tage.

Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia viſuris ſeu audituris, Nos, Otto miles et hinricus eius filius famulus dicti de Swerin — — (Cſ.) juſto venditionis tytulo vendidimus honorabili viro Domino Otrauen Abbati et Conventui Monaſterii Sancti Michaelis in Luneborch ordinis Sancti Benedicti vnam curiam in villa Babendorpe et vnam caſam ſeu Koth in villa Edendorpe in quibus pro nunc nullus inhabitat cum omni jure et proprietate, exceptis viginti quatuor ſolidis, quos Rector Eccleſie in Hobere habet in curia antedicta annuatim — — hereditario et proprietario jure perpetuis temporibus poſſidendas. — — (Gwl. u. Schad.) Ut autem dicta noſtra venditio perpetuo inconvulſa permaneat preſentem paginam inde confectam noſtris ſigillis fecimus communiri . Datum et actum Luneborch Anno Domini M.° CCC.° XLII.° die octavo menſis Decembris . hoc eſt die Dominico quo cantatur Populus Syon . Preſentibus Religioſis viris Dominis Anthonio Frederico Puſteken . Wernero de Odem Jordano de Medinghe . Conrado de Walſtowe Monachis Monaſterii ſupraſcripti necnon ſtrenuis viris et famoſis Domino Hunero de Odem milite . et Seghebando de monte et aliis pluribus fide dignis.

Urk. 446.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Rathsherrn Johann von Neetze zu Lüneburg einen Hof in Eyendorf (im K. Salzhauſen) und einen Hof in Nindorf (im K. Egeſtorf, beide A. Winſen a. d. L.) auf Wiederkauf innerhalb eines Jahrs. 2. Februar 1343.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 23. März 1345.)

Nos Otto de zwerin Miles et hinricus filius suus Tenore preſencium recognoſcimus proteſtando . Quod de conſenſu et voluntate omnium heredum noſtrorum Vendidimus Diſreto Viro Johanni de netze conſuli Ciuitatis Luneborgenſis et suis heredibus duas Curias noſtras . vnam in villa Igendorpe quam pronunc inhabitat Gherbertus wilde . et aliam in uilla Nendorpe in qua reſidet Hermannus que eſt Curia parua . pro . XXVII marcis denariorum cum omnibus suis attinenciis perpetue poſſidendas . ad faciendum seu dimittendum quicquid ipſis placet libere cum eiſdem . Seruata nobis tamen gratia ipſas redimendj a feſto Paſche nunc inſtantj infra hinc inde vltra ad vnum annum pro pecunia memorata . nullos eciam alios tractatus penitus ab eiſdem agere poterimus nec debemus . debitam warandiam preſtabimus ſecundum terre conſuetudinem approbatam . quod nos vna cum noſtra compromiſſore . domino Hunero milite de Odeme promiſimus data fide et promittimus in solidum dicto Johanni de netze et suis heredibus et ad eorum manus diſcretis viris . Borchardo de Luchowe et Hartwico de Sulta Conſulibus in Luneborg firmiter obſeruare . Volentes eciam sepedictos . si in dictis Curiis aliquo modo impeditj fuerint vel inpetitj diſbrigare . propter quod cum requiſiti fuerimus Ciuitatem Luneborg intrabimus infra Octo dies, ipſis nos in amicicia confirmando . In cuius teſtimonium sigilla noſtra preſentibus sunt appenſa . Datum anno domini . M.° CCC.° XL.° tercio In feſto Purificationis Marie virginis glorioſe.

Verletztes Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254. Verletztes Herzſiegel des Heinrich von Schwerin, wie unter Urk. 350, 353 u. a. Verletztes Herzſiegel des Huner von Odeme, wie unter Urk. 361.

Urk. 447.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Otrave zu St. Michaelis in Lüneburg eine Kothe in Grimm (bei Lüneburg) mit Vogtei. Lüneburg, 22. März 1343.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia viſuris uel audituris, Nos . Otto miles, et hinricus eius filius famulus, Dicti de tzwerin imperpetuum cupimus fore notum. . . Quod ſufficienti

deliberacione prehabita pleno omnium noſtrorum verorum heredum cum conſenſu, vendidimus Juſto vendicionis tytulo honorabili viro Domino Othrauen abbati Monaſterij ſancti Michaelis in luneborgh et ſujs in eadem abbacia ſucceſſoribus, vnum kot ſitum in grimmone, quem wernerus de verden pronunc inhabitat ſoluens annuatim viginti pullos, cum aduocatia et omnibus ſuis prouentibus et pertinencijs, plane cum omnj Jure, hereditario et proprietario Jure, perpetuis temporibus poſſidendum, . . Et iſtorum warandiam faciemus — —, . . In cuius rei euidens et perpetuum teſtimonium, noſtra ſigilla preſentibus literis ſunt appenſa, . . Datum luneborch anno dominj M. CCC. XL tercio, xj. kalendas aprilis.

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 251. Herzſiegel des Knappen Heinrich von Schwerin, wie unter Urk. 350, 353 ff.

Urk. 448.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Otrave zu St. Michaelis in Lüneburg zwei Kothen in Grimm (bei Lüneburg) mit Vogtei. Lüneburg, 1. Mai 1343.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Vniuerſis chriſti fidelibus preſentibus et futuris preſentia viſuris ſeu audituris, Nos, Otto miles, et hinricus eius filius famulus, dicti de tzwerin Imperpetuum cupimus fore notum, . Quod ſufficienti deliberacione prehabita pleno omnium noſtrorum verorum heredum cum conſenſu vendidimus Juſto vendicionis tytulo, honorabili viro Domino Othrauen abbati monaſterij ſancti Michaelis in luneborch, Duas caſas ſiue duo kot ſita in grimmone In quorum vno wernerus de verden, in altero henneke dictus kunkel pronunc inhabitant, quorum quodlibet. XX. pullos ſoluit annuatim, et hec vendidimus cum aduocatia et omnibus ſuis prouentibus et pertinencijs, plane cum omnj Jure, hereditario et proprietario perpetuis temporibus libere poſſidendum, Ita quod Idem abbas dicta duo kot cum ſujs pertinencijs omnibus et ſingulis retinere vendere donare concedere uel infeudare cuicunque voluerit uel alias alienare perpetuo poſſit, quandocunque ſibi placuerit, noſtra uel heredum noſtrorum contradictione qualibet non obſtante. Et iſtorum warandiam faciemus — —. In cuius rej euidens et perpetuum teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Teſtes huius vendicionis et empcionis ſunt Religioſi viri dominj, antonius de Melbeke, et fredericus dictus puſteke monachi monaſterij ſupradicti . . . Datum luneborch anno dominj Milleſimo. Trecenteſimo. quadrageſimo tertio In Die apoſtolorum philippi et Jacobi beatorum.

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254 u. ö. Herzſiegel Heinrich's von Schwerin, wie unter Urk. 350, 353 ff.

Urk. 449.

Die Gebrüder Heinrich und Eggehard von Eſtorf verkaufen dem Abte Otrave, Prior Ulrich und dem Convent zu St. Michaelis in Lüneburg einen freien Hof in Melbeck (im K. Embſen A. Lüne). 22. Mai 1343.

(Nach dem Copialbuch M. 3 f. lxxxij des Kloſters St. Michaelis. — Vergl. Urk. vom 29. September 1340.)

Cvm verba ſint uelocis tranſitus et eadem ipſa ſaltim idem numero ſit impoſſibile reuocarj. ideo permutationibus et uarietatibus proſternuntur Ideoque neceſſe eſt emptionum et uenditionum ſeu aliorum negociorum quorumlibet contractibus perpetuitatem exigentibus et huiusmodi uerbis quibus contracta celebrando perhenniter contrahuntur. iuuamentum ut eſt fabricatio literalis exhibere perhennale. Ea propter nos hinricus clericus. Eghardus famulus fratres dicti de Eſtorpe omnibus ratione uigentibus tenore preſencium recognoſcimus

publice proteſtando. Quod de conſilio maturo. uoluntate libera, et conſenſu firmo. noſtre matris dilecte wunneken necnon fratrum noſtrorum manegoldi et iohannis et omnium noſtrorum heredum preſentium. et poſterum quorum de iure intereſt de preſenti uel intereſſe poterit de futuro Legitime vendidimus iuſto uenditionis tytulo. Honorabili domino. domino Otrauen Abbati in Luneborch ordinis ſancti Benedicti. Olrico priori Totique conuentui monaſterii eiuſdem ſancti michaelis verdenſis dyoceſis. unam curiam noſtram proprietariam. ſeu liberam et ab omni iugo pheudali exemptam. ſitam in melbeke. quam nunc inhabitant filii thiderici pie memorie. cum fructibus ſingulis et prouentibus. — — (Grſ.) Pro Quadraginta quinque marcis Luneborgenſium denariorum in perpetuum quiete poſſidendam. — — (Gwl. u. Schad.) Quod nos predicti hinricus clericus et Eghehardus famulus fratres de Eſtorpe promiſimus et promittimus cum noſtris compromiſſoribus benigne compromittencium, ſcilicet Eghardo filio domini eghardi militis de eſtorpe. necnon eghardo et ottone filiis Ludolphi de Eſtorpe famulis. et wernero ſeniore de boldenſene. honorabili domino Otrauen Abbati in Luneborch. necnon olrico priori. Totique conuentui ibidem inſolidum fidetenus et in hiis ſcriptis. In omnium predictorum pleniorem euidenciam et firmiorem obſeruanciam ſigilla noſtra communite preſentibus infraudabiliter ſunt appenſa. Datum et actum et contractum. Anno domini. M. CCC. XLIII. In die aſcenſionis domini.

Urk. 450.

Knappe Manegold von Eſtorf entſagt allen ſeinen Anrechten an einen Hof in Melbeck (im K. Embſen A. Lüne), den er von Otto's von Eſtorf Söhnen gekauft, dieſe zurück erworben und an das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg verkauft haben. 8. Juli 1343.

(Nach dem Copialbuch № 5 f. ixxxl. des Kloſters St. Michaelis. — Vergl. Urk. vom 29. September 1340.)

Ik manegolt en knape ghe heten uan Eſtorpe eyn ſone heren Ludolues bekenne unde bethughe in deſſen breuen. Dat ic vorſake alle deme rechte. Dat ic hadde in deme houe to melbeke den ik koſt hadde uan Otten kindere enes knapen gheheten uan Eſtorpe. den ſe wedder uan my koſt hebbet. vnde uort uorkoſt hebbet. Deme ſtichte ſunte michaelis uppe der borch to Luneborg. uan der wegene der breue de ik uppe dat uore nummede god hadde de ik warlikene uorloren hebbe. Were dat ik de Jummer vunde der unde wolde unde ſcold ich vnde mine rechten eruen nummer mer deme uorbenumeden ſtichte to arghe edder to Scaden bewiſen eder brucken. Dit loue ich und hinrike minen brodere, mid uulbort alle miner rechten eruen. heren Otrauen deme Abbete. heren Olrike deme priore vnde deme gantzen Conuente des uorbenomeden ſtichtes. Hir heuet euer gheweſen her Johan gheheten Rybe. Her dideric gheheten uan bidzackere riddere. Geuert hern Segebandes ſone. Werner heren werners ſone. Tideric heren Segebandes ſone. Segeband heren geuerdes ſone knechte gheheten uan dem berghe. Geuerd. unde Gert brodere gheheten uan der Odeme. vnde Johan en knecht gheheten van zarenhuſen, vnde ander uele gude lude. To ener waren bethughinge der uore ſprokenen ding So heng ich. vnde hinrik min broder uſe Ingeſegele to deſſen breuen. Dit is gheſchen na godes bort in deme duſendeſten. unde drehunderdeſten. unde dre. unde vertegeſten Jare. In deme dage ſunte kylianus. unde ſiner ſeltſcop.

Urk. 451.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Johann de Cellario dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg zwei Häuſer mit Zubehör in der Straße Auf dem Meere geſchenkt hat. Lüneburg. 7. October 1343.

(Nach dem Copialbuch № 3 f. cxix des Kloſters St. Michaelis. — Vergl. die Urk. vom December 1304 und 3. Mai 1338.)

Nos conſules ciuitatis Luneborg. Albertus de molendino. Nycolaus hoyke. Nycolaus garlop. Johannes de molendino. Thidericus ſchilſten. hartwicus de ſalina. Borchardus hogeri. Johannes garlop. Conradus ſegehard. Hinricus miles. Leonardus longus. haſſeko. Tenore preſencium proteſtamur. Quod diſcretus uir dominus Johannes de Cellario preſbiter dedit. ac iuſto donationis tytulo donauit. honorabilibus et religioſis uiris. dominis. Abbati. Priori totique conuentui. monaſterii ſancti michaelis. ordinis ſancti Benedicti in caſtro Luneborg. Duas domos ſuas. cum curiis. areis. aliisque appendiciis. et pertinentiis vniuerſis ſitis in platea. que mare wigariter appellatur. Quarum maiorem conradus Gernegrote. et minorem. hebele et wobbe eius filia pro nunc inhabitant. hereditario et proprietario Jure perpetuis temporibus poſſidendos. Quas etiam. idem dominus Johannes ſponte. et libere reſignauit. Ita tamen. quod ipſa hebele et wobbe eius filia. dictam minorem domum. temporibus uite ipſarum optinebunt. et eius uſufructum. Inſuper cupimus preſentibus ſore notum. quod dicte due domus cum ſuis pertinentiis. ſub iure ciuitatenſi noſtro ſunt conſtitute. Ad quod futuris temporibus remanebunt obligate. In quorum omnium euidens teſtimonium. ſigillum noſtre ciuitatis duximus apponendum. Datum Luneborg anno domini. M. CCC. XLIII. nonas octobris. hoc eſt in die Sergii et bachi martyrum beatorum.

Urk. 452.

Abt Otrave, Prior Ulrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg bekennen, daß die beiden Häuſer mit ihren Höfen und Hausſtellen in der Straße Auf dem Meere, welche ihnen der Presbyter Johann von Cellario geſchenkt hat, nach wie vor der Schenkung der Stadt Lüneburg pflichtig verbleiben. 7. October 1343.

(Aus einer Copie auf der Königlichen Bibliothek zu Hannover: „ex orig.“, in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc.“ S. 151. — Vergl. Urk. 451.)

---

[1]) „— — ſunt conſtitute ſub tallea ſenſu et iure Civitatis Luneborgenſis“.

Urk. 453.

Ritter Gerlef und ſeine Söhne Heinrich und Friedrich, Ritter Boldewin und ſeine Söhne Gerlef und Boldewin, Knappe Johann und ſein Sohn Friedrich alle von Lobke verkaufen dem Eggehard von Eſtorf zu Gellerſen und deſſen Sohne Eggehard einen Hof in Salzhauſen (Kirchd. im A. Winſen a. d. A.) auf Wiederkauf innerhalb eines Jahrs. 28. October 1343.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 4. November 1352.)

Wy Her Gherlef van dem Lobeke riddere. Hinric vnde frederic mine ſone, Her Boldewen riddere, Gherlef vnde Boldewen mine ſone. Johan knecht. vnde frederic ſin ſone, ghe heten menlicken van dem lobeke. — — (Conſ.) hebben vor koſt, eggherde van eſtorpe de wonet to Gheldersen vnde ſinen ſone eggherde vnde eren rechten eruen vſen hof to ſolſenshuſen, dar nv vppe ſittet twene man. Clawes knakerugghe vnde Dideric de krogere, vor ver vnde Tvintich mark Luneborger penninghe mit . alleme rechte vnde mit aller nvt alſe wj ene van den elderen hebben hat vnde beſeten. — — (Wk.) De lenware ſcole wj gun holden to gode bit dat ſe de van vs eſchen. Dit love wj en truwen mit ener ſamden hant gun ghanſelken to holdende. Des to ener wiſſen be tughinghe hebbe wj vſe jegheſeghele henghet to deſſem breue. Dit is ſcen na goddes bord. Drittevn hundert Jar, in dem. dre vnde vertigheſtem Jare to ſunte Symonis vnde Juden daghe. —

Acht Siegel abgefallen.

Urk. 454.

Abt Otrave zu St. Michaelis in der Veſte Lüneburg überläßt dem Convente behufs der Präbende der

Mönche die der Abtei gehörende Hälfte des unter der Burg gelegenen Kohlgartens Garthof, deſſen andere Hälfte ſchon zur Präbende gehört. 11. November 1343.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos. Dej gratia Otrauen abbas Monaſterij ſancti michahelis in Caſtro luneborch recognoſcimus et ad omnium noticiam volumus peruenire, quod curiam caulium ſitam ſub caſtro que wlgariter nominatur der heren garthof, que ab antiqua Ita fuit diſtincta quod dimidietas ad abbatem et dimidietas ad prebendam pertinebat dominorum, Integram videlicet dimidietatem ad abbatem ſpectantem cum omnj, Jure conuentui ad vſum prebende dimittimus nobis noſtrisque poſteris nichil Juris de cetero in ea penitus reſeruantes, Recipientes nichilominus pro eadem quadraginta et ſex marcas denariorum de prouentibus prebende a conuentu, quas conuertimus cum conſilio . . prioris et conuentus In redditus perpetuo ad abbatem pertinendos vtiliores ut ſperamus, — — (Schad.) ſigillum noſtrum In euidens teſtimonium premiſſorum vna cum ſigillo conuentus preſenti littere ſuper premiſſis confecte duximus apponendum. Datum anno dominj. Milleſimo. CCCmo. XLtertio. In die beati Martinj epiſcopi et confeſſoris . .

Länglich rundes „† S'. OTRAVENS . DEI . GRACIA . ABBATIS . IN LVNEBORCH", der Abt ſitzend ꝛc. Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. ö.

Urk. 455.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Otrave zu St. Michaelis in der Burg Lüneburg eine Kothe Im Grimm (bei Lüneburg), in welcher früher die ſchönen oder öffentlichen Weiber wohnten. Lüneburg, 6. December 1343.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Vniuerſis chriſti fidelibus preſentia viſuris ſeu audituris, . Nos . Otto de zwerin miles . et hinricus eius filius famulus [— — vendidimus ac dimiſimus, honorabili viro Domino Otrauen abbati monaſterij Sancti Michahelis in caſtro luneborch. vnam noſtram caſam ſeu kot cum ſuis pertinencijs ſitam In grimmone In qua pulcre mulieres ſeu publice, antea habitant cum omnj Jure et proprietate perpetujs temporibus poſſidendam, — — (Vfgr., Gwl. u. Schad.) In quorum euidens perpetuum quoque teſtimonium ſigilla noſtra ſcilicet. Ottonis et hinrici ſupraſcriptorum preſentibus ſunt appenſa, . Datum luneborch anno dominj. Milleſimo. CCCmo. xl tertio In die beati Nicolay et epiſcopi et confeſſoris.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 456.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Mönche Anton von Melbeck zu St. Michaelis in Lüneburg ihren vor dem Lindenberger Thore belegenen Kohlhof. 3. Februar 1344.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos. Otto de tzwerin miles, et hinricus eius filius famulus — — (Conſ.) vendidimus ac dimiſimus et preſentibus dimittimus. religioſo viro Domino anthonio de Melbeke profeſſo Monaſterij Sancti Michaelis in caſtro luneborch noſtram curiam olerum ſitam ante valuam que lindenberghere dor communiter appellatur, hereditario Iure, et proprietario perpetujs temporibus libere poſſidendum, — — (Vfgr. u. Schad.) Et nos. otto et hinricus predicti principales. et hunerus de odem miles et waſmodus kint famulus ſideiuſſores, dicto Domino anthonio et ad manus ſuas, hinrico de Melbeke ſcolaſtico in Rameſlo. anthonio Rectorj

eccleſie ſancti Johannis luneborch et Johannj dicti Ribe militi, compromiſimus corporaliter data fide vnica manu et preſentibus compromittimus premiſſa omnia et ſingula firmiter obſeruanda. Datum noſtris ſub sigillis anno dominj Milleſimo. CCC. XL quarto in craſtino feſti puriſicationjs beate Marie virginis glorioſe.

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254 u. ö. Undeutliches rundes Siegel mit einem rechts ſchreitenden gezäumten Pferde, wie unter Urk. 444. Verletztes Herzſiegel des Huner von Oedeme, wie unter Urk. 361. Letztes Siegel abgefallen.

Urk. 457.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich verkaufen dem Abte Otrave zu St. Michaelis in Lüneburg Lindwerm's Haus, Hof und Hausſtelle in der Reppenſtedterſtraße Im Grimm (bei Lüneburg). Lüneburg, 22. Februar 1344.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos. Otto de zwerin Miles et hinricus eius filius — — (Conſ.) vendidimus, honorabili viro Domino Otrauen abbati Monaſterij ſancti Michaelis in caſtro luneborch domum curiam aream noſtras ſitas in grimmone in platea que repenſtedere ſtrate wigariter appellatur, quas lindworm pronunc Inhabitat hereditario et proprietario Jure perpetujs temporibus poſſidendas Quarum domus aree et curie verj warenditores eſſe volumus — —. Que omnia et ſingula firmiter ſeruanda preſentibus ſide data compromittimus In hijs ſcriptis, . In quorum euidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa, . Datum luneborch anno Dominj. Milleſimo. CCC. XL quarto, octavo kalendas Martij . hoc eſt in die cathedre ſanctj petri . .

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254 u. ö. Rundes „† S' HINRICI : DE : SWERIN ° “, ein rechts ſchreitendes gezäumtes Pferd im Schilde, der Hintergrund fein gegittert, wie unter Urk. 444.

Urk. 458.

Biſchof Daniel zu Verden verkündigt den Beſchluß der Generalſynode, daß die Colonen und Meier dem Zehntherrn einen freien Weg zur Abführung des Zehnten offen halten müſſen; daß an Viehzehnten das ſiebente Stück gehoben, auch keine Frucht von einem Stücke auf ein anderes gebracht werden darf, ehe der Zehnten davon entnommen iſt. Jeder Zehntpflichtige ſoll für jegliche Zehntgarbe, um welche er den Zehntherrn verkürzen will, neun Garben, und für jedes Zehntvieh drei Stück entrichten. Der Zehntherr oder Zehntinhaber darf den Zehnten verpachten, oder die Frucht verkaufen, wenn er will, wenn nicht zu ihrem Beſten die Zehntpflichtigen dieſelben behalten wollen. Auch theilt er ſonſtige Synodalbeſtimmungen in Betreff der Zehnten und Kirchengeſchwornen mit. 10. März 1344.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten I 677 in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Frater Daniel Dei et apostolice ſedis Gratia. Verdensis eccleſie epiſcopus omnibus et ſingulis preſens scriptum viſuris seu audituris salutem in Domino sempiternam Notum facimus vniuerſis quod in noſtra generali ſynodo facta per capitulum et per prelatos noſtros eſt finaliter diffinitum, quod coloni et villici morantes in alicuius decima decimatori et cuilibet habenti decimam per communem ſtratam viam liberam apertam et manifeſtam ad decimam ſuam libere deducendam ſeruare tenentur impedimentis omnibus poſtergatis. Item diffinitum est de decima minuta quod decimator poteſt accipere ſeptimum (*pecus*) de vitulis porcis agnis poledris et aliis quibuſcunque Item quod nullus potest congregare fruges ſuas de Vno agro in alium niſi decimator decimam habuerit prius (*niſi*) uel fuerit de conſenſu et voluntate eiusdem. Idem Si decimatori decima ſua ſublata fuerit uel ſurata uel neglecta

per aliquem qui decimam dare tenetur. Iſte ille pro vna garba dabit nouem item pro uno pecore ſeu volatili furtiue obtento tria pecora uel uolatilia erogabit. Item decimator et quilibet habens decimam poteſt eam locare cuicunque voluerit uel fructus decime uendere villicis inuitis niſi ipſi habere ualeant in decimatoris gratia et fauore. Item quod in omnibus curiis per ſepes qui dicuntur adertune circumceptis detur decima preter illam in qua potest hempto annone ſuperiori cumulo depoſito feminare. Item quod de omnibus (*jumentis*) ſingulariter danda est decima vno anno genitis. Item quod quiuis villicus duo plaustra, vnum frugum eſtiualium aliud hyemalium decimatori ſi poſtulauerit per vnum miliare ducere debet in propriis laboribus et expensis quod ſi facere recuſaueriť decimator fruges eiusdem ſine decimatione relinquet. Item quod nullus cuiuscunque conditionis extiterit ſe intromittet de frugibus inducendis antequam decimator decimam suam habuerit et eidem ſecundum ius decime ſatiſfactum habuerit cum effectu niſi fecerit de decimatoris licentia et amicitia speciali. Item quod decimator habens decimam maiorem cum minuta loci alicuius tales villici nullam libertatem decime minute vſurpare poterunt niſi literis et inſtrumentis valeant declarare. Preterea iurati alicuius eccleſie non debent petere niſi cum licencia rectoris ipſius eccleſie Et hec petucio debet fieri poſt offertorium. et hinc de oblatis autem dabunt rectori dimidietatem in quinque temporibus anni videlicet in feſto paſce pentecoſtes Aſſumptionis beate virginis Natiuitatis chriſti et Dedicationis eccleſie. In omnibus aliis temporibus quando rogauerint dabunt rectori eccleſie terciam partem. Item quicunque ad annos diſcretionis peruenerint in dictis quinque feſtivitatibus anni offerre tenentur. Item si iurati cum conſenſu rectoris eccleſie poſuerint carbonam uel truncum ad aliquem locum pertinentem ad ſuam eccleſiam de illis ſumat rector eccleſie tertiam partem. Si in eccleſia fuerit dimidietatem ſumet Si uero preter eius voluntatem poſitum fuerit ſumet totum. Item iurati non debent eligi niſi cum conſenſu et conſilio plebani. Et iidem iurati debent facere computacionem plebano de bonis eccleſie ſemel in anno et non debent diſponere de eiſdem bonis niſi fuerit cum conſenſu et conſilio plebani. Et debent iurare tangendo reliquias ſanctorum quod ei iuſtam computationem fecerint rectore eccleſie exigente. Et ſi iurare noluerint plebanus poteſt eos deponere et alios eligere. Item tres debent eſſe claues ad bona eccleſie duas habebunt iurati, terciam plebanus. Item ſi eccleſie ſic aliquid datum fuerit et rectori eccleſie nichil aſſignatum fuerit tunc rector habebit dimidietatem in hoc dato. Item ſi depactio danda fuerit de uilla uel pro uilla rector eccleſie nichil dabit. Item ſi curia aliqua fuerit deferta de agris cultis illius curie dabitur prebenda plebano. In quorum testimonium etc. Sub anno Domini M CCC xliiij feria quarta poſt oculi ſigillum noſtrum preſentibus est appenſum.

Urk. 459.

Huner von Odeme verkauft dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen Hof in Dierkbüttel (im K. Amelingbauſen A. Winſen a. d. L.). Lüneburg, 12. März 1344.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Vniuerſis chriſti fidelibus preſencia viſuris seu audituris hunerus de Odem — — (Conſ.) vendidimus ac Juſto vendicionjs tytulo dimiſimus, Religioſis viris dominjs . . abbati et . . conuentuj Monaſterij ſancti Michaelis in caſtro luneborch, curiam noſtram thidersbutle cum omnibus et ſingulis ſuis pertinencijs — — (Grſ.) hereditario et proprietario Jure perpetujs temporibus poſſidendam, — — (Gw.) Et nos . Geuehardus et Gerardus filij quondam dominj Gerardi de odem militis, et Johannes filius quondam dominj Geuehardj de odem militis, famuli dicti de odem pro dicto domino hunero de odem et ſujs heredibus veris et

vnita manu cum ipſis fide data compromittimus premiſſa omnia et ſingula Imperpetuum firmiter obſeruanda, . . In quorum euidenciam et perpetuam memoriam ſigilla noſtra . ſcilicet hunerj de odem militis, Geuehardj . Gerardj et Johannis . famulorum de odem . predictorum preſentibus ſunt appenſa, . Datum luneborch anno dominj. M. CCC. XL quarto. Ipſo die beati Gregorij pape . . .

Herzſiegel Huner's von Odeme, wie unter Urk. 361. Herzſiegel „† S GHEVEHARDI DE ODEME", quer getheilt, das obere Feld leer, die untere Hälfte mit 3 Roſen; rundes Siegel, wie die Abbildung unter Urk. 345. Herzſiegel „† S' JOHANNIS * DE * ODEME", quer getheilt, die obere Hälfte gegittert, die untere mit 3 Roſen.

Urk. 460.

Propſt Ludolf, Priorinn Eliſabeth und der Convent zu Medingen thun kund, daß Pfarrer Arnold zu Wichmannsburg mit ihrer Genehmigung dem Mönche Johann Bertoldi zu St. Michaelis in Lüneburg für dies Kloſter $3\frac{1}{2}$ Morgen zu Reinſtorf (Kirchd. im A. Lüne) verkauft hat. 12. März 1344.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos. Ludolfus prepoſitus. Elizabeth prioriſſa. Totusque conuentus ſanctimonialium in Medinghe tenore preſencium recognoſcimus proteſtantes, . . Quod dominus arnoldus Rector eccleſie in wichmannesborch cum noſtro conſenſu voluntate et ratihabicione vendidit Religioſo viro domino Johannj Bartoldj profeſſo Monaſterij ſancti Michaelis in caſtro luneborch ad vtilitatem et vſum eiuſdem monaſterij. tria Jugera cum dimidio, que proprie dicuntur ſtucke, adiacencia agris curie abbatis et conuentus Monaſterij ſancti Michaelis predicti, ſite in villa Reyneſtorpe, pro quatuor marcis luneburgenſium denariorum, hereditario et proprietario Jure perpetuis temporibus poſſidenda. In cuius rej perpetuam memoriam, sigilla noſtra. ſcilicet. ludolfi prepoſiti et conventus monialium in Medinge predictorum vna cum sigillo dicti dominj arnoldj, sub anno dominj. Milleſimo. CCC. xl quarto ipſo die beati Gregorii pape preſentibus eſt appenſum.

Länglich runde Siegel des Abtes, wie unter Urk. 325, und Convents zu Medingen; länglich rundes „† S' ARNOLDI SACERDOTI", mit dem Apoſtel Petrus in einer Niſche.

Urk. 461.

Johann Bintrem und ſeine Söhne überlaſſen dem Kloſter St. Michaelis in der Veſte Lüneburg einen Hof in Barum (im K. St. Dionys) für eine dem Kloſter bisher entrichtete Rente aus Lehngütern zu Echem (Kirchd. im A. Scharnebeck). 18. März 1344.

(Nach dem Copialbuch M. 3 f. Clx des Kloſters St. Michaelis in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Nos Johannes Bintreme. Otto. Johannes. et wernerus. eius filii. — — (Conſ.) dimiſimus. ac iuſto permutationis tytulo permutauimus. et reſignauimus. necnon preſentibus dimittimus. permutamus. et reſignamus. honorabilibus et religioſis uiris dominis. Abbati et Conuentui monaſterii ſancti michaelis in caſtro Luneborg. ordinis ſancti Benedicti. noſtram curiam in uilla Barem ſita in palude. quam in pheodum habuimus ab abbate predicto. cum omni iure — — (Gerſ.) perpetuis temporibus quiete ac pacifice poſſidendam. — — (Bz.) Pro. tringinta et quatuor. ſolidis annui cenſus Luneburgencium denariorum. quos nos de bonis in Echem. que a dicto domino abbate in pheodum habemus. eiſdem dominis abbati et conuentui ſingulis annis exſoluere hactenus tenebamur. — — (Schad.) In quorum cuidens et perpetuum teſtimonium. Sigilla noſtra. ſcilicet Johannis bintreme. et ottonis eius filii ſenioris. preſentibus ſunt appenſa. Sed quia nos Johannes. et Wernerus predicti filii eiuſdem Johannis bintreme

propriis ſigillis caremus. dictam permutationem et reſignationem ratificauimus et approbauimus. coram teſtibus. ac notario infra ſcriptis. Acta ſunt hec in ambitu Monaſterii memorati. Anno domini. M. CCC. xL quarto. Pontificatus ſanctiſſimi in chriſto patris. et domini. domini clementis. pape ſexti. anno II. menſis martij. die XVIII preſentibus religioſis uiris dominis. Olrico de yltene priore. Johanne bertoldi, et Jordano de medinghe. monachis monaſterii memorati. et Johanne bintreme ſupraſcripto.

Urk. 462.

Dechant Ditmar Holle und das Capitel zu Bardowiek bekennen, daß ihr früherer Canonicus Nikolaus Bartoldi teſtamentariſch fünf Beneficien in Bardowiek geſtiftet und dotirt hat. Unter den Teſtamentariern des Teſtators Bruder Johann Bertoldi, Mönch zu St. Michaelis in Lüneburg. Lüneburg, 1. April 1344.

(Nach einer Abſchrift in dem Convolut: „Kloſter Bardowiek" in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Nos Dytmarus Holle, Decanus et Capitulum Ecclefie Bardewicenſis recognoscimus per presentes, quod discretus Vir Dominus Nicolaus Bertoldi quondam noster Concanonicus in nostra et Testamentariorum ſuorum ac testium subscriptorum constitutus preſencia, ad ampliacionem divini cultus, pro ipſius et suorum parentum animarum remedio bona infrascripta, ut sequitur, deputavit. — — Hujus autem Testamentarii sunt. Johannes Bertoldi profeſſus in castro Luneborg, frater dicti Domini Nicolai, Hermannus Nyebur, Prepositus in Ulsen, Albertus de Molendino, Gerbertus Om, Consules in Luneborg. Datum et actum Luneborg sub testimonio Domini Anthonii Plebani Sancti Johannis in Modeſtorpe et Magistri Werneri Militis Canonici Hamburgensis et Consulum civitatis Luneborg, Hermanni Hout, Nycolai Hoyken, Johannis Dicken, Henrici de Molendino et Johannis de Molendino. Anno Domini M. CCC. IIII. Kalendis Aprilis.

Urk. 462a.

Ritter Huner von Odeme überläßt den Erben Gevehard's von Odeme des Jüngern eine Wieſe oder Hagen bei Barum (im K. St. Dionys A. Scharnebeck). 26. April 1344.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

IN dei nomine. amen. Ego hunerus. de odeme miles. — — (Conf.) dimiſi ac in preſenti dimitto. ſuis (sic) veris heredibus gheuehardi de odeme Junioris. bone memorie. pratum quoddam ſitum penes villam barme quod wlgariter eſt appellatum eyn hach. pro parte eorum quam habuerunt in prato quod dicitur hern hunerus. ror et, pro parte agrum illorum pertinencium ad prelibatum pratum. Cum omni Jure ac proprietate perpetuis temporibus libere poſſidendum. — — (Bz. u. Schad.) Super hiis firmiter ſeruandum vna mecum in ſolidum manu coniuncta dataque fide conpromiſerunt Strenui viri gheuehardus et gherardus fratres dicti de odeme famuli. ſuis veris heredibus. predicti gheuehardi. Et ad manus Eghardi de eſtorpe et Johannis de odeme. In cuius rei teſtimonium ſigillum meum vna cum ſigillis meorum compromiſſorum preſentibus eſt appenſum. Datum et actum. Anno domini M. CCC. XLIIII. In die marcellini pape et martiris.

Herzſiegel „† S HVNERI MILITIS . . . . . ME", wie unter Urk. 361; rundes „† S' G . . . . . VAN.DER. ODEM .", wie die Abbildung unter Urk. 345. Herzſiegel „† S' GHEVEHARDI DE . . . . . E", wie unter Urk. 408.

Urk. 463.

Die Knappen Anno von Bodenteich und ſein Sohn Henning verkaufen den Gebrüdern Konrad und

Wolter von Bollenſen den Jüngern einen halben Hof in Holthuſen (im K. Gerdau A. Bodenteich) mit Vogtei. 30. April 1344.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 25. November 1386.)

Wy Anne van bodendike bennigh ſin ſone, knapen, — — (Conſ.) hebben vercoft, redelikeu, vnde rechteliken, vnde tho eynem rechten erue kope, den houeſchen knapen, conrad vnde wolter, den iungeren broderen uan boldenſen, vnde eren rechten eruen, eynen vſen baluen hof, de leght in dem dorpe to holthuſen, dar eyne de luder beted inne wonet, und — — (Grſ.) eweliken vnde iummer to beſittende, — — (Gw. u. Elg.) vnde des to eyner orkunde vnde to eyner uaſter betugenge is deſſe bref ge ſcreuen vnde beſegelet mid vſen yngeſegelen, na goddes bord dritteynbundert iar in dem ver vnde vertigeſten iare, in ſinte walburgen auende der heyligheu iuncvrowen.

Von jedem der beiden Siegel nur ein kleiner Reſt vorhanden.

Urk. 464.

Abt Otrave zu St. Michaelis in Lüneburg belehnt Johann Behem mit vier und achtzig Acker Landes bei Lüneburg, welche Mechtild von Brockwinkel demſelben verkauft und ihm reſignirt hat; in gleicher Weiſe mit den Hälften von zwei Höfen in Brockwinkel (im K. Lüneburg A. Lüne) mit Zubehör und einem Wortzinſe aus Lüneburg; auch bezeugt er, daß Frau Mechtild bekannt hat, genannter Johann Behem und deſſen Bruder Heinrich, Mönch zu St. Michaelis, ſeien von Seiten ihres Vaters die Nächſtberechtigten zu den Lehen, welche ſie vom Kloſter inne hat. 8. September 1344.

(Nach dem Copialbuch AZ 5 fol. XXV des Kloſters St. Michaelis.)

NOs dei gratia Othrauen abbas Monaſterii ſancti Michaelis in Luneborg verdenſis dioceſis ordinis ſancti Benedicti Recognoſcimus lucide per preſentes, quod prouida domina Mechtildis de Brekwinkel dicte dioceſis in noſtra preſentia conſtituta, ſponte ac libere recognouit, quod ipſa — — (Conſ.) vendiderit prouido viro Johanni dicto Behem et ſuis veris heredibus Octoginta et quatuor agrorum fruſta ſita prope Luneborg pro Triginta et quinque marcis Luneborgenſium denariorum ſibi prompte ſolutorum hereditario Jure perpetuis temporibus poſſidendum, Et mox ipſa domina Mechtildis dictos agros in manus noſtras ſponte ac libere reſignauit, Qua reſignacione per nos recepta, eoſdem agros dicto Johanni ibidem preſenti et ſuis veris heredibus Jure pheodali conceſſimus poſſidendum Item predicta domina duas medietates de duabus Curiis ſitis in villa Brekwinkel cum edificiis agris aliisque ſuis pertinenciis quarum curiarum alie due medietates dethardo de pertze olim pertinebant, necnon cenſum ſolidorum ſex Luneborgenſium denariorum qui wortpenninge wlgariter vocantur in opido Luneborg Johanni predicto pheodale Jure ad fidelem manum concedendum, nobis ſponte ac libere reſignauit. qua reſignacione facta, eaſdem duas medietates duarum curiarum cum ſuis pertinenciis necnon cenſus ſex ſolidorum predictos Johanni preſcripto conceſſimus vt premittitur poſſidendum, preterea domina Mechtildis prefata proteſtabatur expreſſe, quod ex parte ſui patris, dictus Johannes Behem et dominus hinricus Behem Monachus dicti noſtri Monaſterii fratres, eſſent eius proximi heredes, et ad omnia et ſimilia bona que ipſa preſens a nobis et noſtro Monaſterio in pheudum habuit Ipſi duo haberent melius Jus quam aliquis ſeu aliqui aliorum. In quorum maiorem euidentiam Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini M CCC quadrageſimo quarto Ipſo die natiuitatis beate Marie virginis glorioſe.

Urk. 464a.

Jordan von Meding, Mönch im Kloſter St. Michaelis, im Hauſe Lüneburg, verkauft dem Rathe zu

Lüneburg einen Theil ſeines Hofs bei der Südbrücke, behält ſich aber eine Pforte durch den anzulegenden Zaun vor. 9. Januar 1345.

(Nach einer Abſchrift in dem Fascikel der Jung'ſchen Collectaneen: „Von Medinge“ in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

It Her Jordan van Medinghe eyn gheiſtlik man des orden ſunte Benedictus vppe deme Huſe tho Luneborch — — (Conſ.) hebbe verkoft vnd laten den beſchedenen Luden, den rathmannen tho Luneborch, eyn Deyl mines Hoves de bi der Suttebrügghen licht, dat dar van deme ſulven Houe afghetünet is, den thun ſcholen de rathman thunen laten vnd waren. In deſſeme thune hebbe ik ene Porten beholden, de dor den thun gheyt, der ſchal ik bruken dewile de ik leve. Were dat over dat ik den voreſprockenen Hof verkofte gichte vorghevе, ſo ſcholen de voreſprokenen Rathmann de Porten mit deme thune ſic maken ſo ſe nutteſt moghen vnd dun dar mede wat ſe willen, des ſcal ik eyn recht warent weſen alſo ein Stat recht is. Dit heft ghedeghedingbet van miner weghene Her Ulrik van Ilten vſe Prior, vnd Her Heyne van der molen. Vnd Her Haſſeko van der Rathmanne weghen. Tho ener bethughinghe alle deſſer Ding hebbe ik min Inbegſeghel henghet tho deſſene Breue. Dit is ghe ſchen no Godes borth, duſent Jar, Drehundert Jar in deme vif vnd Veertigheſten Jare, des erſten ſundaghes na der Hochtith tho twelſten.

† S'. IVRDANI . DE . MEDIGHE .

Urk. 465.

Abt Ludolf, Prior Friedrich und der Convent zu St. Johannis in Oldenſtadt beurkunden, daß der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg aus den Gütern zu Molzen (Kirchd. im A. Oldenſtadt), welche Johann Hogeri und deſſen Sohn Johann von ihnen zu Lehen getragen und dann der Küſterei ihrer Kirche überlaſſen haben, 8 Schillinge Renten zur Feier des Anniverſars Konrad's von Bardowieck bezieht. 13. Januar 1345.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos ludolfus Dei gratia abbas Monaſterii ſanctj Johannis Baptiſte in vllenſen. fredericus prior, Totusque Conuentus ibidem Recognoſcimus preſentibusque proteſtamur, quod Conuentus Monaſterii ſanctj Michaelis in luneborch habet redditus VIII. ſolidos in villa moldeſſen in bonis nobis a Johanne hogeri. Et Johanne Clerico filio eius aſſignatis et dimiſſis et precipue ac ſpecialiter Cuſtodi eccleſie noſtre, Que bona a dicta eccleſia noſtra in pheudo tenuerunt pheudo nobis reſignato diuidendos perſonis conuentualibus ſecundum conſuetudinem eiuſdem conuentus, in anniuerſario Conradi de bardewich, Qui dies anniuerſarius in V. feria ante Elyzabeth vidue In vigiliis miſſarum ſollempniis peragetur, Quos VIII. ſolidos dominus cuſtos, qui pro tempore fuerit dicto Conuentui de prefatis bonis annis ſingulis in feſto ſancti martini preſentabit In cuius rei euidentiam Sigillum noſtrum cum Sigillo conuentus noſtri preſentibus eſt appenſum, Datum anno domini M̄ CCC̄ xLv̄ In Octaua Ephiphanie.

Länglich rundes Siegel „LUDOLFI . ABBATIS . IN ULLESSEN“, in der Rechten den Stab, in der Linken vor der Bruſt eine Schüſſel mit dem Haupte Johannis des Täufers haltend. Verletztes rundes Siegel des Convents zu Oldenſtadt, mit dem Bruſtbilde Johannis des Täufers, in der Linken das Lamm mit der Fahne, in der Rechten einen Streif haltend mit den Worten: „ECCE AGN.“

Urk. 466.

Huner von Oedeme, Sohn des Ritters Hildemar, beſtätigt, mit Zuſtimmung ſeiner Mutter Beate und ſeiner Vormünder, den Contract, vermittelſt deſſen Adelheid, Wittwe Johann's Biſpingen, das von

ihm gekaufte Haus und Hof mit 2 Kothen in Odeme (im K. Lüneburg Kl.-A. St. Michaelis) an Johann Dicke verkauft hat. 24. Februar 1345.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 12. März 1345, 26. Februar 1415 und 21. December 1417.)

Nos Hunerus filius Hildemari Militis de Odeme Pie memorie Preſentibus recognoſcimus et teſtamur. quod cum voluntate noſtre Matris Beate Tutorum ac Curatorum noſtrorum conſilio. Huneri Militis de Odeme Gheuehardi et Gerardi fratrum necnon Johannis famulorum de Odeme conſenſu et ratihabicione et omnium heredum noſtrorum ac quorum intereſt aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum voluntate. Venditionem per Alheydim viduam Relictam quondam Johannis Biſcopinghe et filios eius ſuosque heredes vniuerſos . . Diſcreto viro Johanni dicken ſuisque heredibus de domo Curiaque ſita in villa Odeme ac duabus caſis cum omnibus Juribus et pertinencijs vniuerſis ad coſdem. aut cui ſeu quibus idem Johannes dicke donauerit legauerit vel dimiſerit bona prefata ad quoſcunque vſus tam eccleſiaſticos quam seculares Ratam et gratam habemus et erimus veri warandatores — —. Et Nos Hunerus Miles prefatus. Gheuehardus et Gerardus fratres ac Johannes famuli ſupraſcripti pro Hunero Patruo. noſtro ſupradicto et cum ipſo compromittimus vnita manu data fide corporali et in ſolidum. ſepedictis Johanni. dicken ac alijs cum eo connumeratis omnia et ſingula premiſſa et in literis illorum de Biſcopinghe contenta a nobis datis ipſis et conceſſis ſine ſuggeſtione mali aut doli cuiuſlibet in omnibus et ſingulis articulis suis firmiter ſeruanda fore per nos et tenenda. ad que nos et noſtros heredes obligamus Vt igitur premiſſa omnia permaneant inconuulſa Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno domini Milleſimo Tricenteſimo Quadrageſimo quinto in die Beati Mathie Apoſtoli Glorioſi . .

Herzſiegel „† S' . HVNERI . DE . ODEM .“, quer getheilt, das obere Feld damaſcirt, das untere mit drei Rosen, und Huner's von Odeme, wie unter Urk. 361. Siegel an 3. und 4. Stelle abgefallen. Vom Siegel Johann's, wie unter Urk. 459, ein Reſt.

Urk. 467.

Adelheid. Wittwe Johann's Biſpingen, und ihre Söhne Johann, Heinrich und Bruno verkaufen dem Bürger Johann Dicke zu Lüneburg Haus und Hof in Odeme (im K. Lüneburg Kl.-A. St. Michaelis) und zwei Höfe daſelbſt, auch den großen und kleinen Zehnten über einen Hof nebſt einem Hopfengarten. 12. März 1345.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 24. Februar 1345, 26. Februar 1415 und 21. December 1417.)

Uniuerſis preſentia viſuris seu audituris. Nos alheydis vidua relicta quondam Johannis Biſcopinghe Johannes filius eius. Hinricus et Bruno fratres filij eiuſdem — — (Cenſ.) vendidimus Johanni dicken Ciui in Luneborch et suis heredibus Curiam et domum noſtram sitam in villa Odeme — — (Grſ.) ac decimam maiorem et minutam eiuſdem Curie — — (Grſ.) perpetuis temporibus poſſidendas. — — (Bfgr. u. Gw.) que omnia et ſingula Conſtituti in Refectorio fratrum minorum in Luneborch in preſencia domini Alberti de Molendino. Hermanni hout Borchardi de Luchowe. Nicolai garlop. Hinrici de Molendino necnon Haſſeken Conſulum in Luneborch compromiſimus vnita manu data fide corporali et in ſolidum eidem Johanni dicken suiſque heredibus et in preſentibus coniunctim et diuiſim promittimus firmiter ſeruanda et tenenda. Cupientes has literas et quoſcunque alias ſuper hijs bonis confectas ipſis ſuffragari. Vt igitur omnia et ſingula ſupraſcripta obtineant roboris firmitatem preſentem paginam ſuper hijs confectam sigillis Johannis et Hinrici ſupraſcriptorum germanorum

quorum ſigillis omnes coutimur ad premiſſa fecimus communiri. Datum Anno domini Milleſimo Tricenteſimo Quadrageſimo quinto in die beati Gregorij Pontificis glorioſi „.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 468.

Ritter Otto von Schwerin und ſein Sohn Heinrich beſtätigen den Contract, durch welchen der Rathsherr Johann von Neetze zu Lüneburg vier von ihm gekaufte Höfe in Eyendorf (im K. Salzhauſen), Nindorf (im K. Egeſtorf [1]), Weſtergellerſen (im K. Kirchgellerſen, ſämmtlich A. Winſen a. d. L.) und Gotemin (im K. Barscamp A. Bleckede [2]) dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg verkauft hat. Lüneburg, 23. März 1345.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos, Otto miles et hinricus eius filius famulus, dicti de ſwerin — — (Conſ.) olim vendidimus Diſcreto viro Johannj de Netze conſulj opidj luneborch et ſuis heredibus, quatuor curias noſtras, vnam in ygendorpe quam gerbertus wilde, aliam in Nendorpe quam hermannus, tertiam in weſtergelderſſen quam longus hermannus, et quartam in Gotemin quam quidam flauus nomine Borchardus villjs ſitas pro tunc inhabitabant cum omnibus ſujs pertinencijs perpetuo poſſidendas, — — (Wk.) dictus Johannes de Netze preſcripta bona vendidit religiosis viris Dominjs abbati et conventuj monaſterij ſancti Michaelis in luneborgh ordinis ſancti Benedicti perpetujs temporibus poſſidenda.. Quam vendicionem et emptionem ex certa noſtra ſciencia ritificamus et ratam et gratam habemus preſentibus in hijs ſcriptis, — — (Gw.) In quorum euidens et perpetuum teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus literis ſunt appenſa.. Datum luneborgh anno domini Milleſimo CCC. XL. quinto, feria quarta proxima poſt Domjnicam palmarum . .

Herzſiegel Otto's von Schwerin, wie die Abbildung unter Urk. 254 u. ö. Rundes Siegel Heinrichs des Knappen von Schwerin, wie unter Urk. 444.

---

[1]) Vergl. Urk. vom 2. Februar 1343.

[2]) Vergl. Urk. 429 vom 29. September 1340.

Urk. 469.

Knappe Gerhard von Oedeme verkauft dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg einen Hof in Velgen (im K. Hanſtedt A. Ebſtorf) und verſpricht, die Belehnung innerhalb zweier Jahre zu bewirken. Lüneburg, 23. März 1345.

(Nach dem Copialbuch M 3 fol. xviij des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ego gerhardus de Odem famulus — — (Conſ.) uendidimus . ac preſentibus iuſto uenditionis tytulo uendimus et dimittimus . Religioſis uiris . dominis Abbati . et conuentui monaſterii ſancti mychaelis in luneborg . verdenſis dyoceſis . ordinis ſancti benedicti . unam curiam noſtram in velinghe ſitam . quam quidam dictus Johan uelingheſſone pro nunc inhabitat. — — (Grſ.) Pro . XLVI . marcis Luneborgenſium denariorum nobis prompte ſolutorum . perpetuis temporibus poſſidendam. — — (Gw.) Super quibus nos gerhardus predictus principalis . Hunerus miles . Geuehardus et iohannes famuli . omnes dicti de Odem fideiuſſores corporaliter compromiſimus unita manu fide data . et preſentibus compromittimus . dominis . abbati . et conuentui predictis omnia et ſingula preſcripta firmiter obſeruanda. — — (Elg.) In quorum omnium et ſingulorum euidens et perpetuum teſtimonium ſigilla noſtra ſcilicet Gerhardi tamquam principalis . hunerj . geuehardi . et iohannis . tamquam fideiuſſorum preſentibus literis ſunt appenſa. Datum Luneborg anno domini . M°. CCC°. XLV°. feria quarta proxima poſt dominicam Palmarum.

Urk. 470.

Abt Otrave zu St. Michaelis in Lüneburg belehnt den Ritter Johann Rybe mit Aeckern bei Lüneburg bis zur Wiedererſtattung von 28 Mark, für welche Dethard von Pertze dieſelben dem Johann Rybe verpfändet und dem Abte reſignirt hat. Lüneburg, 16. Mai 1345.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Dej gratia Othrauen abbas monaſterij ſancti Michaelis in luneborgh — — proteſtamur . . Quod dethardus de pertze conſtitutus coram nobis libera voluntate recognouit. se omnes et ſingulos agros et caſas quos et quas habebat in campis luneborgh et circa eandem ciuitatem, Domino Johannj Ryben militi pro. XXVIII. marcis luneborgenſium denariorum obligaſſe. quos agros et casas idem dethardus ad manus noſtras ſponte ac libere reſignauit.. Quo facto eoſdem agros et caſas dicto domino Johanni Ryben nobis humiliter ſupplicanti racione obligacionjs prefate jure pheodali conceſſimus retinendum, Donec dicte. XXVIII. marce ſibi plenarie perſoluantur . . In quorum euidens testimonium preſens publicum Inſtrumentum per Johannen de Quedelingborch notarium publicum ſcribj et publicarj mandauimus et noſtri ſigillj appenſione Juſſimus communirj . . actum luneborgh in domo habitacionjs noſtre anno dominj. Milleſimo. CCC. xl.v. Indictione. XIII. pontificatus sanctiſſimj in chriſto patris ac dominj noſtri Domini Clementis pape. VI. anno. IIII. Menſis Maij die. XVI. hora sexta uel quasi, preſentibus Religioſis et diſcretis viris dominjs. Olrico de ylten priore dicti Monaſterij. Ottone domicello de oldenborgh. helmoldo crogere preſbitero. seghebando pincerna milite. et Boldewino de wenden famulo et pluribus aliis ſidedignis teſtibus premiſſorum . .

Et ego Johannes de quedelingborch clericus halberſtadenſis dyoceſis publicus Imperiali auctoritate notarius recognicionj reſignacionj et conceſſionj alijſque omnibus et ſingulis premiſſis vna cum prenominatis teſtibus preſens interfuj vidi et audiuj et in hanc publicam formam quam propria manu conſcribendo redegi, meoque ſigno ſolito ſignauj. de mandato dicti dominj mej abbatis requiſitus ſpecialiter in teſtimonium premiſſorum . .

Längſich rundes Siegel des Abtes Otrave, wie unter Urk. 454 vom 11. November 1343.

Urk. 470a.

Abt Otrave, Prior Ulrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg, verkaufen dem Bürger Heinrich von Moldeſſen in Lüneburg und ſeiner Gemahlinn Tybbe Länderei am Walde Vininge, auf dem Reye bei Lüne, beim Teltberge, in der Haide, auf dem Markbeke, am Ochtmiſſer Wege, im Kreyenſole, am Walde Lutmunde, am Wege nach Wienebüttel, bei der Herzogs-Cammer und dem Herzogs-Kampe, bei Grimmo, dem Abtsholze und der Curie gegen einen Fruchtzins auf Lebenszeit. Lüneburg. 25. Mai 1345.

(Nach dem Copialbuch M. 4 S. 127 des Kloſters St. Michaelis.)

Otrauen dei gracia Abbas vlricus Prior totusque Conventus Monaſterij ſancti Michaelis In castro Luneborg Ordinis ſancti Benedicti — — (Conſ.) dimiſimus hinrico de Moldeſſen ciui in Luneborg. nec non tybben vxori ſue temporibus quibus vterque vixerit ſex vncias terre minus vno fruſto vncias que vulgariter ſtige dicuntur, de quibus vnciis XX. partes que vulgariter ſtucke dicuntur Situate ſunt prope ſiluam vininge Item due longe pecie ibidem iuxta illas ſituantur Et ſex partes que iacent op dem reye circa Lune ſuper locum teltberge viij bleke et due que extenduntur in merica Eciam due que iacent in medio campi Eciam due que pertingunt op den Markbeke Item iiij que pertingunt ibidem Septem vero prope viam ochmiſſen ſituantur iuxta quas due alie diſcontinuate iacent Inſuper et alie due eciam

diſcontinuate In kreyenſole iij partes parue Et iuxtra illas due alie que de vininge deſcendunt. ſex vero iuxta ſiluam lutmunde protenduntur Et iij aſcendunt uſque ad lutmunde Item vnum paruum block Item ſex iuxta ſiluam eandem in via qua itur in winebutle protenduntur Item ſex que vadunt de via ochmiſſen et pertingunt ad viam winebutle Item in eadem via unum quod ſpecialiter ibidem iacet Item tres que vadunt ad cameram Ducis Et quatuor que vadunt ſuper hec tres. Item novem iuxta campum ducis que extenduntur ad grymmonem Et iuxta curuum campum due Et quatuor parue que pertingunt ad ſiluam abbatis, Et due que retro curiam Sacweuers ſituuntur. Inſuper quinque iuxta ſiluam eandem protenduntur Item in ſilua abbatis quinque blocke ſituuntur Quam dimiſſionem gratam et ratam habuimus et firmam sub hoc modo Idem henricus aut tybbe eius vxor ſingulis annis pro cenſu dabunt quatuor wychimpten ſiliginis pro vnciis ſex antedictis et non plus. Et quis iſtorum inter hinricum et vxorem eius prefatos longius vixerit Poſt obitum illius, fructus iſtius agri ſeu terre pro cenſu prenotato optinebit Et poſtmodum dicte ſex vncie libere ad noſtrum monaſterium et ad officium hoſpitalis prope caſtrum quod ad dictum ſpectat Monaſterium redibunt cum pleno iure vt igitur preſens dimiſſio ſiue confeſſio firma et immutabilis perſeueret noſtris ſigillis in teſtimonium roboramus preſens ſcriptum Datum Luneborg Anno domini M̄ CCC̄ xlv in die beati vrbani.

Urk. 471.

Abt Otrave, Prior Ulrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg vereinigen ſich mit dem Kloſter Heiligenthal und dem Rector der Kirche St. Johannis in Lüneburg dahin, daß letzterer jährlich eine Mark Rente in der Saline Lüneburg zur Feier des Jahresgedächtniſſes des Prieſters Volrad erheben ſoll. Lüneburg, 2. Juni 1345.

(Nach einer Copie auf der Königlichen Bibliothek zu Hannover: „Ex Orig. membran. Hilgendal", in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc." S. 157.)

Nos Othrauen Dei gracia Abbas Olricus Prior Totusque Conuentus Monaſterii Sancti Michahelis in Luneborch, ordinis Sancti Benedicti Verdenſis Dioceſis recognoſcimus per preſentes Quod inter Nos ex una et religioſos Viros . . Prepoſitum et Conuentum in Hilgendale Premonſtratenſis ordinis ac . . Rectorem Eccleſie Sancti Johannis in Luneborch, dicte Dioceſis parte ex altera eſt taliter ordinatum. Quod annis ſingulis jure perpetuo rector Eccleſie Sancti Johannis qui fuerit pro tempore tollet et percipiet redditus unius Marce denariorum Luneburgenſium in vigilia aſſumptionis Sancte Marie in Salina Luneborch in dextra Ghuncpanne in inferiori domo Berdinge. cum ipſa domus intratur, cum qua quidem Marca Anniuerſarius quondam Domini Volradi ſacerdotis ſecundum formam diſtributionis qui in litteris honorabilium Virorum Dominorum . . Conſulum in Luneborch, in quibus tamen alius ſitus hujus Marce alim ſolute exprimitur. plenius continetur. Dominum autem Sartaginis ad ſiniſtram Manum cum domus Ekbertinge intratur. ab hujus Marce ſolutione annua erit liberum. futuris temporibus in perpetuum. Nam predicti . . Prepoſitus et Conuentus in Hilgendale nobis ſatisfecerunt pro premiſſa ordinatione in pecunia numerata. et petimus dari litteras Ciuitatis Luneborch ſuper premiſſis ſi uiſum fuerit expedire. Datum Luneborch noſtris ſub Sigillis Anno Domini milleſimo Trecenteſimo Quadrageſimo quinto. In octaua Corporis Domini noſtri Jheſu Chriſti.

† S. Otravens Dei Gratia Abbatis in Luneborch. † S. Conuentus Sancti Michaelis in Luneborch.

Urk. 472.

Johann von Oedeme überläßt ſeinem Vetter Huner von Oedeme den Anfall des Meierhofs in Arendorf

(im K. Wriedel A. Ebſtorf), welcher nach dem Tode ſeiner Schwägerinn, Eggehard's von Eſtorf Schweſter, ihm zufallen wird. 22. Juni 1345.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 2. Mai 1363.)

Ich iohan von odeme — — (Conſ.) hebbe ghe laten hern hunere eneme Riddere van der odem ghe heten mineme leuen vedderen vnde ſinen rechten eruen alle den an val an dem meyerhoue tho arendorpe, de mi an vallen mach mit alſodanne rechte alſ en min vader beſeten hadde vnde ſcal eme de lenware to gude holden alſo langhe went dat ich ſe eme werue van dem len heren — — (Slg.) alle deſſe dingh loue ich en truwen mit minen medeloueren gheuehardе vnde gherde brederen von der odem ghe heten vaſt vnde ganz tho holdende. Dis iſ ghe ſcen vnder vſen inghezeghelen na godes bort dryteynhundert iar in deme vif vnde virteghеſten iare in deme daghe . . . teyn duſent Ridder.

Herzſiegel „† S. IOHANNIS DE ODEM“, quer getheilt, das obere Feld gegittert, das untere mit drei Roſen; Herzſiegel Gebhard's von Odeme, wie unter Urk. 459, verwiſcht; rundes „† S' GHERT . VAN . DER . ODEM“, wie die Abbildung unter Urk. 345.

Urk. 473.

Ritter Werner Grote und ſein Sohn Otto überlaſſen an Adelheid, Otto's Mutter, den halben Zehnten zu Toſtedt (Kirchd. im A. Harburg) zum Leibgedinge. 24. Juni 1345.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Scheidt vom hohen und niederen Adel S. 551. — Vergl. die Urk. vom 15. Juli 1337 und 31. Juli 1370.)

Nos wernerus grote miles. Otto eius filius famulus preſentibus recognoſcimus et teſtamur. quod dimiſimus Alheydi vxori werneri predicti noſtram dimidiam decimam in villa Toſtede. cum omnibus suis iuribus et prouentibus quo ad tempora sue vite tollendam. Acta ſunt hec. preſentibus. hermanno de medinghe milite. Seghebando de wittorpe famulo Ad preſentia vocati. Datum ſub noſtris sigillis Anno domini. M. CCC. XLV. in die sancti Johannis baptiſte preconis.

Zwei Herzſiegel in grünem Wachſe: „† S' WERNERO * MILITIS * GROTHEN“, wie unter Urk. 328 an 2. Stelle, und „† S * OTTONIS * DICTI * GROTE“, im erſteren das gezäumte Pferd rechts, im letzteren links ſchreitend; beide Siegel in grünem Wachſe.

Urk. 474.

Abt Otrave zu St. Michaelis in Lüneburg belehnt Albert, Nikolaus und Heinrich von der Möhlen, Johann's Söhne, mit der durch den Tod Albert des Aeltern von der Möhlen ihm heimgefallenen Mühle zu Lüneburg auf deren Lebenszeit für einen Fruchtzins. Lüneburg, 22. September 1345.

(Nach einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten II 237 in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Dei Gratia Othrauen Abbas monaſterii Sancti Michaelis in Luneborch — — (Egf.) recognoſcimus lucide proteſtantes. Quod licet molendinum ſeu molendina noſtra ſita in oppido luneborch ad nos et eccleſiam noſtram Alberto de molendino ſeniore uniuerſe carnis viam ingreſſo eſſent totaliter et integraliter deuoluta Nos tamen ob ſpecialis amicitie fauorem quem ad ipſum propter multiplicia ſeruicia nobis et Eccleſie noſtre frequenter exhibita habuimus hactenus et habemus. Necnon maxime intuitu ſeruicii fidelitatis ac amicicie quod et quam per eundem atque Albertum Nicolaum et Hinricum fratres filios quondam Johannis de Molendino pie memorie speramus nos et eccleſiam noſtram habituros dicta molendina noſtra Alberto nicolao et henrico fratribus predictis conceſſimus ac preſentibus concedimus Jure pheodali ad vite ipſorum tempora poſſidenda quamdiu nobis et ſucceſſoribus noſtris cenſum dictorum molendinorum ſoluere valent debite et perſoluunt. — — In quorum euidens teſti-

monium preſens inſtrumentum publicum per notarium infraſcriptum ſcribi et publicari mandauimus ac ſigilli noſtri appenſione iuſſimus communiri. Actum luneborg in Eccleſia fratrum minorum Anno Domini Milleſimo triceteſimo quadrageſimo quinto in die Sancti Mauritii et ſociorum eius martyrum beatorum preſentibus religioſis ac diſcretis viris Dominis Johanne Bertoldi Antonio de Melbeke Hinrico de Molendino Monachis et Olrico de Ilten priore Monaſterii memorati Necnon Hermanno Huth Hinrico de molendino Johanne dicto dicke et hinrico Militis conſulibus opidi luneborch ſupraſcripti et aliis pluribus ſide dignis teſtibus ad premiſſa ſpecialiter conuocatis.

Et ego Johannes de quedelingburg Clericus halberſtadensis Dioceſis publicus Imperiali auctoritate notarius premiſſis — — in testimonium premiſſorum.

Urk. 475.

Abt Otrave zu St. Michaelis in der Burg Lüneburg belehnt Bertram Puſteke mit einem Hofe und $1\frac{1}{2}$ Kothen in Barscamp (Kirchd. im A. Bleckede), welche Boldewin von Wenden demſelben auf Wiederkauf verkauft hat. Lüneburg, 4. October 1345.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Dej gratia. nos Othrauen abbas monaſterij sancti Michaelis in caſtro luneborch tenore preſencium recognoſcimus lucide proteſtantes, eſſe in noſtra preſencia placitatum . . Quod Boldewinus de wenden filius dominj Boldewinj de wenden militis, vnam curiam et vnam integram caſam et vnam dimidiam caſam ſuas ſitas in villa Berſcampe cum omnibus et ſingulis ſujs pertinencijs que a nobis habuit in pheudum vendidit et dimiſit Bertrammo dicto puſteke et ſujs veris heredibus pro. XXIIII. marcis luneburgenſium denariorum Jure pheodalj perpetuo poſſidendum. — — (Vfgr. u. Wk.) Teſtes huius rej ſunt religioſi et diſcreti virj dominj anthonius de Melbeke et fredericus puſteke profeſſi monaſterij memorati et Johannes de Quedelingborch notarius publicus ad premissa ſpecialiter conuocati . . In quorum euidens teſtimonium ſigilla noſtra. ſcilicet Othrauen abbatis et Bertrammj puſteke predictorum preſentibus ſunt appenſa . . actum et datum luneborch anno dominj M. CCC. xl. quinto feria proxima poſt feſtum ſancti Michaelis archangelj glorioſj . .

Rundes „† SECRETVM OTRAVEN ABBATIS . IN LVNEBORGH“, mit dem Bruſtbilde des Abtes, die Rechte erhoben, in der Linken den Stab; Herzſiegel „† S' BERTRAM * PVSTEKE“, mit einem Feuerhaken.

Urk. 476.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß die Proviſoren der Structur von St. Cyriaci daſelbſt an die Teſtamentsvollſtrecker des Scholaſters Diedrich zu Lüneburg eine Geldrente aus derſelben verkauft haben, welche zur Memorie Diedrich's an die Beneficiaten jener Kirche vertheilt werden ſoll. 25. April 1346.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Consules Ciuitatis Luneborch. Albertus de Molendino. Nicolaus Hoyke. Nicolaus Garlop. Borchardus de Luchowe. Johannes Mellebeke. Hinricus de Molendino. Ludolfus hartwici. Jacobus de Ponte. Leonardus Longus. Johannes de Netze. Johannes Beue. Gerbertus Om. Tenore preſencium Lucide proteſtamur. quod Johannes Mellebeke ſuperius expreſſus et Johannes Garlop prouiſores ſtructure eccleſie ſancti Cyriaci in antiqua Ciuitate Luneborch. vendiderunt perpetuo Cenſum vnius marce annuum de bonis dicte ſtructure. executoribus teſtamenti quondam Magiſtri Thiderici Rectoris ſcolarum in Luneborch qui per eoſdem executores pro ſaluto Anime ipſius ad perpetuam memoriam eſt deputatus. — — (Diſtribution)

In quorum euidens teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini Milleſimo Triceteſimo Quadrageſimo ſexto in die beati Marci Ewangeliſte.

Großes rundes Siegel der Stadt Lüneburg, wie die Abbildung unter Urk. 423.

Urk. 477.

Abt Otrave, Prior Ulrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg bewilligen, daß ihr Mitconventual Johann Bertoldi eine Kapelle und in derſelben einen Altar St. Matthäi, Cosmä und Damiani im Innern ihres Kloſterhofs errichtet, unter Zuſtimmung ſeines Bruders Nikolaus mit einem Hofe und dem großen und kleinen Zehnten zu Ehrhorn (im K. Viſpingen A. Winſen a. d. L.[1]) dotirt und beſtimmt hat, daß der Abt dieſelben einem Mitconventual übertragen ſoll; auch zwei ewige Lichte mit einem Hofe in Barskamp (Kirchd. im A. Bleckede) und einem Hofe in Quarrendorf (im K. Hanſtedt A. Winſen a. d. L.) geſtiftet hat. Lüneburg, 24. Juli 1346.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos. Dej gracia Othraven abbas. Olricus prior. Totusque conventus monaſterij ſancti Michaelis in luneborgh ordinjs ſancti Benedicti recognoſcimus preſentibus et teſtamur, . quod dominus Johannes bertoldj noſter conventualis de et cum noſtro conſenſu et voluntate, quandam capellam et altare in eadem In honorem beatorum Mathej apoſtolj et ewangeliſte. ac coſme et damianj In concigno monaſterij ac cymiterij noſtrj ad auſtrum erexit, et conſecrarj procurauit, aſſignans eiſdem capelle et altarj de et cum conſenſu Dominj Nicolaj bertoldj fratris ſuj pro Inſtauracionjs dote vnam curiam que ſoluit annuatim vnum quadrantem id eſt verder mellis necnon maiorem et minutam decimam In villa Erhorne ac campis eius cum omnj Jure et proprietate prout ad ipſos dinoſcitur pertinere. — — Inſuper Inſtituit duas lampades Indeſinenter ardere debentes, vnam In Medio chorj monaſterij noſtri, ad quam, curiam in berſcampe Integraliter prout eandem poſſidet et poſſedit Integraliter aſſignauit, et aliam lampadem In introitu dicte capelle et ad illam, curiam in villa querendorpe deputauit Jugiter pertinendas, . — — preſentes literas eiſdem domino Johannj ac fratrj ſuo domino Nicolao predictis, sub appenſione ſigillorum noſtrorum duximus conferendas, . Datum luneborgh anno dominj. M. CCC. XL sexto In vigilia beatj Jacobj Apoſtolj glorioſj.

Länglich rundes Siegel des Abts Otrave, wie unter Urk. 454 vom 11. November 1343. Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. ö. Von einem zweiten, gleichlautenden Original iſt das Siegel des Convents abgefallen.

---

[1]) Vergl. Urk. vom 18. Juni 1334.

Urk. 478.

Knappe Johann Behem verkauft dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg einen vogteifreien Hof in Bavendorf (im K. Thomasburg A. Lüne). 28. December 1346.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 10. Auguſt 1340.)

Ego Johannes dictus Behem famulus — — (Conſ.) vendidimus ac dimiſimus, necnon preſentibus literis Juſto vendicionjs tytulo vendimus ac dimittimus, Religioſis viris Dominjs .. abbati, et . . priorj, necnon conuentuj monaſterij ſancti Michaelis in luneborgh ordinjs ſancti Benedicti, vnam curiam noſtram in Babendorpe ſoluentem quolibet anno tres quadrantes ſiliginis et vnam marcam luneburgenſium denariorum quam Johannes de Edendorpe pronunc inhabitat ab omnj aduocacia liberam, cum domo alijsque edificijs. ſepibus. areis. agris.

pratis. — — (Grſ.) pro quadraginta marcis luneburgenſium denariorum nobis prompte ſolutorum, proprietario et hereditario Jure perpetujs temporibus pacifice poſſidendam, seu faciendum et dimittendum cum ea quidquid ipſorum fuerit voluntatis, . — — (Gw.) Et nos . ludolphus et Thidericus de reddinghe fratres. necnon Thidericus dictus Eyghel et ludolphus eius filius famulj, ac Manegoldus miles et wernerus famulus dicti de monte, pro dicto Johanne behem et vna cum ipſo fide data. vnita manu et in ſolidum corporaliter compromiſimus et preſentibus literis compromittimus, Dominjs . . abbati et . . priorj necnon conuentuj ſupraſcriptis, et ad manus ipſorum, Gheuehardo de monte ſeniorj et Johannj dicto ſchacken famulis, premiſſa omnia et ſingula perpetuo firmiter obſeruanda, . . In quorum cuidens et perpetuum teſtimonium ſigilla noſtra. ſcilicet. Johannis behem. ludolphi et thiderici. de reddinghe. Thiderici et ludolphi Eygel. Manegoldj et wernerj, de monte predictorum, preſentibus literis ſunt appenſa, . . Datum anno dominj. M. CCC. xl sexto. quinto kalendas Januarij, hoc eſt ipſo die Innocentium, . .

Rundes Siegel JOHANNIS . B...., ähnlich dem Siegel unter Urk. 270. Siegel abgefallen.



Verletztes Herzſiegel mit den Buchſtaben DICTI.

Abgefallen.

Verletztes Herzſiegel des Werner vom Berge, wie unter Urk. 439.

Urk. 479.

Abt Otrave, Prior Ulrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg beſtätigen die Beſtimmung des Schatzmeiſters Heinrich Greving zu Bardowiek und Otto's von Melbeck, nach welcher das Collationsrecht über ein von denſelben in der Kirche St. Cyriaci zu Lüneburg geſtiftetes Beneficium nach dem Tode der zeitweilig Berechtigten dem Prior ihres Kloſters verbleiben ſoll. Lüneburg, 18. November 1347.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 13. April 1342.)

Otrauen dej gratia Abbas. Olricus prior Totuſque Conuentus monaſterij sancti michaelis in luneborch ordinis ſancti Benedicti omnibus preſens ſcriptum viſuris vel audituris salutem in domino. Cum dominus hinricus Greuingh Thesaurarius Eccleſie Bardewicenſis necnon otto de melbeke pie memorie miniſtrauerint quoddam beneficium in Eccleſia sancti Cyriaci in luneborch et aſſignauerint ad hoc certos redditus in priuilegio confirmacionis apud nos repoſito expreſſos in quo continetur quod poſt mortem certarum perſonarum Jus collacionis ad priorem noſtri monaſterjj perpetuis temporibus debeat pertinere Nos gratis fauoribus ipſorum fundatorum occurrentes, eorum beneplacitum ſecundum confirmacionis literas licentiando in omnibus approbamus. In cuius rei teſtimonium sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum luneborch Anno domini M. CCC. XL. ſeptimo in octaua sancti martini Epiſcopi.

Verletztes Siegel des Abtes Otrave, wie unter Urk. 454 vom 11. November 1343. Verletztes Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. ö.

Urk. 480.

Die Gebrüder Friedrich und Johann von Lobke verkaufen dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg einen Hof in Eyendorf (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.) mit Vogtei. 18. November 1347.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedr. bei Bilderbeck Deduction Beil. № 40. — Vergl. Urk. vom 22. December 1347.)

Nos fredericus et johannes fratres. famuli. dicti de lobeke. — — (Conſ.) vendidimus et dimiſimus ac preſentibus vendimus et dimittimus. honorabilibus et diſcretis viris. Dominis .. Abbati . . Priori. Totiqve conuentui monaſterij. ſancti Michaelis in Caſtro luneborch. vnam Curiam in villa ygendorpe ſitam. quam pronunc Meyneke honhof inhabitat — — (Grſ.) Pro. XXIII. marcis luneburgenſium denariorum. nobis integraliter perſolutis. jure hereditario in perpetuum poſſidendam. — — (Vſgr. u. Gw.) Predicte autem curie pheodum et proprietatem ſi eis a domino pheodi videlicet nobili viro Comite de tzwerin infra annum immediate ſequentem procurare expedite poterimus, quinqve marcas monete predicte nobis ſuperaddent. — — (Schad.) Et nos boldewinus dictus de lobeke. hermannus dictus de medinghe milites. Hinricus dictus de tzwerin. fredericus dictus de lobeke filius gherlaci militis. famuli. Cum predictis ſcilicet frederico et Johanne fratribus et pro ipſis communicata manu ſine ſuggeſtione mali doli cuiuſlibet promiſimus et compromittimus in hijs ſcriptis. predictis dominis . . Abbati . . Priori . . et Conventui. predicta omnia et ſingula firmiter obſeruari. — — (Schad.) Vt autem hec omnia et ſingula predicta. magis lucida et inconuulſa permaneant. ſigilla noſtra vna cum ſigillis predictorum ſcilicet frederici et johannis preſentibus duximus apponenda. Datum Anno domini. M. CCC. XLVII. In octaua ſancti Martini Epiſcopi et confeſſoris , . .

Herzſiegel „† S' FREDERICI . DE . LOBEKE", mit einem rechts ſchreitenden Hirſche; rundes „† S. JO.HANNIS . DE . LO.BE.KE", wie unter Urk. 425; Herzſiegel S' BOLDEWINI . DE LOBEKE . . . .", mit einem links ſchreitenden Hirſche; rundes Siegel Hermann's, wie unter Urk. 422; rundes Siegel Heinrich's von Schwerin, wie unter Urk. 444, und Herzſiegel wie daſelbſt an erſter Stelle.

Urk. 481.

Knappe Johann von Odeme verkauft dem Mönche Anton von Melbeck zu Lüneburg einen halben Hof in Örrel (im K. Munſter A. Ebſtorf) mit Vogtei. 19. November 1347.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbeck Deduction Beil. № 49.)

Ego Johannes dictus de Odeme famulus — — (Conſ.) vendidi ac dimiſi et preſentibus vendo ac dimitto. Domino Antonio dicto de melbeke in caſtro luneborch profeſſo dimidiam Curiam in qua johannes kroghe morabatur et pronunc deſolata eſt. ſitam in villa Orle cum cenſu. ſeruicio. et aduocacia et cum omnibus ſuis attinencijs in villa et extra villam. — — (Grſ. u. Vz.) Pro ſedecim marcis luneburgenſium denariorum — — (Vſgr.) Pro hijs omnibus firmiter obſeruandis. Nos hunerus miles. Gheuehardus et gherardus fratres filij gherhardi militis bone memorie et hunerus filius hildemari militis pie recordacionis. famuli. omnes dicti de Odeme cum predicto johanne et pro ipſo promiſimus communicata manu et compromittimus in hijs ſcriptis. huic domino Antonio, et ad manus ſuas. johanni dicto ryben militi. johanni et frederico fratribus dictis de tzarenhuſen famulis. jta ſi aliquod impedimentum ſiue inbrigacio ſibi vel predictis euenerit ſtatim dum requiſiti fuerimus in omni amicicia diſbrigabimus vel in iure. Pheodum vero predicte curie ad bonum tamdiu cum ſepedicto johanne reſeruabimus quouſque ſibi a nobis poſtulauerit reſignare. In quorum omnium euidens teſtimonium et noſtre compromiſſionis ſignum ſigilla noſtra pariter cum ſigillo predicti

johannis dicti de odeme duximus huic littere apponenda. Datum Anno domini M. CCC. XL Septimo. In die beate Elyzabeth vidue . .

Herzſiegel des Johann von Odeme, wie unter Urk. 472. Herzſiegel des Huner, wie unter Urk. 361. Herzſiegel „† S GHEVEHARDI DE ODEME“, wie unter Urk. 460; rundes Siegel des Gerhard, wie die Abbildung unter Urk. 345; Herzſiegel „† S'. HVNERI . DE . ODEME“, wie unter Urk. 466 an erſter Stelle.

Urk. 482.

Adelheid, Wittwe Johann's von Biſpingen, verkauft mit Zuſtimmung ihrer Söhne Johann, Heinrich und Bruno dem Rathsherrn Johann Dicke zu Lüneburg den großen und ſchmalen Zehnten von dem „Middelhofe“ in Odeme (im K. Lüneburg Kl.-A. St. Michaelis). 21. December 1347.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 14. November 1339.)

Ich Alheyd wedewe Johannes von Biſchopinghe huſvrouue weſen hadde. — — (Conſ.) Hebbe vorkoft. Johanne dicken ratmanne to Luneborch. vnde ſinen rechten eruen. den Tegheden grot vnde ſmal van enem Hove deſe heyt de Middelhof in deme Dorpe to der Odeme dar Crul inwonet hadde — — (Grſ. u. Vfgr.) to ener betuginghe hebbe wi vſe ingehſegele to deſſen breue ghehenget. Na goddes bort Drutteinhundert Jar in dem ſouen vnde vertigeſten Jare in ſunte Thomas Daghe des hilgen Apoſteles.



Herzſiegel „† S' HINRICI . BISCOPING“, ebenfalls mit einer Lilie. Drittes Siegel abgefallen.

Urk. (483) 484.

Graf Nikolaus von Schwerin ſchenkt dem Knappen Friedrich von Lobke, Johann's Sohne, das Obereigenthum über einen Hof in Eyendorf (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.). Boizenburg, 22. December 1347.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 18. November 1347.)

Nos Nicolaus dei gratia Comes zwerinenſis publice Recognoſcimus in hijs ſcriptis, quod Nos, Honeſto famulo frederico de lobeke filio Johannis de lobeke famuli, dictique frederici heredibus veris donauimus et donamus per preſentes omnem proprietatem ſuper curiam in ygendorpe, Ita videlicet, quod dictus fredericus de lobeke et eius heredes dictam curiam cum omnibus suis attinencijs et vſufructibus vendere, permutare, erogare, licite poterint, et tranſferre in quamcumque perſonam maluerint tam ſpiritualem quam ſecularem, In huius donacionis teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt impenſum, Datum boyceneborg, Anno domini, Milleſimo, CCC, XI. ſeptimo, In craſtino Thome apoſtoli glorioſi.

Rundes „† S' NICOLAI COM . . . . . WERIN“, das Innere des Siegels undeutlich.

Urk. 485.

Abt Otrave, Prior Ulrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verordnen, daß jeder der Schulzucht zu entlaſſende Kloſterjüngling noch drei Jahre nach ſeiner Entlaſſung dem

zeitigen Prior beigegeben werde, welcher für ihn Nahrung und Kleidung aus ſeinen Kloſtereinkünften beſchafft [1]), Rechnung darüber ablegt und den etwaigen Ueberſchuß zum Beſten des Kloſters abliefert, ein Verhältniß, welches fortbeſteht, ſo lange es nöthig erſcheint; daß ferner nur die in den geiſtlichen Stand getretenen Conventualen zu Capitular-Tractaten berufen und zugelaſſen werden, nur ihre Prieſter die Vorbate aus der Saline beziehen, und nur diejenigen Kloſtermitglieder Prieſter werden ſollen, welchen der Abt mit Zuſtimmung der Senioren Erlaubniß dazu ertheilt. Lüneburg, 1. April 1348.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Gebhardi de re litterar. p. 57.)

Vniverſis ſancte matris eccleſie filijs tam preſentibus quam futuris has literas Inſpecturis, Dei gratia Othrauen abbas. Olricus prior. Totusque conuentus monaſterij ſancti Michaelis in luneborch ordinjs ſancti Benedicti verdenſis Dyoceſis ſalutem in eo qui eſt omnium in ſe credencium vera ſalus, . . Cum prona ſint preſentis temporis ſtudia a primeua etate in malum, plus noſtris temporibus iuuenum malicias et ſcandalorum ſpinas, tam in locis religioſis quam alijs ſuccreſcere conſpicimus, quarum frutices antequam puncturam generent ſunt radicitus exſtirpande, atque malorum Incurſibus eſt a ſapientibus subtiliter obuiandum, . Hinc eſt cum ex eo quod noſtrj clauſtrales puerj emancipati, ſtatim emancipacione facta In percepcione prouentuum seu obuencionum quarumlibet noſtri monaſterij hactenus fuerint noſtris ſenioribus ſimiles et equales, ludi taxillorum aliaque illicita inter Juniores noſtrj monaſterij et quaſdam ſeculares perſonas Inualuerint, per que nobis et noſtro monaſterio Dampna et diſcrimina grauia ſunt exorta, Nos vero volentes ut ſperamus ſuper hijs de oportuno remedio prouidere, ad honorem Dej, noſtrjque monaſterij honeſtatem, Religionisque zelum diligencius conſeruandum, cum communj conuentus noſtrj omnium quorum Intereſt conſilio et conſenſu, ſacramento Juramenti adhibito duximus ſtatuendum, . Quod quilibet noſtrorum clauſtralium puerorum preſencium et futurorum quj deinceps emancipandus fuerit, debet eſſe tribus annjs Immediate poſt emancipacionem ipſius ſuccedentibus ſub forma que ſequitur cum priore, . ſcilicet, quod prior quj pro tempore fuerit ſiue detur cocta prebenda ſiue non, ſuſcipiet omnes et ſingulos fructus seu prouentus et obuenciones que ipſi emancipato deberent racione noſtri monaſterij quomodolibet miniſtrarj, . De quibus ipſe prior Infra dictum triennium eidem emancipato in victu et veſtitu competentibus alijsque neceſſarijs prouidebit, Ita tamen quod coram . . abbate aſſumptis ſenioribus ipſe prior quolibet anno dicti triennij, faciat compotum de receptis et expoſitis ſupra ſcriptis, . si uero talj compoto facto quidquam ſuperfuerit hoc eſt cum abbatjs. prioris et ſeniorum predictorum conſenſu in communem vſum noſtri monaſterij conuertendum, . si autem hijs tribus annjs elapſis . . abbati . . priorj et . . ſenioribus preſcriptis videretur, quod ille emancipatus nondum ſibimet competenter prouidere neſciret, tunc idem emancipatus ſicuti prius fuit cum priore manebit, quamdiu . . abbatj . . priorj et ſenioribus ſepedictis videbitur expedire, . at uero ſi plures ſimul emancipati fuerint, ad quemlibet illorum extendj volumus ſupraſcripta, . Item ſtatuimus quod nullus noſtrum vllo vnquam tempore ad aliquos tractatus capitulares in antea ſit vocandus uel admittendus niſi fuerit in ſacerdocio conſtitutus, . Inſuper duximus ſtatuendum, quod de nummjs de dominijs ſartaginum noſtrarum in ſalina luneborch quj vorbate dicuntur, ad quodcunque officium noſtri monaſterij pertinentibus nullj noſtrorum, niſi ſit preſbiter cum fuerint diſtribuendj aliquid tribuatur. preterea ſtatuimus vt nulla perſona noſtrj monaſterij in preſbiterum promoueatur Deinceps niſi . . abbas cum conſenſu noſtrorum ſeniorum ei dederit licenciam ſpecialem, . . Quicunque ergo noſtrorum preſencium et futurorum hijs conſtitucionibus noſtro monaſterio multum neceſſarijs auſu temerario contraſacere uel contraire preſumſerit Indignationem dej omnipotentis ſe nouerit Incurſurum, et ſecundum abbatis arbitrium corrigendum, . . vt Igitur preſens pagina robur habeat perpetue firmitatis jpſam ſigillorum . .

abbatis et . . conuentus noſtrj appenſione fecimus communirj, . . Actum et Datum luneborch anno dominj. M. CCC. XLVIII. kalendas aprilis, . .

Siegel des Abtes Otrave, wie unter Urk. 454 an beiden Originalen. Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. ö.

Urk. 486.

Biſchof Johann zu Lübeck ſchenkt ſeinen Erbhof bei der Pfarre St. Cyriaci in Lüneburg dieſer Kirche zur Feier ſeiner und der Memorie ſeiner Eltern. Lübeck, 21. Juni 1348.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos iohannes dej gracia lubicenſis Eccleſie Epiſcopus — — (Egf.) Inperſcrutabilis diuine prouidencie altitudo via precepti humano generi Jugum inpoſuit parentes honorare, quod enim pro tantis eorum laborioſis emeritis et diuturnis laudabilibus a poſteris repenſetur niſi vt honorificencia creatoris deuotis orationibus extollatur et imploretur eius miſericordie celſitudo per parentum noſtrorum memoria Jugiter frequentanda — — ad diuine laudis incrementum noſtrorumque parentum ac progenitorum spem Salutis optandam et graciam multiplicato fructu optinendam, Curiam iuxta dotem Eccleſie parochialis ſancti Ciriaci in luneborch verdenſis dyoceſis ad nos Jure hereditario ſpectantem et legitime deuolutam, preſentibus donamus deputamus et aſſignamus perpetuis temporibus poſſidendam cum Suis edificiis, attinenciis, finibus et terminis vniuerſis proprietate dominio vtili et directo prout nos et noſtri progenitores hactenus noſcuntur habuiſſe, Eccleſie ſancti Ciriaci ſupradicte, Ita tamen quod quicunque pro tempore fuerit rector nunc et futuris temporibus in dicta Eccleſia Ciriaci ipſam Curiam poſſit inhabitare uel locare et nunc et in euum prima die veneris proxime precedentis feſtum omnium Sanctorum memoria noſtrorum parentum ac noſtri. poſtquam dies obitus noſtri aduenerit dictus rector cum suis cappellanis vicariis et officiantibus in dicta Eccleſia et sub debita Religione in miſſis et vigiliis Solempni decantatione celebretur et nominaliter nomina defunctorum populo ad diuina congregato cum campanarum pulſacione prout eſt moris recitentur pro subſidiis orationum deuotiſſime inpendendis, In euidenciam pleniorem et teſtimonium sempiternum secretum noſtrum preſentibus est appenſum, Datum lubek, Anno domini M, CCC, Quadrageſimo octauo, ipſo die Ciriaci martiris.

Verletztes kleines rundes Siegel in weißem Wachſe.

Urk. 487.

Propſt Heinrich zu Lüne und Pfarrer Anton zu St. Johann in Modeſtorpe vidimiren eine Urkunde, laut welcher Herzog Erich von Sachſen, Engern und Weſtfalen dem Abte Werner, Prior Johann und Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg am 4. December 1332 zu Lauenburg das Obereigenthum über drei Häuſer in Quarrendorf (im K. Hanſtedt A. Winſen a. d. L.) geſchenkt hat. 22. Juli 1348.

(Nach dem Originaltransſumte.)

Nos Hinricus prepoſitus monaſterij sanctimonialium in lune necnon Anthonius Rector Ecclesie Sancti iohannis in modeſtorpe preſencium tenore publice recognoſcimus proteſtando, quod litteras illuſtris principis Erici ducis saxonie ſuo maiore sigillo sigillatas vidimus et legimus in hec verba. Nos Ericus dei gracia Dux saxonie angarie et weſtfalie. — — Datum louenborch anno domini. M. CCC. XXXIj. in die beate barbare virginis ac martiris

gloriosi [1]). et Nos dicti hinricus prepoſitus ac Anthonius Rector dicte Eccleſie ſancti iohannis in huiusmodi teſtimonium sigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum anno domini eiuſdem. M. CCC. xlviij. ipſo die beate marie magdalene.

Rundes „† SECRETVM . HINRICI . PREPOSITI . . . LVNE .“, in braunem Wachſe mit einer Madonna, welche in der Rechten eine Blume hält. Kleines länglich rundes Siegel „ANTONII D THVNE R ECLE MODESTORP“, in weißem Wachſe, mit einem Geiſtlichen in einer Niſche ſtehend, und darunter ein Schild mit Fiſchen in einem welligen Bache.

---

[1]) Inſerat der Urk. vom 4. December 1332.

Urk. 488.

Knappe Werner von Thondorf überläßt dem Scholaſter Heinrich Melbeck zu Ramelsloh und den Kindern ſeines Bruders Hans eine Geldrente aus einem Meierhofe in „Jersdeboch“ auf 3 Jahre für die eben ſo lange Benutzung von 10 Roden Landes zu Dommatzen (im K. Witfeitzen A. Lüchow). 12. December 1348.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ich werner van todendorpe knape — — (Conſ.) hebbe laten hern hinric melbeken dem ſcholaſtico to rameſle vnd ſines broder kinderen hanſes teyn ſchillinch gheldes in myneme meyer houe to ierſdeboch. de he alle iar ſchal vt gheuen to ſunte Mycheles daghe vor teyn rode landes to donmatze. gheue de meyer de penninghe nicht vt vp de vor benomede tit ſo ſcholde he edder de ſine dar vor panden. weret och dat de meyer hof wuſte worde wat ich beſettes hadde in deme dorpe dar ſcholde he edder de ſine de teyn ſchillinghe inne hebben. Vnd dit ſchal ſtan van nu to wynachten de negheſt tokomende is vort ouer dre iar alſe ich dat lant to donmatze hebbe. Der ſuluen ghulde ſchal ich em waren de tit vt. vp dat hir myn weringhe in enkome ſo heb ich myn inghefeghel ghenget in deſſen bref. Vnde de is ghe gheuen na ghodes bort druttevnhundert iar in dem achte vnde vertegheſten iare in ſunte lucien auende.



Urk. 489.

Ritter Huner von Oedeme ertheilt dem Abte Otrave zu St. Michaelis in Lüneburg darüber einen Revers, daß derſelbe ihm zwei Kothen Im Grimm (bei Lüneburg) auf Lebenszeit überlaſſen hat. Lüneburg, 24. Januar 1349.

(Nach dem Originalſchreiben im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ego hunerus de Odem miles tenore preſencium lucide recognoſco, . Quod venerabilis in chriſto pater dominus Othrauen abbas monaſterij ſancti Michaelis in luneborch ſponte et libere conceſſit michi hunero predicto In grimmone duas kaſas cum ſujs pertinencijs. quarum vnam hinricus frater ludolphj ſeruj dominj prioris dicti monaſterij. et alteram

quidam ferrator pronunc Inhabitant. vite mee temporibus poſſidendum. Ita videlicet. quod nec ipſas kaſas nec aliquid ad ipſas pertinentes vendere dare ſeu alio quouis modo alienare valeant uel debeant. ſed tantum meis vſibus perfruendum. et ad abbatem qui tempore mej obitus vixerit pacifice et libere reuertendum. Teſteſ huius rej ſunt. Religioſi virj. wernerus de odem. Jordanus de medinghe profeſſi dicti monaſterij. Johannes rector eccleſie in michelesberghe. hinricus de binebuttele ad premiſſa ſpecialiter conuocati. actum et datum luneborch anno dominj. M. CCC. XLIX. in profeſto beati paulj apoſtolj conuerſionis. meo ſigillo preſentibus literis appendente, . .

Herzſiegel „† S' HVNERI , MILITIS . DE . ODEME", wie unter Urk. 361.

Urk. 490.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Nikolaus Bolte dem Abte Otrave, Prior Ulrich und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg einen Chor Salzgut in der Saline Lüneburg verkauft hat, unter Vorbehalt einer Leibrente für Margarete Bolte. 7. Februar 1340.

(Nach dem Copialbuch M. 3 fol. Cxx. des Kloſters St Michaelis.)

Nos conſules ciuitatis Luneborg. Albertus de molendino. Johannes dycke. Nicolaus garlop. Borchardus de luchowe. Johannes melbeke. borchardus hogeri. hinricus de molendino. Thidericus ſchilſten. Ludolphus hartwici. Jacobus de ponte. Leonardus longus. haſſeko. Tenore preſencium recognoſcimus et teſtamur. Quod nicolaus bolte noſter conciuis — — (Conſ.) uendidit et reſignauit. honorabilibus uiris et religioſis. Otrauen abbati. vlrico priori. totique conuentui monaſterii ſancti michaelis in caſtro Luneborg ordinis ſancti benedicti. vnum chorum ſalis quolibet flumine in ſalina luneborg. Cuius quidem chori. medietas ſita eſt in domo beninghe in ſartagine wechpanne ad dextram manum cum itur in ipſam domum Reliqua medietas ſita eſt in domo Gererdinghe in Gunchpanne. ad dextram manum. cum ipſa domus ſubintratur. Jure perpetuo et proprietario quiete poſſidendum. Eo excepto. quod in dimidio choro in domo Gererdinghe prelibata et in dicta ſartagine Gunchpanne. ad dextram manum. quedam domina dicta margareta bolten in dicto dimidio choro. et de ipſo dimidio choro gaudere debet. dimidio plauſtro ſalis. quolibet flumine temporibus uite ſue. dumtaxat. — — In quorum omnium euidens teſtimonium. ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini. M. CCC. XLIX. In craſtino Epyphanie domini noſtri ihesu chriſti.

Urk. (491) 492.

Knappe Johann Schack ſchenkt dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg zur Feier der Memorie ſeiner Mutter Iſalde und ſeiner Frau Ermengard eine Geldrente aus einem Hofe in Hörpel (im K. Biſpingen A. Winſen a. d. L.), und verkauft ihnen dieſen Hof und einen Hof in Sahrendorf (im K. Egeſtorf daſelbſt). 19. Februar 1340.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Bilderbek deduct. Beil. M. 39 und 55. — Vergl. Urk. vom 1. März 1349.)

— — (Eſg.) Ego Johannes famulus dictus ſchacke cum communi conſilio et conſenſu. videlicet Johannis et eghehardi [1]). — — contuli venerabilibus dominis. videlicet . . Abbati . . Priori . . Totique conventui monaſterij. ſancti michahelis. Ordinis ſancti benedicti in caſtro luneborch. duodecim ſolidos cenſus annualis. pro remedio animarum matris mee ysalde. necnon uxoris mee Ermeghardis. ad memoriam ipſarum In miſſis et vigilijs perpetue

[1]) „et eghehardi" fehlt in einem zweiten Original.

peragendam. In Curia ſita in villa. que vocatur horpele, Quam quidem Curiam. Johan pronunc inhabitat. Reſiduum vero. et Totam Curiam predictam. et vnam Curiam. ſitam in villa dicta Soderendorpe. quam pronunc. herman colit vendidi. ex certa ſciencia. Juſto vendicionis tytulo. Dominis prenominatis. pro viginti duabus marcis. luneburgenſium denariorum. nobis integraliter perſolutis. cum omnibus ſuis attinenciis. — — (Grſ., Bz. u. Gw.) Nos vero. hermannus miles. et waſmodus famulus. dicti de medinghe. vna pro ipſis. et cum ipſis. videlicet Johanne. Johanne. et eghehardo prenominatis. Predictis Dominis . . Abbati. videlicet et Conuentui coniuncta manu. in ſolidum compromittimus. et promittimus in hijs ſcriptis . . Quod ſi aliqvod obſtaculum. ſiue impedimentum. in predictis. eis euenerit. ſtatim dum nobis notificatum fuerit diſbrigabimus in amicicia uel in iure. noſtris tamen ſub laboribus et expenſis. In quorum teſtimonium. sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini. M. CCC. XL. nono, decima nona die menſis februarij [1]).

Am Originale vom 19. Februar vier Herzſiegel: 1) „† S'. JOHANN*IS SCHACKEN", mit einer quer liegenden Lilie; „† S'. JOHANNES SCHACKEN", mit einem Helme, auf welchem ein Wulſt; „† S' EGGHEHART SCACKE", mit einer quer liegenden Lilie, die Spitze links gekehrt, wie bei dem an erſter Stelle; das Siegel an vierter Stelle abgefallen. Herzſiegel Wasmod's von Medingen, wie unter der Urk. 407. Am Original von „Invocauit" drei Herzſiegel, wie an 1., 2. und 5. Stelle des andern Originals, an 3. Stelle das runde Siegel Hermann's von Meding, wie unter der Urk. 422; das Siegel an 5. Stelle abgefallen.

[1]) „Die Dominica qua Cantatur Invocauit."

Urk. 493.

Knappe Heinrich von Schwerin verkauft dem Ritter Huner von Oedeme einen Hof Im Grimm (bei Lüneburg) auf Wiederkauf innerhalb 5 Jahren. Lüneburg, 5. Januar 1350.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 22. November 1355.)

Ego hinricus de zwerin famulus — — (Conſ.) vendidj. et in hijs ſcriptis Juſto vendicionjs tytulo vendo. Domino hunero de Odem militi et ſujs veris heredibus curiam meam cum edificijs et omnibus ſingulisque ſujs pertinencijs ſitam in grimmone. que olim fuit frederici de horne pie memorie, pro. XIIII marcis luneburgenſium denariorum michi prompte numeratorum. hereditario et proprietario Jure perpetujs temporibus poſſidendam — — (Gw. u. Wt.) super quibus nos thidericus de hitzacker miles et waſmodus kint famulus pro hinrico predicto vnita manu et in ſolidum compromiſimus et in preſentibus compromittimus fide data. domino hunero et ſujs heredibus predictis premiſſa omnia et ſingula firmiter obſeruanda. In quorum euidens teſtimonium ſigilla noſtra ſcilicet. hinrici. thiderici et waſmodj predictorum preſentibus ſunt appenſa. Datum et actum luneborch anno dominj M. CCC. L. in vigilia epyphanie dominj.

Rundes „† S' HINRICI : DE : SWERIN * *", wie unter Urk. 444; Herzſiegel „† S' THIDERICI ° DE HITZAKERE MILITIS", mit einem aufrechten Löwen; zerbrochenes rundes „† S' WASM . . . . INT", mit zwei Baſſen im Schilde, belegt wie unter Urk. 212.

Urk. 494.

Abt Otrave überläßt dem Prior Ulrich und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg eine Geldrente aus der Saline Lüneburg gegen eine Abgabe aus einem Hofe in Melbeck (im K. Embſen A. Lüne). Lüneburg, 10. März 1350.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos. dej gratia Othrauen abbas. Olricus prior. totusque conuentus Monaſterij ſcti michaelis in luneborch — — (Gſ.) quandam permutationem fecimus in hunc modum. videlicet. quod cenſus duarum marcarum in ſalina luneborch. In domo huthtinghe In ſartagine que gunchpanne dicitur Jacens ad textram manum cum. Itur in ipſam domum. quj cenſus ad dominum . . abbatem hactenus pertinujt. Deinceps ad . . priorem et conuentum perpetuo pertinebit, curia uero in Melbeke — — (Grſ.) ſoluens annuatim. XXIII. ſolidos et. I. porcum. quam curiam henneke et ludeke filij quondam thiderici luderinghe. pronunc Inhabitant. que hactenus ad priorem et conuentum pertinuit, Deinceps ad abbatem perpetuo pertinebit., In cuius rej perpetuum teſtimonium, ſigilla noſtra. ſcilicet. abbatis et conuentus predictorum preſentibus literis ſunt appenſa, . Datum luneborch anno dominj Milleſimo. trecenteſimo. quinquageſimo. VI. ydus Marcij.

Länglich rundes Siegel des Abtes Otrave, wie unter Urk. 454. Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. ö. Von einem zweiten Originale iſt das Siegel des Convents abgefallen.

Urk. 495.

Ritter Johann Rybe und ſeine Söhne Heinrich, Otto und Hermann verkaufen an Werner und Hans von Melbeck, Söhne des verſtorbenen Hans, drei Höfe in Toſterglope (im K. Berscamp A. Bleckede). 27. Mai 1350.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedr. bei Pfeffinger Hiſt. II 372.)

Jk her iohan rybe en ridder. Hinricus. Otte. Hermen. brodere gheheten de ryben des ſoluen Hern riben ſones. — — (Conſ.) hebbet vorkoft mit willen vnde mit endrafte vſe reghten erue wernere. vnde hanneſſe haniſes ſone van melbeke deme ghot gnedich ſy vnde eren rechten eruen. dre houen de de ligbet in deme dorpe toſſeglop vppe twene houen dar wont vppe twene lemmecken. vppe der drudden houen dar wont en de het lampe. . — — (Gw. u. Elg.) Deſſen vorgheſcreuenen bref ganſliken to holdende. dat loue ich her iohan ribe mit minen vorgeſprokenen ſonen vnde mit hern hermene van medinghen her diderick van hidzakkere vnde beteke püſtke tolouere. Alle deſſe vorgheſcreuene dinck ſtede vnde vaſt to holdende dat loue ich her iohan ribe mit minen kinderen vnde mit minen medelouueren. Hebbet dit belouet vnde louet entruwen mit ener ſamender hant hanſes ſone van melbeke vnde to erer hant Hern antonieſes van melbeke. zeghebande van wittorpe deme elderen. hern iurieſſe van hidzackere. hern heyneken van danneberghe. Otten van tun. vnde. Otten van dorn. Deſſe bref is gheghenen na godes bort duſent jar dre hunderk jar Jmme veſtigheſten iare Jn deme hilghen daghe des hilghen lichames.

Undeutliches rundes „† S. . . . . RIBEN MILITIS.“ Rundes „† S. HENRICI RIBEN.“ Rundes „† S'. OTTONIS . RIBE.“ Rundes „† S' HERMANNI . RIBEN. Jedes mit einem Fiſche im Schilde. Rundes „† S' HERMANNI : DE: MEDINGHE : MILIT“, wie unter Urk. 422. Herzſiegel Diedrichs von Hitzacker, wie unter Urk. 493. Rundes „† S' BERTKONIS PYSTEKE“, mit einem Feuerhaken.

Urk. 496.

Abt Ulrich, Prior Anton und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verpflichten ſich gegen Mechtild, für ein Darlehn von 20 Mark jährlich 24 Schillinge durch ihren Verpfleger derſelben zeitlebens auszahlen, und dafür nach ihrem Tode ihr und ihrer Eltern Anniverſarien feiern zu laſſen. 25. September 1350.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Dei gratia Nos Olricus Abbas, Anthonius Prior Totuſque Conuentus monaſterjj ſancti Michahelis in luneborg ordinis ſancti Benedicti verdenſis dyoceſis. Omnibus preſencia audituris pateat et viſuris. quod cum viginti quatuor denariorum luneburgenſium in quibus

tenebamur michtildi filie wyben quondam vxori hermanni, de ipſius mechtildis beneplacito et voluntate debemus ac volumus redditus viginti quatuor solidorum perpetuos comparare. quos quidem viginti quatuor solidos karitator noſtri collegij qui pro tempore fuerit, sine omni prorogacione prefate mechtildi infra octauas nunc inſtantis paſche ac deinceps in omnibus eiuſdem feſti octauis quoadufque ipſa vixerit, miniſtrabit. sepedicta vero mechtilde defuncta, tres memorie anniuerſarie de predictis redditibus annis singulis in noſtro Monaſterio perpetue peragentur. videlicet, memoria mechtildis que occurrit circa medium quadrageſime. ſecunda memoria hermanni patris ſui que occurrit poſt octauam paſche. et tercia matris sue wyben que occurrit circa martini, ad quamlibet memoriam octo solidis aſſignatis. In quorum teſtimonium euidens et certitudinem ampliorem sigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum Anno domini. M. CCC. quinquageſimo primo sabbato poſt feſtum beati Mathei apoſtoli et ewangeliſte . .

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 497.

Abt Ulrich, Prior Anton und der Convent des Kloſters St. Michaelis in der Burg Lüneburg verordnen, daß, der alten Beſtimmung gemäß, nur 18 Mönche, darunter 14 Prieſter, 3 Diakonen und 1 Subdiakon, und außerdem 6 Kloſterjünglinge im Kloſter vorhanden, letztere vor dem zwölften Jahre in die Schule aufgenommen ſein und zwölf Jahre der Schulzucht unterworfen bleiben ſollen; wenn alsdann durch den Tod eines der 18 Mönche eine Vacanz entſteht, kann der Würdige vom Capitel der Schule entlaſſen, der Aufſicht des Priors drei Jahre hindurch beigegeben werden [1]), und dann mit Bewilligung des Abts und Convents zum Subdiakonen oder Diakonen geweiht und zu den actus capitulares zugelaſſen werden. Beim Tode eines Prieſters rückt der ältere Diakon in deſſen Stelle ein. Lüneburg, 20. September 1350.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedr. bei Pfeffinger Hiſt. I 329.)

IN nomine domini AmeN. QuoniAm in Monaſterio noſtro sancti Michahelis in caſtro Luneborch ordinis sancti Benedicti certus numerus perſonarum sub habitu religionis et regula dicti ordinis deo seruire volencium videlicet viginti quatuor domino Abbate excluſo deputatus et idem certus numerus ex antiquiſſima obſeruancia et ex preſcripta et pacifice optenta conſuetudine immutabiliter obſeruatus exiſtit. Et recolimus multociens accidiſſe, quod perſonis religioſis noſtri Monaſterij decedentibus quidam juvenes vltra annos pubertatis conſtituti, sunt per nos loco perſonarum que deceſſerunt ſponte recepti quorum plures et preſertim puberes et doli capaces sub rigore ſcolaſtice diſcipline exiſtentes incorrigibiles reperti, hiis que ad cultum diuinum in noſtro Monaſterio exercendum neceſſaria ſunt informari noluerunt Nihilominus procurantes licet minus literati et inſufficientes fuerint, per preces amicorum ſuorum interdum violentas ante tempora conſueta se a iugo ſcolaſtico emancipari et ad porciones prebendales profeſſorum nec non ad actus capitulares noſtros admitti. et sic numerus profeſſorum et emancipatorum in tantum accreſcit quod cottidiane et decocte prebende in communi refectorio sicut expediret et deceret et prout eciam suo tempore fieri conſueuit nequaquam poterunt miniſtrarj. et ob hoc ipſis nouiter vt premittitur emancipatis porcione ſua prebendalj pro eorum ſuſtentacione aſſignata, per eorum inexpergenciam ſuis diſſolutis et siniſtris conuerſacionibus victum suum longi temporis inutiliter dilapidando breui mora conſumunt, plura debita ad que soluendum non ſufficiunt contrahentes. et ipſi ad actus capitulares noſtri Monaſterij admiſſi hiis que per ſeniores et saniores et numero plures cum magna maturitate et prouida deliberacione pro bono et vtilitate dicti Monaſterij tractata et approbata et ad finem decreta sunt temere contradicunt. et ex hiis premiſſis que deo teſte dolenter

[1]) Vergl. Urk. vom 1. April 1348.

referimus neruus scolaſtice et regularis diſcipline rumpitur cultui diuino detrahitur, ſtatus Monaſterjj noſtri subuertitur, jugum salutaris obediencie diſſoluitur. et propter debita per ipſos nouiter emancipatos inutiliter contracta ipſis et nobis cum deteſtacione et ſcandalo moniciones inportabiles eueniunt. nobisque ac monaſterio noſtro inpedimenta, pericula grauia et cottidiane confuſiones emergunt. Igitur Nos Olricus Abbas, Anthonius prior Totuſque conuentus Monaſterjj antedicti preſentibus et cum affectu conſencientibus omnibus et singulis qui debuerunt et potuerunt tractatibus Monaſterjj noſtri intereſſe, volentes in quantum nobis poſſibile eſt ſtatum eiuſdem monaſterjj reformare ſtatumque reformatum sub regulari et laudabili conuerſacione conſeruare et premiſſis enormitatibus et abuſibus juvenumque nouiter emancipatorum inſolencjjs obuiare matura deliberacione prehabita, ſtatuimus et ordinamus quod de cetero in noſtro Monaſterio debebunt eſſe tantum decem et octo perſone et non plures emancipate et profeſſe vt omnibus et singulis diebus prebende decocte in communi refectorio noſtro huiuſmodi decem et octo perſonis commode miniſtrari et de excreſcentibus bonis aliqua ad neceſſarios vſus et ad supportandum onera Monaſterjj noſtri eo conueniencius recolligi et reponi poſſint. et ſex juniores debebunt eſſe in ſcolis conſtitute. et dicte decem et octo perſone tantum et non plures quarum quatuordecim in sacerdotio tres in dyaconatus et vna in subdyaconatus ordine sint conſtitute de frequenti debebunt eſſe capitulo, et in victu, veſtitu et in conſolacionibus in choro vel alibi pro memorjjs defunctorum deſeruiendis. nec non in decoctis prebendis vel porcionibus prebendalibus et in omnibus ac ſingulis prebendalem diſtribucionem conceroentibus equalem recipient porcionem. Et si preter premiſſa aliqui fructus de prouentibus monaſterjj excreſcerent, illi, dictis quatuordecim perſonis sacerdotibus quos maiori decet et expedit prerogatiua gaudere pro eorum ampliori ſuſtentacione tantum accreſcant inter ipſos equaliter diuidendj. Eciam nullus recipiatur de cetero ad Monaſterium noſtrum niſi infra duodecim annos exiſtat. et nequaquam quis emancipetur niſi per duodecim annos completos a tempore sue recepcionis numerandos in ſcolis et sub rigore fuerit ſcolaſtice diſcipline. ex tunc si literatura, conuerſacione et alias ydoneus repertus fuerit, et si vnus vel plures de decem et octo perſonis antedictis deceſſerint, poterit per Abbatem qui tunc pro tempore fuerit cum conſilio illorum de capitulo noſtro emancipari et non prius. Et poſtquam aliquis vel aliqui. sic vt premittitur emancipatus vel emancipati fuerint ſtatim per tres annos integros a tempore huiusmodi emancipacionis numerandos, prior noſter ipſi vel ipſis in victu, veſtitu, et aliis neceſſariis prouidebit. quibus tribus annis sic completis si laudabilis et honeſte conuerſacionis fuerit vel fuerint, poterint vel poterit ſecundum exigenciam perſonarum que deceſſerunt vnus vel plures ad dyaconatus vel subdiaconatus ordines cum conſenſu Abbatis et illorum de conuentu promoueri, et ad actus capitulares nec non ad omnia et singula que dictas decem et octo perſonas communiter vel diuiſim concernunt admitti. Inſuper decedente vno sacerdote vel pluribus de quatuordecim perſonis memoratis dyaconus vel dyaconi a tempore emancipacionis ſenior vel seniores ad sacerdocium sine difficultate promoueri et omni prerogatiua sacerdotali sepedictarum quatuordecim perſonarum sine vlla diminucione gaudere debebunt. Et Nos olricus Abbas, Anthonius prior, totuſque conuentus monaſterjj noſtri facientes preſens ſtatutum noſtrum cum omnibus clauſulis, articulis, punctis et condicionibus ſuis communiter vel diuiſim acceptis, velle obſeruare et obſeruari facere et efficere et in contrarium vllo colore queſito nichil penitus attemptare debere perpetuo omnes et singuli ad sacroſancta dei ewangelia per nos corporaliter tacta jurauimus et per nos succedenti tempore neminem emancipari debere niſi tempore emancipacionis fue huiusmodi ſtatutum in omnibus et per omnia simili modo quo nos perſonaliter jurauimus juret se obſeruaturum et obſeruari procuraturum volentes, quod iſtud ſtatutum non ad preſencia ſed ad futura tantummodo se extendat. Et

vt preſens ſtatutum noſtris juramentis vallatum a nobis et ſucceſſoribus noſtris vt premittitur, inconcuſſe et omnino immutabiliter obſeruetur perpetuis temporibus sigilla noſtra preſentibus duximus opponenda. Datum et actum in Monaſterio noſtro sepedicto in Caſtro luneborch. Anno domini. M. CCC. quinquageſimo. Ipſo die sancti Michahelis Archangeli . .

Siegel des Abtes, wie unter Urk. 454. Siegel des Convents, wie unter Urk. 139 n. 5.

Urk. 498.

Der Rath zu Lüneburg beurkundet, daß ihr Mitbürger Nikolaus Stop den Teſtamentsexecutoren des Küſters Heinrich von der Möhlen in der Veſte daſelbſt ein halbes Fuder Salzgut in der Saline verkauft hat, welches dieſelben zur Feier ſeiner Memorie dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg geſchenkt haben. 18. October 1350.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneborch. Gerbertus Om Johannes Beue. Borchardus de Luchowe. Borchardus hoyeri. Thidericus ſcilſten. Ludolfus Hartwici. Jocobus de Ponte. Johannes de Netze. Johannes Longus. Tenore preſencium publice proteſtamur quod Nicolaus ſtöp noſter conciuis de conſenſu heredum ſuorum. vendidit Honorabilibus viris Dominis religioſis in Caſtro Luneborch videlicet Johanni Bartoldj Marquardo profeſſis et Johanni Parchum preſbytero ac ditmaro de Molendino executoribus teſtamenti quondam Hinrici de Molendino cuſtodis in eodem caſtro Dimidium plauſtrum ſalis in ſalina. Luneborch in Domo Goſſeſchinge in ſartagine wechpanne ad dextram manum cum itur in ipſam domum. Jure perpetuo poſſidendum. Preſatum dimidium Plauſtrum ſalis dicti executores pro ſalute anime dicti domini Hinrici cuſtodis. dederunt conuentui Monaſterij. ſancti Michahelis in Caſtro Luneborch ita quod Cuſtos pro tempore exiſtens colligere debet flumina eiuſdem dimidij Plauſtri et in anniuerſario eius qui occurrit in Craſtino Egidij abbatis. equaliter diſtribuere inter dominos dicti Monaſterij qui tunc deuote peragent memoriam eius in vigilijs et miſſis Animarum in die ſequente annis ſingulis tempore ſempiterno. In quorum omnium euidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini Milleſimo Trecenteſimo. Quinquageſimo in die beati Luce Ewangeliſte.

Siegel abgefallen.

Urk. 499.

Ritter Huner von Odeme verpfändet ſeinem Vetter Konrad von Walſtove einen Hof außerhalb des Grimmer Thors (vor Lüneburg). 18. October 1350.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ich her huner van odem ridder bekenne vnde bethughe openbar in deſſem breue dat ich vnde mine rechte eruen hebben ſet minem vedderen heren Conrade van walſtoue minen hof vor dem grimmeren dore de vrederikes van dem horne hadde weſen mit aller nut vnde mit allem rechte alſo ich ene hebbe vor achte mark Luneborgher penninghe — — (Mk.) alle deſſe ſtukke loue ik vnde mine rechten eruen minem verſprokenem vedderen vnde to ſiner hant hern alberde dyſen vnde heren wernere dem groten ſtede vnde vaſt to holdende vnde bethuge dat mid minem inghegheghele dat to deſſem breue henghet is na ghodes bord duſent iar drehundert iar in dem veſteghheſten iare in ſunte Lucas daghe des ewangeliſten.

Herzſiegel „† S'. HVNERI * MI * LITIS * DE * ODEM*, quer getheilt, das obere Feld leer, das untere mit drei Roſen.

Urk. 500.

Ritter Werner von dem Berge zu Lüneburg bezeugt, daß der Bürger Meinard Ekmeyer in Lüneburg mit ſeiner Zuſtimmung an Tideken von Gitterming zwei Höfe in Vögelſen (im K. Bardowiek A. Winſen a. d. L.) verkauft hat. Veſte Lüneberg, 21. November 1350.

(Nach einer Copie in dem Fascikel der Jung'ſchen Collectaneen; „Herren von dem Berge" in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Ego Wernerus de Monte Miles, habitans in caſtro Luneborg cupio fore notum, quod preſencium tenore publice recognosco et protestor pro me et omnibus heredibus meis preſentibus et futuris, Quod honestus Vir Meynardus Ekmeyger ciuis in Luneborg cum conſenſu meo et omnium heredum meorum vendidit juſto venditionis titulo Tidekino de Gitterminghe et ſuis veris heredibus duas curias cum earum attinenciis in villa Vogelſen de quibus mihi et meis heredibus, predictus Tidekinus et omnes ſui heredes annuatim dabunt et ſoluent, ac ſoluere debebunt in nundinis Sancti Michaelis in Luneborg quatuor Marcas cum dimidia Luneburgenſis Warandie. — — (Schad.) In ſidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum ſigillum meum proprium huic ſcripto duxi appendendum. Datum in caſtro Luneborg Anno Domini milleſimo tricenteſimo quinquageſimo in profesto beate Cecilie Virginis.

Urk. 501.

Cardinal Stephan beauftragt den Propſt (Hermann) zu Oldenſtadt, zu erklären, daß, wenn die Kapelle in Grünhagen und der darin befindliche Altar durch den Bruder Johann einſt auf gehörige Weiſe eingeweiht ſind, daſelbſt, weil dieſer wirklich Biſchof war[1]), Gottesdienſt gehalten werden darf. Avignon, 11. Februar 1351.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 12. Mai 1351.)

Stephanus miſeratione diuina titulorum ſanctorum Johannis et Pauli preſbiter Cardinalis Diſcreto viro . . prepoſito . . eccleſie in vlſen verdenſis dioceſis salutem in domino. Ex parte fratris Abbatis Monaſterij ſancti Michaelis in lunenborch ordinis ſancti Benedicti predicte dioceſis nobis oblata petitio continebat, quod olim ipſe per fratrem Johannem qui tunc ſe gerebat pro Epiſcopo Cuſipolenſi quamuis ipſe Epiſcopus Cuſipolenſis non eſſet Capellam in Gronenhaghen et Altare in ea ſitum, conſecrari fecit in quibus diuina officia per plures ex ſuis commonachis celebrari permiſit. Sed quia poſtmodum ad eius peruenit noticiam quod idem frater Johannes Epiſcopus Cuſipolenſis non erat, et quia Epiſcopus Verdenſis promotos per eundem fratrem Johannem ab ordinibus quos ab ipſo receperant ſuſpenderat, idem Abbas in Capella et Altari predictis diuina officia timet non poſſe licite celebrari, propter quod ad tollendum omne dubium ſuper hoc fecit humiliter ſupplicari ſibi per ſedem apoſtolicam miſericorditer prouideri. Nos igitur auctoriate dominj. pape. cuius primarie curam gerimus diſcretioni tue committimus quatenus ſi dictus frater Johannes capellam et altare huiuſmodi rite alias conſecrauit, quia ſicut conſtat ipſe fuit rite in Epiſcopum conſecratus, declares ſiue decernas ipſum Abbatem poſſe in ipſis capella et altari libere celebrare ac celebrari facere per sacerdotes ydoneos diuina officia niſi aliud fuerit canonicum quod obſiſtat. Datum Auinion. iij. Idus februarii Pontificatus dominj Clementis pape VI Anno Nono.

Das länglich runde Siegel in rothem Wachſe an Zwirnsfäden zerbrochen.

---

[1]) Der Abt von St. Michaelis in Lüneburg hatte, nachdem er erfahren, Bruder Johann habe ſich fälſchlich für einen Biſchof zu Cuſipolis ausgegeben, desfallſige Zweifel gehegt und an den Papſt ſich gewandt.

Urk. 502.

Propſt Hermann zu Oldenſtadt erklärt, durch gehörige Unterſuchung ſich überzeugt zu haben, daß Kapelle und Altar in Grünhagen von dem Bruder Johann auf gehörige Weiſe eingeweiht ſind; hebt das Interdict auf und beſtimmt, daß in derſelben der Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg von tauglichen Geiſtlichen den Gottesdienſt verrichten laſſen darf. Lüneburg, 12. Mai 1351.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Inſerirt iſt die Urk. vom 11. Februar 1351.)

Vniuerſis preſencia viſuris ſeu audituris Hermannus prepoſitus in vlleſſen verdenſis dioceſis ſalutem in domino literas Reuerendi in chriſto patris ac domini domini ſtephani miſeratione diuina titulorum ſanctorum Johannis et pauli preſbyteri cardinalis eius vero impendenti ſigillo ſigillatas more ſolito nobis per reuerendum patrem ac dominum dominum Olricum Abbatem Monaſterij ſancti michaelis in luneborch ordinis ſancti benedicti dicte dioceſis infraſcriptum preſentatas nos cum ea qua decuit reuerentia noueritis recepiſſe in hec verba . . Stephanus miſeracione diuina titulorum ſanctorum Johannis et pauli preſbiter cardinalis — — Datum Auinion. iij ydus februarii pontificatus domini clementis pape VI anno Nono [1]). Quibus literis decenter receptis et perlectis attente nos dicto reuerendo patre petente ad inquiſicionem eorum que in ipſis literis nobis committebantur proceſſimus diligenter et quia inuenimus capellam et altare huiuſmodi alias rite per dictum fratrem Johannem ſore conſecratas interdictum circa capellam et altare predictum auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſa in nomine domini relaxauimus et preſentibus ralaxamus nihilominus decernentes et declarantes iuxta formam commiſſionis nobis facte prefatum reuerendum patrem dominum abbatem poſſe in ipſis capella et altari libere celebrare ac celebrari facere per ſacerdotes ydoneos officia diuina niſi aliud fuerit canonicum quod obſiſtat, Datum ſub noſtro ſigillo et actum luneborch in choro fratrum minorum anno domini M CCC L primo feria Va. poſt dominicam qua cantatur Jubilate. Preſentibus honorabilibus et diſcretis viris ac dominis. dominis hermanno prepoſito Monaſterij monialium in Ebbekeſtorpe wernero de Odem profeſſo monaſterii ſancti michahelis ſupradicti. Bertoldo in eccleſia ſancti iohannis in luneborch. Johanne oſterman in eccleſia vlleſſen vicarijs Gheuehardo de Eſche preſbitero ſepeſate dioceſis et pluribus alijs fidedignis.

Länglich rundes „S' H'MANNI . MEBVH . PPOSITI . . . . LLESSEN .“, in rothem Wachſe, an der rechten Seite der ſtehenden Madonna ein Biſchof, an der linken eine getrönte Figur, darüber ein Agnus dei, darunter ein Knieender.

[1]) S. Urk. vom 11. Februar 1351.

Urk. 503.

Harneid von dem Kneſebeck, Harneid's Sohn, genehmigt den von Pardam von Kneſebeck mit Segeband von dem Berge abgeſchloſſenen Verkauf der Lehnware des Zehnten zu Wittorf (im K. Bardowiek A. Winſen a. d. L.). 26. Mai 1351.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 8. Juni 1351, 14. Auguſt 1352 und 15. November 1353.)

Ek harneyt van dem kneſbeke harneydes ſone van dem kneſbeke bekenne In deſſem openen breue de beſeghelet is mit minem Jnghebeſeghele Dat ek vnde mine eruen wolborde vnde willekore den Cop den her pardam van dem kneſbeke van miner weghene ghedan heft vmme de lenware des tegheden tho wittorpe hern ſeghebande van dem berghe vnde ſinen eruen vnde wille de breue vaſt vnde ſtede holden de he van miner weghene dar vp ghegeuen heft. Dit is gheſchen na ghodes bort Duſent Jar

dre hundert Jar in dem eyn vnde viftigheſten iare des donredaghes vor crucen alſo alſe vſe here Ghot tho hemmeln varet.

Rundes „† S HARNEIDI KNESB·“, mit einem Einhorn im Schilde.

Urk. 504.

Harneid von dem Kneſebeck, Harneid's Sohn, entſagt allen Anſprüchen an die Lehnware des Zehnten zu Wittorf (im K. Bardowiek A. Winſen a. d. L.), welche der verſtorbene Pardam von dem Kneſebeck mit ſeiner Bewilligung an Segeband von dem Berge verkauft hat. 8. Juni 1351.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt bei Gerken fragm. March. II 62. — Vergl. die Urk. vom 26. Mai 1351, 14. Auguſt 1352 und 15. November 1353.)

Urk. 505.

Der Rath zu Lüneburg beurkundet einen Tauſch von Salzgütern in der Saline daſelbſt zwiſchen dem Prior Anton und Convente des Kloſters St. Michaelis in der Veſte Lüneburg, mit Bewilligung ihres Abtes Ulrich, einerſeits und der Beate, Wittwe Abbenborges, und ihren Mitbetheiligten, andrerſeits, welche überdies ein halbes Fuder Salzgut der Priorinn Mechtild von Lindhorn und den Conventualinnen Reimolde von Honhorſt und Margarete von Verden zu Walsrode zu Behuf ihrer Memorien verkauft hat. 22. Juli 1351.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Consules Ciuitatis Luneborch. Hermannus hout. Johannes dicke. Hartwicus de ſalina. Johannes garlop. Thidericus ſciltſten Conradus ſeghehardi. Hinricus Miles. Ludolfus Hartwici. Jacobus de Ponte. Hinricus viſcule. Gherardus Garlop. Hermannus hout Junior Tenore preſencium publice proteſtamur. quod honorabiles viri et domini Anthonius Prior totusque Conuentus monaſterij ſancti Michahelis in Caſtro Luneborch ordinis ſancti benedicti de conſenſu venerabilis Patris domini Olrici abbatis eorum dimiſerunt via permutacionis. Beate abbenborges vidue Hartwico filio eius. Hermanno hout ſeniori et Juniori prenominatis, Pueris Nicolai Garlop et ſpecialiter elizabet bachute in conuentu filie dicti Nicolai ac pueris Johannis Garlop de prima vxore procreatis, inſimul et eorum heredibus vnum Plauſtrum ſalis in ſalina Luneborch quolibet flumine in Domo ſtartte in ſartagine wechpanne ad dexteram, cum itur in ipſam domum Jure hereditario cuilibet ſecundum porcionem ſibi debitam poſſidendum. Loco vnius plauſtri salis in eadem ſalina quolibet flumine in domo Ebbinge in ambabus ſartaginibus ad ſiniſtram manum poſitis cum dicta Domus ſubintratur quod econtra Beata Hartwicus. Hermanus et Hermanus, Pueri Nicolai Garlop. Elizabet pueri Johannis Garlop prefati et eorum heredes vnanimiter dimiſerunt via permutacionis . . Anthonio Priori et Conventui predictis Jure hereditario perpetuo tollendum et poſſidendum. Preterea dimidium Plauſtrum ſalis quolibet flumine in dicta domo ſtartte. ſartaginis wechpanne ad dextram manum quod in diuiſione ceſſit et contingebat Beate et Hartwico Abbenborges predictis habito de conſenſu heredum ſuorum vendiderunt Prioriſſe. connentus monaſterij in walsrode videlicet Domine Mechtildi de Linthorne. ac Reimoldi de honhorst. necnon margarete de verdis Jure perpetuo hereditario. ad quoscunque vſus eccleſiaſticos et diuinos voluerint poſſidendum. Que domine tres prefate quelibet partem ſuam de dimidio plauſtro ſalis prefato ſibi debitam committet cuicunque domine voluerit que eius voluntatem vltimam per eam inplebit. quibus omnibus defunctis ceſſante commiſſione prelibata perpetuo apud conuentum ibidem pro memoria perpetua dictarum dominarum ingiter dictum dimidium plauſtrum remanebit. Reliquum dimidium Plauſtrum ſalis in dicta domo ſtartte in wechpanne ad dextram. Jure hereditario remanebit communiter Hermannum hout ſeniorem et Juniorem, Puerosque Nicolai

Garlop. et Elizabet Bachutam ac pueros Johannis Garlop de prima vxore prefatos et eorum heredes poſſidendum In premiſſorum euidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno domini Milleſimo Trecenteſimo. Qvinquageſimo Primo. in die Beate Marie Magdalene.

Siegel abgefallen.

Urk. 506.

Heinrich, Pfarrer zu Wittingen, Hermann, Heine, Hermann und Godeke Wulf verkaufen dem Segeband von dem Berge, Segeband's Sohne, und ſeinem Sohne Hans die Hälfte der großen und kleinen Zehnten zu Wittorf (im K. Bardowiek), Dreckharburg (im K. St. Dionys) und Oldershauſen (im K. Handorf, ſämmtlich A. Winſen a. d. L.), und Hermann Wulf der Aeltere reſignirt dieſe Zehnten ſeinem Lehnsherrn Segeband von dem Berge. 25. Juli 1351.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 24. Februar 1341, 14. Auguſt 1352 und 15. November 1353.)

„— — (Eingang) Wy Her Heinrich Kerchere to Wytinge vnde hermen de eldere. heyne. hermen vnde godeke meynliken ghe heten wulf — — (Conſ.) bebbet vor coſt to eme Rechten ewighen eruen cope hern ſeghebande hern ſeghebandes ſone van dem berghe vnde ſineme ſone hanſe vnde eren Rechten eruen boren vnde vngheboren De helfte der tegheden to witdorpe vnde to horborch vnde to olderdeſhuſen Dat. minnere deel mit dem groteren mit aller — — (Grſ. u. Bz.) vor teyn marc vnde drehundert luneborgher penninghe — — (Gwl.) vnde ik hermen wulf de eldere late deſſe benomeden tegheden vp ut minen leneſchen weren hern ſeghebande van dem berghe van deme ik ſe to lene vntfanghen hadde. — — (Schad.) Alle deſſe vorſcreuenen ſtucke loue wy benomeden ſakewolden vnde vſe eruen hern ſeghebande van dem berghe vnde ſinem ſone hanſe vnde eren rechten eruen vnde to erer truwen hant Greuen ludolue van hallermunt hern wernere van dem berghe vnde hern iohanne van ſalderen van lechtenberge vnde hern bertolde van reden hern manegholde van dem berghe ridderen mit ener ſamenden hant in truwen ſtede vnde vaſt ſunder twiuel vnde ane argheliſt to holdende Datum anno domini. M.°CCC.°lj.° ipſo die ſancti iacobi apoſtoli.

Länglich rundes „S' HINRICI RECTOR ECCLESIE . I . WITHIGHE", mit zwei Figuren, wovon die eine die andere geißelt;



„† S HIN . . . . WLF"; das Herzſiegel von 2. Stelle noch einmal, und Herzſiegel „† S' GOTFRIDI + WULF", jedes mit einem rechts ſchreitenden Wolfe, und in der linken Ecke mit einem Sterne.

Urk. 507.

Biſchof Daniel zu Verden bewilligt dem Ritter Segeband von dem Berge und deſſen Sohne Johann, ihren Zehnten zu Wittorf (im K. Bardowiek A. Winſen a. d. L.) dem Propſte Heinrich, der Priorinn Giſeltrude und dem Convente zu Lüne zu überlaſſen. Rotenburg, 9. September 1351.

(Nach dem Orginal im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 14. Auguſt 1352.)

FRater daniel dei et apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus verdenſis. Conſtare volumus

vniuerſis. quod de noſtra erit bona voluntate et Conſenſu. Si dominus Seghebandus de Monte miles. et Johannes filius ſuus legitimus heres decimam eorum in wittorpe noſtre verdenſis dyoceſis Honorabili viro. Hinrico prepoſito Ghiſeltrudi prioriſſe et Conuentui in Lune conferant perpetuo habendam tenendam et poſſidendam. Aut ſi dicti Hinricus prepoſitus. Ghiſeldrudis Prioriſſa necnon Conuentus in Lune huiusmodi decimam de manibus domini Seghebandi et Johanni filij ſui predictorum iuſte et rationabiliter extrahunt eorum perpetuis vſibus applicando. Quod ſi factum fuerit vna via uel alia amore ſpeciali domini Seghebandi predicti huiusmodi factum noſtro Jure dyoceſano in hiis ſcriptis Ratum habemus atque gratum. In cuius rei teſtimonium noſtrum Sigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Rodenborgh Sub anno dominj M. CCC. lj. In craſtino feſti Natiuitatis virginis glorioſe.

Nos Johannes de Demyn Vice Dominus Eccleſie Caminenſis Commiſſarius ad infraſcripta a Reverendo in Chriſto Patre Domino Nicolao Epiſcopo Majorenſi et demum a Domino Bernardo de Berna Canonico Eccleſie Sancti Andree Colonienſi Apoſtolice ſedis nunciis ſpecialiter deputatus, Venerabilibus et discretis Viris Dominis Prepoſitis Decanis Canonicis Eccleſiarum Rectoribus vel eorum loca tenentibus, a Tabellionibus et clericis univerſis per Civitates et Dioceſes Bremenſem et Verdenſem conſtitutis preſentibus requisiti Salutem in Domino et mandatis noſtris ymmo verius Apoſtolicis firmiter obedire. Ad veſtrorum omnium et ſingulorum notitiam deducimus per preſentes, quod propter imminentem neceſſitatem ratione Eccleſie matris cunctorum Chriſti fidelium et Magiſtre, que de preſenti per nonnullos perditionis filios et iniquitatis alumpnos diversis injurijs et dampnis afficitur, Sanctiſſimus in Chriſto Pater, Dominus noſter Gregorius Papa XI., attendens, quod onera in partes diviſa levius perferuntur, ac reputans equum et congruum, ut dicta Romana Eccleſia ab alijs Eccleſijs et perſonis Eccleſiaſticis, quarum ipſa eſt caput, adjuvetur, Subſidium reverendiſſimis in Chriſto Patribus et Dominis Achiepiſcopis et Episcopis exemtis et non exemtis partium Alemanie, necnon venerabilibus viris Dominis Electis Abbatibus, Abbatiſſis, Magistris Prioribus, Prepoſitis, Preceptoribus alijsque Prelatis quorumcunque Monaſteriorum et domorum, Marium et mulierum parcium predictarum exemptorum et non exemtorum, videlicet terciam partem quantitatis, quam eorum ſinguli pro communi ſervicio tempore promocionis eorum Apoſtolice Camere et Collegio reverendiſſimorum Patrum Dominorum Sancte Romane Eccleſie Cardinalium pro ipſorum Eccleſijs et Monaſterijs erant ſolvere conſueti, ſi hujusmodi commune ſervitium eſt taxatum, ſi vero taxatum non exiſtit, tam ſic Eccleſiarum et Monaſteriorum non taxatorum, quam quorumcunque Monaſteriorum aliorum marium et mulierum Ordinum non Mendicancium partium earundem ſextam partem fructuum reddituum et proventuum ſuorum Eccleſiarum Monaſteriorum et Domorum pro eadem Camera Apoſtolica impoſuit et ad hoc petendum et recipiendum Collectores dicte Camere parcium earundem deputavit. unde Reverendus in Chriſto Pater Dominus Nicolaus et Bernardus de Berna predicti pridem sub certis penis in suis proceſſibus contentis, Abbates Abbatiſſas, Magistros Priores, Prepoſitos, Preceptores et alios Prelatos quorumcunque Monaſteriorum ipſarum Civitatum et Dioceſium Bremenſis et Verdenſis, cujuscunque religionis vel ordinis requiri fecerunt et moneri mandaverunt, ut huiusmodi ſubſidium quilibet predictorum pro parte ſe contingente nobis vice Domino Caminenſi ſuo ad hoc Commiſſario ſpecialiter deputato in Lubeke perſolverent, et de ipso nobis reſponderent, cum effectu, Alioquin in eos et eorum quemlibet contradictores et rebelles execracionis, in Collegia Capitula et Conventus ſuſpenſiones et eorum Eccleſias Domus et Monaſteria Interdicti ſententias Canonica tamen monicione precedente, promulgarunt, prout hec et alia in dictis eorum proceſſibus plenius continentur. Tamen venerabiles Patres et Domini Abbates, Prepoſiti et Prelati Monaſteriorum in Luneborch, in Schermbecke, in Lune, in Highendael, in Ebekeſtorpe, in Medinghe, in Oldenulſen, in Yfernhaghen, in Diſtorpe, in Harenze, in Kreveze, in Dambeke, in Soltevedele, in Oldenbucſtedehude, et alij Prelati Monaſteriorum Verdenſis Dioceſis, ac Prioriſſe timorem Domini et Sancte matris Eccleſie racionem non habentes vel amorem, dictarum literarum Apoſtolicarum et proceſſuum publicatorum non ignari, in contemptum mandatorum Apoſtolicorum publice dictum subſidium, ac ſtatus et honoris detrimentum, unde nos Johannes de Demyn Commiſſarius ſupradictus cupientes infra terminos et metas noſtre Commiſſionis ſeu

collectorie debitam in commisſis exhibere diligenciam et hujusmodi processus et mandata prefatorum Dominorum Nicolai et Bernardi ſedis Apoſtolice nunciorum Dominorum ad effectum perduci optatum, vobis univerſis et ſingulis ſupradictis eadem auctoritate apoſtolica diſtricte precipimus et mandamus ſub penis et ſententijs in dictis processibus contentis, quatenus singulis diebus Dominicis et festivis dictos Dominos, Abbates, Prepositos et Prelatos In Luneborch, in Schermbeke, in Lune, in Hilghendael, in Ebekeſtorpe, in Medinghe, in Oldenulſen, in Yfernhaghen, in Diſtorpe, in Harenze, in Kreveze, in Dambeke, in Soltwedele, in Oldenbucſtehude et alios Prelatos, ac Abbatisſas et Prioriſſas monasteriorum Verdenſis Dioceſis in veſtris Eccleſiis candelis accenſis et extinctis pulsatisque campanis excommunicatos publice nuncietis, quos et nos et eorum quemlibet sic excommunicamus in hijs ſcriptis, Conventusque ipſorum ac Monasteria eorum Eccleſiaſtico ſupponimus Interdicto. A predicta vero denunciacione non ceſſetis, donec Eccleſie mandatis venerint parere, et a nobis vel ſuperiori nostro abſolutionis beneficium meruerint obtinere- In quorum omnium et singulorum teſtimonium presentes literas, sive hoc presens publicum inſtrumentum per Notarium publicum infrascriptum ſcribi et publicari mandavimus et sigilli noſtri fecimus appenſione muniri. Datum et actum Lubek Anno Domini M̊. CCC.° Lxxvij Indictione XV̊ die vij menſis Marcii. Pontificatus dicti Domini noſtri Gregorii Pape xj anno septimo. Preſentibus honorabili viro Magistro Ermano Witten Canonico Lubicenſi et Johanne de Ulſen Clerico Verdenſis Dioceſis, Teſtibus ad premisſa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Marquardus Heſnaghel clericus Ratzeburgenſis dioceſis publicus Imperiali auctoritate notarius premisſis omnibus et ſingulis dum sic ut premittitur per dictum Commisſarium fierent et agerentur presens interſui eaque ſic fieri vidi et audivi et de mandato ipſius hic me subscripſi et in hanc formam publicam redegi in testimonium premiſſorum vocatus et legitime requiſitus.

S . IOHANNIS . DE . DEMIN . PRESBITERI. S. MARIA.

Urk. 690.

Edelherr Rudolf von Diepholz, Archidiakon zu Modeſtorpe beauftragt ſeinen Official Diedrich von Harſefeld, ſtatt ſeiner die Reſignirung der Pfarre St. Cyriaci außerhalb der Mauern der Stadt Lüneburg durch den Pfarrer Diedrich von Lembeck entgegen zu nehmen. Verden. 2. April 1377.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urkunde 691.)

Nos Rodolphus de depholte Nobilis, Archidiaconus in Modeſtorpe in Eccleſia verdenſi Dilecto nobis domino Tiderico de hertzeuelde Officiali noſtro Salutem et in domino caritatem Noueritis quod pro parte diſcreti viri domini Tiderici de leembeke Rectoris Eccleſie Sancti Cyriaci extra muros opidi Luneborch nobis eſt expoſitum quod ipſe eandem ſuam Eccleſiam pure et ſimpliciter intendat reſignare Sibique graue ſit et minus tutum ad noſtram perſonaliter accedere preſenciam pro huiusmodi reſignacione in manibus noſtris facienda Quare diſcrecioni veſtre committimus et damus firmiter in mandatis quatinus cum dictus dominus Tidericus eandem Eccleſiam in manibus veſtris reſignauerit, Reſignacionem ſuam auctoritate noſtra recipiatis et admittatis, quam eciam extunc tamquam in manibus noſtris facta foret gratam habemus et acceptam. In cuius noſtre commiſſionis euidens teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum Datum Verdis anno domini M̊ CC̊C Lxxvij̊ Menſis Aprilis die Secunda. ·.· ·.·

Siegel abgefallen.

Urk. 691.

Thiderich von Lembeke, Rector zu St. Cyriaci vor Lüneburg, reſignirt vor Notar und Zeugen dieſe Kirche mit allen Rechten in die Hände des Thiderich von Herzfeld als hierzu von dem Archidiakon zu Modeſtorpe Rudolph von Diepholz ernannten Commiſſärs. 19. April 1377.

(Aus dem Copialbuch AE IV S. 121 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. 690, welche hier inſerirt iſt.)

Urk. 692.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß Otto von Saſendorf ſein Wohnhaus mit Hof und Hausſtelle, gelegen, wo nun das Kloſter St. Michaelis gebaut wird, unter Vorbehalt des lebenslänglichen Gebrauchs an den Rathsherrn Hartwig Abbendorf verkauft hat. 6. Juli 1377.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis Luneborgh Hartwicus de ſalina. Johannes langhe. Ludolphus vintlo. Johannes de ponte. Ludemannus ruſcher. Johannes rocſuale. Hoyne ſodmeſters. Jacobus de ponte. Brand van tzerſtede. Sanderus ſchellepeper. Thidericus bromes Eylemannus beue. Tenore preſencium proteſtamur. quod Otto van zozendorpe. — — vendidit — — Hartwico abbenborgh noſtri conſilii ſocio. et eius heredibus. domum Curiam et aream. In quibus idem Otto nunc habitat. Cum omnibus edificijs. circumiacentibus et aree annexis, ſituatas iuxta locum illum. in quo nunc Monaſterium ſancti Mychaelis. conſtruitur. — — Datum Anno domini Milleſimo. Trecenteſimo. Septuageſimo ſeptimo. In Octaua apoſtolorum Petri et paulj . . . .

Siegel der Stadt Lüneburg, wie die Abbildung unter Urk. 423, verletzt.

Urk. 693.

Der Rath zu Lüneburg bezeugt, daß das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg länger als vor 28 Jahren einen halben Wiſpel Salzgut in der Saline von Nikolaus Bolte gekauft hat. 12. November 1377.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Schönes Siegel der Stadt Lüneburg, wie die Abbildung unter Urk. 423.

Urk. 694.

Der Rath zu Lüneburg einerſeits und die Aebte zu Harſefeld (im Amte gl. N.), Lüneburg, Oldenſtadt (im Amte gl. N.), Walkenried (im Kreisamte gl. N.), Amelunxborn (im Kreisamte Eſchershauſen), Dobberan (im Meklenb.-Schwerin. Amte gl. N.), Loccum, Reinfeld (im Holſtein. Amte gl. N.), Riddagshauſen (im Kreisamte gl. N.) Nienkamp (im Herz. Pommern), Scharnebeck (im Amte gl. N.) und Hiddenſee (auf der Inſel gl. N.), die Pröpſte, Dechanten und Canonici des Domes zu Verden, von St. Andreä daſelbſt, von St. Blaſii zu Braunſchweig, zu Bardowiek (im A. Winſen a. d. Luhe), Ramelsloh (daſ.), die Pröpſte zu Heiligenthal (im K. Kirchgellerſen A. Lüne), Ebſtorf (im Amte gl. N.), Lüne (desgl.), Medingen (desgl.), Buxtehude, Neukloſter (im A. Harſefeld), Walsrode (im Amte gl. N.), Diſtorf (in der Altmark), Dambke (im Amte gl. N. in der Altmark), Wienhauſen (in der Amtsv. Eicklingen), Iſenhagen (im Amte gl. N.) und Marienſee (im A. Neuſtadt a. R.), die Aebtiſſinn von St. Johannis und die Vormünder des heiligen Geiſtes zu Lübeck andererſeits erwählen zur Beilegung langer Mißhelligkeiten eine Commiſſion von 12 Bevollmächtigten. vier aus der Geiſtlichkeit, vier aus dem Rathe und vier aus der Bürgerſchaft. zur Erhebung aller

Salzgüter, um davon die Schulden nach einer feſtgeſetzten Norm abzubezahlen. 25. November 1377.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedruckt im Walsroder Urkundenbuch Urk. 166. — Vergl. Urk. vom 1. Auguſt 1388.)

Urk. 695.

Der Rath zu Lüneburg gelobt eidlich aus Dankbarkeit für die der Stadt von den Salinebegüterten bewilligte Beihülfe und in Gegenwart der betreffenden Prälaten[1]), niemals ihre Salinargüter und Renten zu verringern, oder zu beläſtigen, ſondern ſie vielmehr gleich den ſtädtiſchen Gütern zu vertheidigen und zu ſchützen, welchen Eid jeder in den Rath Aufzunehmende ebenfalls ſchwören ſoll; wer demſelben zuwider handelt, iſt damit der Gerichtsbarkeit der Biſchöfe von Lübeck und Ratzeburg unterworfen. Bei beſondern drohenden Gefahren ſollen acht namhaft gemachte Prälaten alsbald zuſammenkommen, Mittel der Abwehr zu berathen, und bei Uneinigkeiten dabei der Rath zu Lübeck und Hamburg als Obleute entſcheiden. Die päpſtliche Confirmation ſoll zu den vorſtehenden Beſtimmungen eingeholt werden. Lüneburg, 25. November 1377.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 1. Auguſt 1388.)

In nomine domini amen. Nos Thidericus Springintgud. Albertus Hoyke. Johannes Langhe. Ludolphus Vintlo. Hartwicus Abbenborg Johannes Semmelbeker. Nycolaus de Molendino Johannes de Ponte Ludemannus Ruſcher. Johannes Rocſwale. Heyno Sotmeſters. Jacobus de ponte Heyno Munther. Sanderus Schellepeper. Brand de tzerſtede. Haſſeke. Nycolaus Schomaker. Tidericus Bromes. Engelbertus Cappenberch. Johannes Grabowe. Johannes Dicke. Eylemannus Beue. Conſules Ciuitatis Luneborg. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam ea que geruntur in tempore ne lapſu temporis geſta ſimul cum tempore dilabantur. neceſſe eſt ea ſcripturarum teſtimonio perhennare. Dudum ſiquidem inter venerabiles et Religioſos patres et dominos. in Herfeuelde. in Luneborg. in Veteriulteſſen. in Walkenrede. in Amelunghesborne. in Dobberan. in Locken. in Reyneuelde in Riddageshuſen. in Nyencampe in Schermbeke et in Hiddenſee Monaſteriorum Abbates. Necnon Honorabiles dominos eccleſie Verdenſis ſanctorum Andree verdis et ſancte Marie in Hamborg Blaſij in Brunſwich Petri et Pauli in Bardewich et ſancti Sixti in Rameſlo. Eccleſiarum prepoſitos Decanos Canonicos et Capitula in hilghendale. in Ebbekeſtorpe. in Lune. in Medinghe. in Buxtehude. in Nouoclauſtro. in Walſrode in diſtorpe. in Dambeke in Wynhuſen in Iſenhaghene et in Marienſee. Monaſteriorum. prepoſitos. ac Abbatiſſam Monaſterij ſancti Johannis et prouiſores hoſpitalis ſancti ſpiritus in Lubeke ſancti Benedicti Ciſtercienſis. Premonſtratenſis et ſancti Auguſtini Ordinum. Maguntinenſis. Bremenſis Verdenſis Hildenſemenſis. Swerinenſis. Mindenſis Lubicenſis Halberſtadenſis et Roſchildenſis Dioceſis multosque alios prelatos et perſonas Eccleſiaſticas. ex vna et nos Conſules predictos ex altera ſuper bonis et redditibus ſuis ſalinaribus orta graui materia diſſenſionis, tandem ipſi prelati de benignitate maxima neceſſitati quam ob communem vtilitatem notorie incidimus condeſcendentes de certa ſubuencione pro huius neceſſitatis releuatione vna uobiſcum communiter facienda et in alijs literis noſtris ſub data preſencium in ydiomate wlgari confectis expreſſa pro ſe Eccleſijs Conuentibus Capitulis et Monaſteriis et omnibus ſibi ſubiectis generoſe concordarunt. omnes lites queſtiones et diſcordias ex ipſa diſſenſione quolibet ſubortas amicabiliter et integraliter nobiſcum componentes. Nolentes igitur tante gratitudinis beneficentiam obliuionj committere aut poſteris noſtris viam contra ipſam compoſicionem veniendi relinquere ſed eam omnibus

[1]) S. dieſelben namentlich aufgeführt in Urk. 694.

quibus poſſumus modis et cautelis precludere cupientes tenore preſencium recognoſcimus. quod nos Conſules prenominati ſingulariter ſinguli nomine noſtro proprio. necnon Ciuium Luneborgenſium in animas noſtras et eorum pro nobis et ipſis ac ſucceſſoribus noſtris tactis more noſtro ſanctorum reliquijs in preſencia predictorum prelatorum libere et ſponte corporale preſtitimus Juramentum quod ſcilicet ſalua ſubuentione pretacta bona et redditus ſalinares eorundem prelatorum Conuentuum Eccleſiarum Capitulorum Monaſteriorum et beneficiorum et omnium predictam compoſicionem ratificancium et obſeruancium nullo vmquam tempore volumus aut debemus inuadere vſurpare occupare detinere peiorare uel eciam impedire aut grauare qvouis modo ſeu ingenio per nos uel alios conſilio aut facto publice uel occulte ſed ipſam ſalinam bona et redditus ſalinares omnium predictorum et aliorum hanc compoſicionem ratificancium et obſeruancium debemus et volumus in omnj Jure et libertate abſque dolo conſeruare manutenere et defendere et ad inſtar aliorum bonorum noſtrorum et Ciuitatis Luneborg iuxta omnem poſſibilitatem noſtram fideliter propugnare omneſque pretactos permittere bonis et redditibus ſuis ſalinaribus cum omnj proprietate poſſeſſione vtilitatibus et vniuerſis et ſingulis obuencionibus perpetuis gaudere temporibus libere pacifice et quiete. Nec debemus aut volumus aut ſucceſſores noſtri perpetuo debent deinceps aliquem ad Conſulatum luneborgenſem recipere niſi in principio huius ſue receptionis Conſulibus luneburgenſibus qui fuerint pro tempore de obſeruandis compoſicione et libertate ſaline predictis et de non recipiendo aliquem ad Conſulatum niſi ille id ipſum corporali Juramento ſuo firmet ſimile preſtet ſacramentum. Quod ſi huius Compoſitionem et Juramenta per Conſules et Ciues Luneborgenſes alterutrum eorum prelatis ipſis aut cuicunque alteri Eccleſiaſtice uel ſeculari perſone bona redditus ſalinares habenti et pretactam compoſicionem ſeruanti aliquando quod abſit violari uel eis in aliquo contraueniri contigerit. Nos ex nunc Conſules uel Ciues Luneborgenſes tunc in hoc culpabiles de conſenſu ſuperiorum noſtrorum ſcienter et ſponte Jurisdiccionj et cohercioni dominorum Epiſcoporum Lubicenſium et Raceburgenſium qui fuerint pro tempore in hoc tamen caſu duntaxat tenore preſencium ſubicimus et ſubmittimus et Jurisdiccionj ipſorum quod ad hoc omnj Jure quo melius fieri poterit prorogamus volentes et conſencientes quod predicti domini Epiſcopi uel eorum alter aut deputatus ab ipſis ſeu eorum altero in caſu trangreſſionis predicte cenſuram eccleſiaſticam et alia Juris remedia oportunis proceſſibus intunc Conſules uel Ciues Luneborgenſes in hoc culpabiles ſemel et pluries ferre et excercere poſſint et promulgare. Renunciantes expreſſe in omnibus et ſingulis premiſſis omnj exceptioni non ſic geſte rei non ſic inite compoſicionis, non ſic preſtiti Juramenti non ſic celebrati contractus, non ſic ſubiectionis ſubmiſſionis et prorogationis facte, non ſic conſenſus adhibiti aliter uel plus ſcriptum quam ſic dictum et econtra, doli mali vis metus fraudis omnj actionj in factum condictionj indebiti ob iniuſtam uel turpem cauſam omnj ſtatuto conſuetudini et priuilegio loci et fori in integrum reſtitutionj appellationj omnj impetracionj literarum apoſtolicarum et aliarum quarumcunque et cuilibet alteri exceptionj et auxilio Juris Canonicj et Ciuilis quibus contra premiſſa uel eorum aliquod facere uel nos iuuare poſſemus quouis modo et ſpecialiter Juri dicenti generalem renunciacionem et factam extra iudicium niſi ſpecialis preceſſerit non valere. Verum ſi aliqua ineuitabilis neceſſitas puta Ciuitatis obſidio aut alia grandis aduerſitas de qua Ciuitas et ſalina viſibiliter deſtrui deperire uel ad nichilum redigi aut notabiliter periclitarj uel graue detrimentum ſuſtinere poſſent quod abſit emerſerit debebunt Conſules tunc Luneborgenſes id quod imminet prelatis quos res tangit et ſpecialiter in Luneborg in dobberan in Reynenuelde et in Schermbeke Monaſteriorum Abbatibus in Lubeke et in Hamburg Eccleſiarum Decanis. Necnon in Ebbekeſtorpe et in Lune Monaſteriorum prepoſitis ſeu eorum locatenentibus inſinuare et exponere qui ſuper hoc debebunt abſque difficultate con-

uenire et quidquid Octo predicti. uel maior pars ex ipſis ad ſuccurſum neceſſitatis huius faciendum iudicauerint id fierj debebit et obſeruarj. Qui ſi in hoc diſſenſerint ad quam partem prelatorum prenominatorum conſenſus Conſulum Lubicenſium et Hamburgenſium quos ad hoc ſuperiores concorditer eligimus et rogamus acceſſerit eorum ſeruarj debebit arbitrium compoſicione Juramentis et omnibus aliis ſupraſcriptis ſalua moderacione huius articuli nichilominus in ſuo robore vna cum alijs literis noſtris ſuper iſta eadem compoſicione in wlgari confectis ydiomate perpetuo duraturis. Ceterum quia parum eſſet compoſitiones et ordinaciones huiusmodi inire uel facere niſi ſit qui eas tueatur. Preſentibus rogamus petimus et conſentimus ut premiſſa omnia et ſingula eum executorum deputacione meliori modo quo fieri poterit per ſedem apoſtolicam confirmentur. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium preſentes litteras Sigillo Ciuitatis Luneborg fecimus communirj Sub teſtimonio venerabilium virorum dominorum Anthonij de thune Rectoris Eccleſie ſancti Johannis in Luneborg. Bertoldi de Dunowe Officialis Curie verdenſis. Tyderici de herſeuelde vicearchidiaconj in Modeſtorpe et aliorum multorum fide dignorum ad hoc ſpecialiter rogatorum. Datum Luneborg. Anno dominj. Milleſimo. Trecenteſimo Septuageſimo ſeptimo Indictione Quintadecima. In die beate Catherine virginis et martiris glorioſe.

Siegel der Stadt Lüneburg, wie die Abbildung unter Urk. 423, verletzt. Von einem andern Originale iſt das Siegel abgefallen.

Urk. 696.

Der Rath zu Lüneburg einerſeits und die Aebte zu Harſefeld (im Amte gl. N.), Lüneburg, Oldenſtadt (im Amte gl. N.), Walkenried (im Kreisamte gl. N.), Amelunxborn (im Kreisamte Eſchershauſen), Dobberan (im Meklenb.-Schwerin. Amte gl. N.), Loccum, Reinfeld (im Holſtein. Amte gl. N.), Riddagshauſen (im Kreisamte gl. N.), Nienkamp (im Herz. Pommern), Scharnebeck (im Amte gl. N.) und Hiddenſee (auf der Inſel gl. N.), die Pröpſte, Dechanten und Canonici des Domes zu Verden, von St. Andreä daſelbſt, von St. Blaſii zu Braunſchweig, zu Bardowiek (im A. Winſen a. d. Luhe), Ramelsloh (daſ.), die Pröpſte zu Heiligenthal (im K. Kirchgellerſen A. Lüne), Ebſtorf (im Amte gl. N.), Lüne (desgl.), Medingen (desgl.), Buxtehude, Neukloſter (im A. Harſefeld), Walsrode (im Amte gl. N.), Diſtorf (in der Altmark), Dambke (im Amte gl. N. in der Altmark), Wienhauſen (in der Amtsv. Eicklingen), Iſenhagen (im Amte gl. N.) und Marienſee (im A. Neuſtadt a. R.), die Aebtiſſinn von St. Johannis und die Vormünder des heiligen Geiſtes zu Lübeck andererſeits erwählen zur Beilegung langer Mißhelligkeiten eine Commiſſion von 12 Bevollmächtigten, vier aus der Geiſtlichkeit, vier aus dem Rathe und vier aus der Bürgerſchaft, zur Erhebung aller Salzgüter, um davon die Schulden nach einer feſtgeſetzten Norm abzubezahlen. 25. November 1377.

(Aus dem Copiar. abgedr. im Urkb. des Kloſters St. Johann zu Walsrode Urk. 186.)

Urk. 697.

Abt Bodo, Prior Bertold und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Hildesheim nehmen, auf Vorſchlag des Abts Werner, Priors Willekin und Convents des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg vom 21. December 1377 den reuigen Apoſtaten, vom letztern der Excommunication enthobenen Profeß Bodo von Salder nach deſſem Wunſche und der Bewilligung des Verdener Biſchofs Heinrich, in ihr Kloſter auf, und acceptiren die ihm vom Kloſter St. Michaelis in Lüneburg dargebotene Unterſtützung von anderthalb Chor Salzgut auf ſeine Lebenszeit. 25. April 1378.

(Nach dem Copialbuch Nr. 4 S. 122 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover. — Das Schreiben des Kloſters vom 21. December 1377 iſt inſerirt.)

Venerabilibus et Religiofis viris Dominis wernero Abbati wilkino Priori et conuentui Monasterii Sancti Michaelis in lůneborg ordinis Sancti Benedicti verdenſis dyoceſis Bodo Abbas Bertoldus prior et Conuentus Monaſterii Sancti Michaelis in hildenſem eiuſdem ordinis Orationes et in domino caritatem Literas veſtras tranſlationes Bodonis de zalder cum eo quo decuit honore nos noueritis recepiſſe quas de verbo ad verbum tenorem continere recognoſcimus infraſcriptum Venerabilibus et Religioſis viris dominis Bodoni Abbati, Bertoldi Priori, Monachis et conuentuj Monaſterii Sancti Michaelis in hildenſem ordinis Sancti Benedicti, wernerus dei gratia Abbas Monaſterii Sancti Michaelis in luneborg eiuſdem ordinis verdenſis dyoceſis Orationes deuotas et ſinceram in domino caritatem. Ad veſtre deuotionis tenore preſencium deducimus noticiam, quod Bodo de zalder profeſſus noſtri Monaſterii perſonaliter in noſtra preſencia conſtitutus nobis humiliter ſupplicauit, quatenus ipſum ab apoſtaſia ordinis et habitus ſponte redeuntem generoſe recipere et ordini ac habitui predictis redintegrare, et eundem iuxta conſtitutionem domini noſtri pape Benedicti XII que incipit Paſtor bonus a Sententia excommunicationis qua apoſtando incurrit abſoluere dignaremur. Super quibus cum pericioribus deliberata de eodem Bodone viciniora ſaluti ſperantes ipſum ad ordinem et habitum temere dimiſſos recepimus Salua tamen ordinis diſciplina, Dictus eciam Bodo nobis Subiectionem reuerenciam et obedientiam debitas repromiſit, Ipſumque in forma eccleſia iniuncta Sibi penitentia ſalutari abſoluimus ab excommunicationis Sententia quam a canone latam noſcitur incurriſſe. Deinde prefatus Bodo nobis expoſuit attencius ſupplicando, quatenus cum ipſe in loco Lůneborg propter iuſtum metum et deſtructionem antiqui noſtri Monaſterii et imperfectionem nouiter inſtaurati, de cuius perfectione celeri non ſperatur non poſſit penitentiam ſuam adimplere, ac mores et vitam emendare, Sibi licenciam tranſeundi ad Monaſterium veſtrum et conuentum vt ibidem duceret vitam monachalem et penitentiam iniunctam adimpleret concedere curaremus, Preſertim cum in veſtris literis nobis per ipſum porrectis vos ad recipiendum ipſum ad veſtrum Monaſterium et fraternitatem vos exhibueritis liberales, Ac venerabilis in chriſto pater dominus noſter dominus henricus epiſcopus verdenſis in Suis literis ad nos directis ſuam licentiam vt tranſferatur ex toto conceſſiſſet cum ipſo generoſe diſpenſaſſet Nobis igitur cum Priore Monachis et fratribus noſtri conuentus Solito more pro tractatibus Conuentualibus congregatis, tractatu diligenti et deliberatione plena prehabitis, Petitiones dicti Bodonis veriſimiles et rationi conſonas admiſimus, Ipſumque duximus tranſferendum, Quo ſponte libere ſimpliciter et irreuocabiliter omnibus et Singulis Juribus in noſtro Monaſterio conuentu et fraternitate Sibi competentibus renuntiante, ad locum ordinem et conuentum veſtros predictos ipſum tranſtulimus et eo per vos recepto habemus pro tranſlato, ne vero Sepedicti Bodonis translatio, et veſtra receptio Monaſterio veſtro fiat oneroſa, nos ad ſuſtentationem vite dicti Bodonis Redditus unius chori ſalis et dimidii plauſtri in Salina luneborg, quam diu in obedientia abbatis qui pro tempore eidem veſtro Monaſterio preſuerit vitam duxerit monachalem et quoad uixerit veſtro Monaſterio deputamus. Quos quidem redditus poſtquam de Receptione dicti Bodonis et veſtris literis veſtri et conuentus veſtri Sigillis ſigillandis tenorem preſecium literarum continentibus facti fuerimus certiores vobis vel veſtro nuncio ad hoc deputato in luneborg Singulis fluminibus poſt inſtans feſtum natiuitatis chriſti prouenientibus de Salina abſque deductione onerum de preſenti imminenciam dabimus et ſoluemus, Si vero quod abſit poſt datam preſencium Salinam et redditus ſalinares in quibuſuis perſonis ſeu qualibus vniuerſitate quibuſcunque Impoſitionibus, collectis talliis preſtacionibus perangariis contingeret onerari, Seu per quemcunque caſum fortuitum impediri ad omnia huiusmodi onera ſupportanda et caſus fortuitos ſubeundos non volumus nec intendimus obligari, Sed quicunque dictis oneribus deductis et caſibus fortuitis in vos receptis de eiſdem choro et dimidio plauſtro obuenerit

duntaxat exſoluemus Ceterum eodem Bodone quod abſit abſque licentia Abbatis qui pro tempore veſtro Monaſterio prefederit euagante, Ipſoque rebus ab humanis exempto, a Solutione dictorum Riddituum penitus liberi erimus et ſoluti In quorum omnium eiudens teſtimonium noſtrum et noſtri conuentus Sigillo ex noſtra certa ſcientia preſentibus ſunt appenſa Datum et actum lûneborg Anno domini M CCC LXXVII In die beati Thome Apoſtoli Preſentibus honorabilibus et Religioſis viris dominis Meynardo Abbate in Schermbeke Ottone in hilghendale hinrico in Ebbekeſtorpe et Johanne in Lûne prepoſitis necnon volrado Laſſan preſbitero et Marquardo de Plone notario publico teſtibus in premiſſis. Quibus quidem literis decenter receptis nobis per eundem Bodonem preſentatis deliberatione dilegenti et tractatu prehabitis, de vnanimi conſenſu dictum Bodonem de veſtris Monaſterii conuentu et fraternitate tranſlatum in noſtrum monachum recepimus et in fratrem, ipſumque plene et realiter tranſlatum et nichil commune vobiſcum de cetero retinentem, recipimus per preſentes, Nos etiam literas veſtras de et ſuper huiusmodi translatione nobis directas, in omnibus et Singulis earum clauſulis formis modis et tenoribus collaudamus ratificamus et approbamus Inſuper confitemur proteſtantes quod in aſſignatione reddituum noſtro Monaſterio ad ſuſtentationem vite dicti Bodonis liberaliter per vos facta, contenti ſtamus, vltra quam ſub modis et formis in eiſdem veſtris literis expreſſis nihil penitus exigemus Premittentes nos tranſlationem Receptionem et literas predictas et earum clauſulas modos formas et tenores. gratas et ratas habere et tenere nec quidquam facere per nos vel alium ſeu alios directe vel indirecte de jure vel de facto Renunciantes exceptioni doli mali rei ſic non geſte et omni auxilio Juris et facti quibus contra premiſſa vel eorum aliquid obici poſſit aliqualiter vel opponi. In quorum omnium teſtimonium nos Bodo Abbas et conuentus predicti, preſentes literas noſtris Sigillis preſentibus appenſis Juſſimus roborarj. Datum Anno dominj M CCC LXXVIII Ipſo die beati Marci ewangeliſte.

Urk. 698.

Heinrich von Eſtorf, Otto's Sohn, verkauft der Kirche und den Kirchengeſchwornen zu Bienenbüttel einen Hof in Bargtorf (im K. Wichmannsburg A. Medingen), außer einer Geld- und Fruchtrente, welche er den Prieſtern zu Veerßen (im A. Oldenſtadt) geſchenkt hat. 1378.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Jk Hinrik. Otten zone van Eſtorpe — — hebbe verkoft rechtes eruekopes dem godeshuſe to Bynenbuttele — — mynen hof to Berchtorpe — — Vebaluen achte ſchillinghe gheldes vnde Sees ſchepele rogben gheldes in dem ſuluen boue, de ik hebbe gheuen vmme godes willen. den preſteren to vernſen. — — (Schad.) medelouere zeghebande van Eſtorpe — — (Beſiegelung) na godes bord duſent iar drehundert iar in dem acht vnde Seuentichſten iare in dem hilghen daghe vſer vrowen in der vaſten.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 699.

Abt Werner Grote, Prior Willekin von Ilten, Küſter Ulrich von Berfeld und das Capitel des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verpachten an Sander Plige für 36 Mark ihre Schule in der Stadt Lüneburg aufs Neue auf vier Jahr. 2. Februar 1378.

(Nach dem Copialbuch № 6 fol. X b. f. des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archiv zu Hannover.)

Wy her werner de grote van der gnade godes abbet to Sunte Michelis munſtere to luneborg her wilken van yltene prior her olrik van beruelde Koſter vnde dat gantze Capittel des zuluen Munſters Bekennen openbare in deſſeme breue, dat wy mid willen hebbet vorhuret hern Sandere plighen.

vnſe ſchole in der Stadt to luneborg mit alleme rechte vnde wonheyt, alſo, alze he ze er ghehad heft, to veer Jaren, Van Sunte Johannes daghe to middenſomere de nu negheſt to komende is an to rekende na der vthgift deßes breues, dar ſchal he vns vore gheuen alle iarlikes, Seſſe vnd druttich mark luneborgher pennighe to hüre, vnde we ſchüllen dem vorbenomden hern Sandere bynnen den veer Jaren de ſchole nicht vp ſegghen, vnde he ſchal. ze vns ok bynnen der thid vorbenomd nicht vp ſegghen, Ok ſcholle wy vnd willen eme behulpen weſen deſſe ſchole to vorſtande, des wy eme van rechtes weghene plichtlicht ſint wor wi mogben ſunder wedderſprake, — — To ener beteren betughinge deſſer dingh, So hebbe we her werner abbet vorbenomd vnſe ynghezeghele mid des vorbenomden Capiteles ynghe-ſeghele ghehenget to deſſen breue gheſcreuen vnde gheuen na godes bord druttevnhundert Jar In deme achte vnde Seuentigheſten Jare In vnſer leuen vrowen daghe to lichtmiſſen.

Urk. 699 a.

Abt Werner Grote zu St. Michaelis in Lüneburg verpfändet dem Bürger Diedrich Bardewich zu Lüneburg ein Abtei-Salinengut, bis demſelben ein Darlehn von ſechshundert Mark erſtattet worden iſt. 12. März 1378.

(Aus dem Copialbuch № 5 S. IX f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 700.

Diedrich von dem Berge, Vormund der Kinder Gevehard's von dem Berge, Burchard's Sohnes, Diedrich von dem Berge, Domküſter zu Verden, Hans, Werner, Manegold's Söhne, Heinrich, Diedrich's Sohn, und Gevehard, Gevehard's Sohn, alle von dem Berge verpfänden an Henneke Hergherd von Vogelſen, Godeke von Gerſtedt und die Gebrüder Tideke und Heineke Drewes die um die Stadt Lüneburg liegenden zehntfreien Aecker, welche Werner von dem Berge gehört haben. Lüneburg, 4. April 1378.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 13. Januar 1426.)

Jck Diderick van dem Berghe ſakewolde. vnde vormunder der kindere Geuerdes van dem Berghe. de Borchardes ſone was. dem ghot gnedich ſy. vnde wi her Diderich van dem Berghe Coſter der kerken to verden. Hans. werner hern Manegoldes ſone. Hinrik des vorbenomenden Diderkes ſone. vnde Geuerd. Geuerdes ſone. alle gheheten van dem Berghe. medelouers. Bekennen openbar In deſſeme Jeghenwardeghen breue. Dat wi vor driddehalf hundert mark Luneborgher penninghe. de in vnſer aller nut. vnde vns allen to ghude komen ſin. to dem ghelde. dar wi ver Metten. hern werners dochter van dem berghe. vnde wernere van deme knefbeke eren ſone mede legheren ſcholden. hebben — — vor-pendet vnde vth vnſer were lathen — — Henneken hergherdes van voghelſen. Godeken van Gerſtede. Tideken Dreweſes. van Ochtmiſſen. Heyneken ſynem brodere. vnde erer aller rechten Eruen. de Ackere de vmme de Stad to Luneborg belegen ſyn. de Hern wernere van dem Berghe to hord hadden vnde nu to vns ghekomen ſin. — — (Grſ., Vz., Gwl. u. Beſiegelung) Luneborg na godes bort Drytteynhun-dert Jar dar na in dem Achte vnde Souenteghеſten Jare des Sondaghes vor palmen.

Reſt eines Herzſiegels mit den Buchſtaben „S' THIDE"; länglich rundes Siegel Diedrichs, Küſters zu Verden, verwiſcht; drittes Siegel abgefallen. Zerbrochenes rundes Siegel mit den Buchſtaben „R DE MONTE"; rundes „† S' HIN . . . . DE * . . . TE", und die Hälfte eines Herzſiegels mit den Buchſtaben „E + MONTE", wie unter Urk. 677 a an letzter Stelle, jedes mit dem gezackten Balken.

Urk. 701.

Schreiben des Abts Bodo, Priors Bertold und des Convents des Kloſters St. Michaelis in Hildesheim an den Abt Werner, Prior Willekin und den Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg

über die Verſetzung des Bodo von Salder, weiland Conventualen in Lüneburg, von Lüneburg nach Hildesheim. 25. April 1378.

(S. daſſelbe in der Urk. 697 vom 21. December 1377.)

Urk. 701 a.

Domdechant Johann zu Verden befiehlt als Conſervator des Hildesheimer Dompropſtes Nikolaus, welcher vom Abte Werner zu Lüneburg, als päpſtlicher Principal-Conſervator, ſubdelegirt iſt, allen Geiſtlichen in den Provinzen Mainz, Köln, Bremen ꝛc., den Biſchof Albert zu Halberſtadt, Edelherrn Walter von Dorſtadt, Gevehard von Hoym, Lippold von Röſſing, Johann's Sohn, und etwa dreißig andere Männer aufzufordern, mit dem excommunicirten Grafen Burchard von Reinſtein in keiner Beziehung in Verbindung zu treten bei gleicher Strafe. Verden, 23. Juli 1378.

(Aus einer Abſchrift in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Urk. 702.

Wasmod von Meding und ſeine Söhne Heinrich und Jordan verkaufen an Henneke Gerwens einen Acker und eine Wieſe an der Alten Aue auf Wiederkauf. 1. November 1378.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

We wasmod van Medingen Hinrik vnde Jordan des ſuluen wasmodes ſones. — — ſetten. henneke gherwenſen vnde ſyne rechten eruen den acker vppe der olden ov. vnde de wiſche de dar tho horet — — (Grſ.) na goddes bord drutteynhundert Jar In deme achten vnde ſeuenthigheſten Jar In deme hilghen daghe alle godes hilghen.

. Drei runde Siegel: „† S WASMOD DE MEDINGHE“, „† S + HINRICI + DE + MEDINGHE“ und „† S JORDAN DE . MEDIGE“, jedes mit einem rechts ſchreitenden Hirſche (ohne Decke).

Urk. 702 a.

Abt Werner Grote, Prior Willekin von Ilten und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verpfänden an Hille, Hausfrau des Knochenhauers Johann Wytte, und ihre Söhne Johann und Gödeke einen Wiſpel Salzgut in der Saline Lüneburg zur allmähligen Hebung von 14 Mark Darlehn an die Abtei. 6. Januar 1379.

(Nach dem Copialbuch M. 5 S. XI. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Wy her werner de grote van der gnade godes Abbet her wilken van yltene prior vnde de gantze Couent ſunte Michelis Munſter to Luneborch — — hebben — — to pande ghezahlt hillen de ichtes wanne Johan wytten des knokenhowers huſvrowe was bern Johanne vnde godeken eren zones — — enen wiſpel zoltes mantghudes In dem hus to nedderen berdinghe vp der zulten to Luneborch In der wechpanne to der luchteren hand — — Wan ſe deſſe vertich mark altomale dar vthe boret hebbet So ſchal deſſe vorſcreuene wiſpel zoltes vryg vnde quijt wedder to vns komen — — To ener groteren betughinge deſſer ſtucke hebbe wy des abbetes ynghezeghele mid des couentes ynghezeghel. henget an deſſen breſ Den wy gheuen. hebbet na godes bord Drutteyn hundert In dem neghen vnde Seuentigheſten Jare des hilghen daghes to twelften.

Urk. 703.

Manegold von Eſtorf, Eggehard's Sohn, und ſeine Söhne Ludolf und Manegold verkaufen dem Bürger Peter von dem Hope zu Lüneburg einen Hof am Wege vor dem Grimmer-Thore. 20. Januar 1379.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Wy Manegolt van eſtorpe eggherdes ſone. Ludolf vnde Manegolt, Manegoldes ſones brodere ok geheten van eſtorpe — — hebben vorkoft. gheſat. vnde vpgelaten. Petro van dem hope Borgere to luneborch vnde ſinen rechten eruen vnſen hof den wy hebben vor dem grymmeren dore by dem wege mit aller nod rente — — (Beſiegelung) na godes bort Druttehnhundert iar in dem neghen vnd Souentigeſten iare In dem hilgen dage ſunte fabianus vnde Sebaſtianus.

Beide Siegel abgefallen.

Urk. 704.

Abt Werner Grote, Prior Willekin von Ilten und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg beſtellen den Heinrich Bremer zu ihrem Mauermeiſter gegen eine Leibrente aus der Saline Lüneburg. 12. März 1379.

(Nach dem Copialbuch M. 5 Fol. xij des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

We her werner de grote Abbet her Willeken van yltene Prior vnde vortmer de ganze Conuent des Munſters Sünte Micheles to Luneborg — — hebbet entfanghen hinrike bremere to vnſeme mûremeſtere vnde to gheſinde de wile dat he leuet vnde we ſchullet vnde willet eme gheuen vnde vp boren laten enen haluen wiſpel ſoltes den eme vnſe buwmeſter ſcal betalen in allen vluden to vûller renthe de wile dat he leuet vnbewûren. wan he auer afgheyt So wille we to deſſer vorbenomden renthe vnvorbunnen weſen — — (Beſiegelung) na godes bord duſent iar drehundert iar in deme neghen vnde Seuentigheſten iare in Sünte gregories daghe des hilghen peueſes.

Urk. 705.

Papſt Urban VI. bewilligt allen Bußfertigen, die an gewiſſen Feſten zur Reparatur der Kirche St. Michaelis in Lüneburg Beihülfe leiſten, einen Ablaß. Rom, 4. April 1379.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urbanus epiſcopus ſeruus ſeruorum — — (Egf.) Cum itaque ſicut accepimus eccleſia Monaſterij ſancti Michaelis in Luneborgh ordinis ſancti Benedicti Verdenſis dioceſis, de Caſtro loci Luneburgh in quo ſita fuit, cum ipſo Monaſterio ad alium locum tranſlata, magna reparacione indigeat, ad quam eciam propter guerrarum diſcrimina, que ibidem hactenus uiguerunt, dilectorum filiorum . . Abbatis et Conuentus ipſius Monaſterii non ſufficiant facultates, et propterea pie fidelium elimoſine noſcantur plurimum oportune, Nos — — omnibus uere penitentibus et confeſſis, qui — — prefatam eccleſiam deuote uiſitauerint annuatim et reparacioni ipſius eccleſie manus porrexerint adiutrices, ſingulis videlicet feſtiuitatum celebritatis vnum Annum et Quadraginta dies, octauarum uero et Sex dierum predictorum, diebus quibus predictam eccleſiam uiſitauerint, et manus porrexerint ut prefertur, Centum dies de iniunctis eis penitencijs miſericorditer ralaxamus preſentibus poſt decennium a datis earum computandum minime ualituris. Datum Rome apud Sanctammariamtranſtiberim II Nonas Aprilis Pontificatus noſtri Anno Primo .˙.

Plumbum abgefallen.

Urk. 706.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg belehnen den Johann Moller auf Erbenzins mit der Mühle in Neetze (Kirchd. im A. Scharnebeck), welche derſelbe von Heino Todemannsburg gekauft hat. 9. Juni 1379.

(Nach dem Copialbuch M. 5 fol. XIIIIb. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. 711.)

— — Nos dei gratia Wernerus Abbas wilkinus Prior. Totuſque Conuentus Monaſterij Sancti Michaelis. in Lůneborg — — (Cgf.) ſcire cupimus vniuerſos, quod Johannes Molre ſuique heredes emerunt Molendinum in Netze a Heynone Todemanſborch — — quod dicto Johanni ſub annuo cenſu in pheodo contulimus — — Debet eciam prenominatus Johannes et ſui heredes ſepeſatum Molendinum in ſtructura et in aliis quibuſcunque poterint meliorare nec in aliquo peiorare. Huius rei teſtes ſunt Schacko de arndorpe Hinricus Luttekemarke Johannes Kedenbeke opidani in Luneborg et Johannes Schomaker Incola ville netze et quam plures alij fide digni Vt autem iſtud factum ratum maneat et illeſum a nobis et noſtris ſucceſſoribus preſens ſcriptum fecimus ac dedimus Sepedicto Johanni et ſuis heredibus legitimis noſtris Sigillis ſigillatum. Actum et datum. Anno domini M CCC lxxix Ipſo die Primi et feliciani Martirum Beatorum.

Urk. 706 a.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß das Kloſter Scharnebeck ein Salzgut in der Herrſchaft des Kloſters Lüne im Hauſe Codſinghe in der Saline Lüneburg dieſem Kloſter tauſchweiſe gegen ein anderes Salzgut überlaſſen und dabei letzteres ſich verpflichtet hat, eine aus erſterm Salzgute ſchuldige Geldrente von einer Mark zu entrichten, wovon auch das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg acht Schillinge erhält; daß überdies ein zweiter Tauſch vollzogen iſt, und das Kloſter Scharnebeck von Meniko von Wenikhauſen noch ein Salzgut gekauft hat. 24. Juli 1379.

(Aus einer Abſchrift in den Gebhardiſchen Manuſcripten V 71 in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

Urk. 706 b.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verſprechen dem Rathsherrn Engelbert Cappenberg zu Lüneburg, ſeinem Sohne Arnd und ſeinem Vetter Arnd eine Schuld am 2. Februar zurück zu bezahlen. 24. Auguſt 1379.

(Aus dem Copiare V 5 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 706 c.

Biſchof Heinrich zu Verden befiehlt dem Propſte Johann zu Lüne, alle dem neu gebauten Kloſter St. Michaelis übertragenen, in der Kirche St. Cyriaci vor Lüneburg gegründeten und dotirten Beneficien nach erhaltener Einwilligung der Patrone an die Kapelle St. Lamberti innerhalb der Stadt zu verlegen. Verden, 31. Auguſt 1379.

(Nach einer Copie in dem Convolut Diplomata Verdenſia v. Büttner in der Königlichen Bibliothek zu Hannover.)

Henricus DEi et Apoſtolice Sedis gratia Verdenſis Eccleſie Epiſcopus Viro Domino Johanni Prepoſito in Lune noſtre dioceſis, Salutem in Domino. Cum Eccleſia quondam parrochialis Sancti Cyriaci extra muros oppidi Luneburg dicte noſtre dioceſis, ex certis et legitimis cauſis ad monaſterium Sancti Michaelis intra muros ejusdem oppidi noviter inſtauratum, per nos cum ei ſubjecto populo ſit translata, et ob hoc frequentacio chriſti fidelium ad eandem Eccleſiam ceſſaverit atque ceſſet, volentesque aliis beneficiis beneficiatis ejusdem Eccleſie paterna ſollicitudine benigne succurrere, vobis tenore preſentium committimus et nihilominus diſtricte precipiendo mandamus, quatenus omnia et ſingula Beneficia in eadem Eccleſia fundata et dotata ad Capellam Sancti Lamberti intra oppidum predictum cum omnibus ſuis redditibus, Juribus et pertinentiis ad requiſicionem Conſulum Luneburgenſium transponatis et transferatis, dum tamen Patronorum eorundem Beneficiorum ad id conſenſus

acceſſerit et voluntas, aliaque circa hujus transpoſicionem et translacionem quomodolibet neceſſaria vice et auctoriate noſtra facientes. Datum Verdis Anno Domini M. CCC. LXXIX. ultima die Menſis Augusti noſtro ſub ſigillo preſentibus appenſo.

† S. HENRICI. EPIS. ECCLE. VERDEN.

Urk. 707.

Lüder von dem Berghe verkauft dem Mönche Ludolf Kind zu St. Michaelis in Lüneburg 1 Wichbimpten Roggen aus einem Hofe zu Wittorf (im K. Bardowiek A. Winſen a. d. L.) auf Wiederkauf. 21. December 1379.

(Nach dem Copialbuch № 4 S. 129 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Jk luder van dem Berghe — — hebbe vorkofft hern ludelue kinde Monike to ſunte Michaelis cloſtere to luneborg — — Enen wichimpten roggen gulde in mynen houe to wittorpe dar nu Jorden vppe wonet to alle ſunte Michaelis daghen in der ſtad to luneborg vp to borende alſe iarmarket is to luneborg vmbeworen. vor 5 mark luneborger pennighe — — (Beſiegelung) na godes bord Drittevnhundert iar In dem negen vnde Seuentigeſten iare In ſunte Thomas dage des hilgen Apoſteles.

Urk. 708.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg bezeugen, daß ihr Hoſpitalar von den zu ſeinem Amte gehörenden Gütern ½ Chor Salzgut im Hauſe Berninghe in der Saline Lüneburg zurückgekauft hat. 10. Februar 1380.

(Aus dem Copialbuch № 4 S. 124 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 15. Juni 1376.)

Urk. 709.

Die Gebrüder Bertold und Detlef Kind verkaufen an Konrad Winaud einen freien Hof in Oehlſtorf (im K. Salzhauſen A. Winſen a. d. L.) mit Vogtei auf Wiederkauf innerhalb vier Jahren. 14. Februar 1380.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 709a.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß der Mitbürger Hoyemann dem Abte Werner, Prior Willekin und Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ein Fuder Salzgut im Hauſe Koedzinghe in der Saline daſelbſt verkauft hat. 12. März 1382.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis luneborch Thidericus Springintghud. Albert Hoyke. Johannes de ponte Johannes Rocſwale, Heyno Sodmeſteres. Brand de Tzerſtede Sander Schellepeper. Nycolaus Schomaker Thidericus brömes Enghelbert kappenberch. Johannes Grabowe et Johannes Dicke. Recognoſcimus proteſtantes. Quod langhe Ghereke Hoyemann Conciuis. heredum Suorum Omniumque quorum intereſt aut quomodolibet poterit intereſſe cum conſenſu vendidit et dimiſit ac in judicio reſignauit honorabilibus et Religioſis viris Dominis wernero abbati willekino priori Totique Conuentui Monaſterij Sancti michahelis in luneborch. Ordinis Sancti benedicti vnum plauſtrum Salis in Salina luneborch quolibet ſumine in domo koedzinghe in Sartagine wechpanne ad Siniſtram manum cum itur in ipſam domum tollendum Jure perpetuario perpetuo poſſidendum. Et de eodem quitquid decreuerit ordinandum. In quorum euidens

teſtimonium ad rogatum parcium predictarum Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno domini M. CCC. lxxxij. ipſa die beati Gregorij pape.

Siegel der Stadt Lüneburg, wie die Abbildung unter Urk. 423, verletzt.

Urk. 709 b.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß der Mitbürger Gerke Hoyemann dem Abt Werner, Prior Willekin und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ein halbes Fuder Salzgut in der Saline Lüneburg verkauft hat. 12. März 1382.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Conſules — — Recognoſcimus proteſtantes. Quod langhe Ghereke Hoyeman noſter Conciuis — — vendidit et dimiſit ac — — reſignauit — — wernero abbati willekino priori Totique Conuentui Monaſterij Sancti Michahelis in luneborch — — Dimidium plauſtrum Salis — — in domo Dithmaringhe — —[1]).

Siegel der Stadt Lüneburg.

---

[1]) Das hier Ausgelaſſene wörtlich wie in Urk. 709 a.

Urk. 710.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg beurkunden, daß ihr Mitconventual Gerhard vom Broke behufs einer zu ſeinem, ſeiner Eltern und Freunde Seelenheil zu feiernden Memorie einen Hof in „Holzele“ erworben hat. 1. April 1380.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos wernerus dei gratia Abbas Wilkinus Prior totusque Conuentus Monaſterij Sancti Michaelis in Luneborg — — recognoſcimus publice proteſtando, quod Gherardus dictus de broke Religioſus noſter Conuentualis Monachus profeſſus et Sacerdos — — Quandam curiam in villa Holzele ſitam — — (Grſ.) ad vnam perpetuam memoriam, pro Sue Suorumque parentum et amicorum animarum Salute in noſtro Monaſterio ſingulis annis peragendam pro triginta marcis comparauit — — (Diſtrib.) Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno domini M CCC lxxx dominica qua Cantatur Quaſi modo geniti.

Rundes „† SECRETVM WERNERI . ABBATIS . IN LVNEBORGH“, wie unter Urk. 660. Conventsſiegel, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. ö.

Urk. 710 a.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg entlaſſen Ulrich, des Meiers Lüder in Gerdau Sohn, aus der Eigenbehörigkeit. 13. Juli 1380.

(Aus dem Copialbuch № 5 S. XXIII, vergl. XIIII f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 711.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg belehnen den Konrad Parzow auf Erbenzins mit der Mühle in Neetze (Kirchd. im A. Scharnebeck), welche derſelbe von der Wittwe Johann Moller's gekauft hat. 30. Juli 1380.

(Nach dem Copialbuch № 5 fol. XIIIj b f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. 706.)

— — wernerus abbas wilkinus Prior Totusque Conuentus Monasterij Sancti Michaelis in luneborg — — scire cupimus uniuersos, quod conradus Parsow suique heredes emerunt molendinum in netze a margareta Relicta quondam Johannis mollers pie memorie et suis veris heredibus pro quinquaginta marcis luneborgensium denariorum quod dicto Conrado — —[1]) Huius rei testes sunt Johannes scomaker Cobeke berchůd hermanus růnghe et nicolaus Smed incole ville netze. et quam plures alij fide digni. Vt autem istud factum ratum maneat et illesum a nobis et nostris Successoribus presens scriptum fecimus ac dedimus Sepedicto conrado et Suis veris heredibus legitimis nostris Sigillis sigillatum. Actum et datum Anno domini M̊ CC̊C octuagesimo Ipso die Abdon et Sennes martirum beatorum.

---

[1]) Das hier Ausgelassene ist wörtlich übereinstimmend mit Urk. 706 vom 9. Juni 1379, nur steht Conradi, — Conradus statt Johannis, — Johannes.

Urk. 712.

Abt Werner Grote zu St. Michaelis in Lüneburg verpfändet dem Bürger Ludeke von der Heyde zu Lüneburg, für ein Darlehn von sechshundert lüneb. Mark, Abteisalingüter[1]) bis zur Rückzahlung derselben, unter Vorbehalt der gebräuchlichen Vorbate aus den Gütern. 1. Januar 1381.

(Aus dem Copialbuch № 5 S. XV des Klosters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

---

[1]) „vnse veer pannen de to der Ebbedyge hored der twe ligghet to Ouernberdinghe de drudde to neddernberdinghe vnde de verde to Berninghe."

Urk. 713.

Abt Werner zu St. Michaelis in Lüneburg nimmt Johann Teichmann auf Leibrente an, ertheilt ihm Kost am Gesindetische und Kleidung; Prior Willekin und der Convent bestätigen diese Aufnahme. 25. März 1381.

(Nach einer Abschrift in den Gebhardischen Manuscripten XIII 562 in Königlicher Bibliothek zu Hannover.)

— — Nos wernerus Dei gratia Abbas Monasterii Sancti Michaelis in Luneborg — — recipimus Johannem Techman ad mensam famulorum nostrorum quoad vixerit retinendam volentes eundem ultra victum cottidianum . . . . Immer . . . ve . . . debebit Singulis festivitatibus beati Michaelis quinque vlmas grisei Brunswicensis vel Luneburgensis panni pro tunica ministrare pro quibus nobis et conuentui nostro Triginta Marcas denariorum luneborgensium soluit et pleniter ministrauit volens et debens vltra huiusmodi denarios solutos Sportam vnde panes ad mensam nostram apponi et deponi consueuerant annonamque et brasium nostrum vnacum presenti transiatore nostro respicere et fideliter custodire ipsumque brasiatorem in brasio faciendo et aliis quibus poterit diligenter adiuuare eiusdem brasiatores nostri dum ab humanis exemptus fuerit locum intrare et colligere annonam et decimam nostram et officium ipsius brasiatoris exercens quo poterit meliori Cui etiam Johanni si aliqua quod absit tenetur infirmitate propter quod officium suum pretactum debito modo exercere non posset nos et Successores nostri durante tali infirmitate eque bene necessaria de mensa famulorum nostrorum predicta vollemus et volumus ministrare propter quod si qua in extremis suis legare voluerit Juxta nostrum et Successoris nostri consilium et non alias legabit et deputabit. Que omnia et singula premissa nos wilkinus prior. totusque conuentus monasterii supradicti secundum omnem tenorem suum prout premittitur Ratificamus et expresse Approbamus nolentes de cetero contra premissa uel premissorum aliquod venire

uel facere de Jure uel de facto. In cuius receptionis ratificationis et approbationis euidens teſtimonium ſigilla noſtra ſub Anno domini M CCC lxxxi ipſo die Annuntiationis beate marie virginis preſentibus ſunt appensa.

Urk. 714.

Abt Werner Grote, Prior Willekin von Ilten und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verſchreiben dem Prieſter Johann Weſtfal zu Osnabrück für ein Darlehn von 100 Mark 8 Mark Rente aus einem Salzgute in der Saline Lüneburg. 2. Juni 1381 [1]).

(Aus dem Copialbuch *M.* 5 S. XVI des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

---

[1]) Am 24. Auguſt 1381 verpfändeten dieſelben dem Rathsherrn Engelbert Cappenberg zu Lüneburg und ſeinem Sohne Arnd für ein Darlehn von 150 Mark „vnſſe ghuncpannen de dar licht to der vorderen hand alze me an dat hus gheyt to Betzehuſen vppe der zulten to Luneborg, de to der Ebbedye horet." — — (Aus dem Copialbuch *M.* 5 S. XVI des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 715.

Abt Werner Grote, Prior Willekin von Ilten und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verſprechen, dem Bürger Ludeke von der Heyde ein Darlehn von hundert Mark auf Weihnachten zurückzuzahlen. 12. März 1382.

(Aus dem Copialbuch *M.* 5 S. XVII des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 716.

Der Rath zu Lüneburg [1]) beſcheinigt, daß der lange Gercke Hoyemann dem Abte Werner, Prior Willekin und dem Convente des Kloſters St. Michaelis ein Fuder Salzgut in der Saline Lüneburg verkauft hat. 12. März 1382.

(Aus dem Copialbuch *M.* 4 S. 125 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

---

[1]) „Nos Conſules Ciuitatis luneborch Tidericus Springintgud Albertus hoyke Johannes de Ponte Johannes Rocſwale Heyno Sotmeſters Brand de Tzerſtede Sanderus ſchellepeper Nicolaus Scomaker Tidericus Bromes Engelbertus Cappenberge Johannes grabowe et Johannes dicke."

Urk. 717.

Johann, Detlef und Gevehard, Söhne Gevehard's, und Johann, Sohn Huner's, alle von Odeme, verkaufen dem Abte Werner, Prior Willekin und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg zwei Theile des Gerichts, zwei Theile der Holzung und vier Kothen zu Beetzendorf (Kirchd. im A. Lüne). 16. März 1382.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

We Johan detleff vnde gheuerd brodere gheuerdes ſone, vnde Johan hers (*sic*) huners ſone alle heten van Odeme — — vorcopen, den gheſtliken heren her wernere Abbet, her wylken Prior vnde deme Conuente ſunte Michelis to luneborg vnde eren nakomelingen den twe deel des Richtes, vnde de twe deel der holtinge, de dar horet to dem dorpe to Betzendorpe vnde vere Coten in dem zuluen dorpe — — (Grſ., Gwl., Schad. u. Beſieg.) Na godes bord Duſent iar Drehundert iar an dem twe vnde Achtentigheſten iare des Sondaghes to mydvaſten.

Drei runde Siegel: „† S' JOHANS + DE ODEME", „† S' DETLEVE * DE * ODEME", und „† S' GHEVEHARDI DE . ODEME"; Herzſiegel „† S' JOHANIS ∴ DE ∴ ODEM", wie unter Urk. 569 an 4. Stelle; jedes mit drei Roſen im untern Felde.

Urk. 718.

Albert von dem Berge verkauft an Somer von Dahlenburg einen Hof in Scharnhop (im K. Wendhausen A. Medingen) auf Wiederkauf. 6. Juni 1382.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 14. August 1395.)

Erſtes Siegel abgefallen. Rundes Siegel . . GH . . . HARDI + DE MON . .", mit vier gezackten Balken und fünf Spitzen eines obern Balkens.

Urk. 719.

Abt Werner Grote zu Lüneburg, Prior Willekin, Küſter Ulrich von Berfeld und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ertheilen Johann Malſtorf, Johann Zarnholz und Ludeken von der Heide eine Schuldverſchreibung über hundert lüneburger Mark. 21. Juli 1382.

(Aus dem Copialbuch M. 5 fol. XVIJ des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 719a.

Mechtild, Wittwe Johann's Stadtvogt, beſtimmt in ihrem Teſtamente, außer vielen andern Vermächtniſſen und Geſchenken, auch 30 Mark „ſunte mychaele to dem buwe. 8. Auguſt 1382.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 720.

Knappe Arnd Knigge belehnt Johann Nolefs mit dem Zehnten zu Hetendorf (im K. u. d. A.-V. Hermannsburg), und verſpricht, daß ſein Vetter Hans Knigge, Arnd's Sohn, ſo bald er majorenn geworden, dies beſtätigen ſoll. 10. Auguſt 1382.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 2. Juli 1369, 27. December 1398 und 19. Juni 1407.)

Rundes „† S' ARNOLDI . KNIGGHEN", mit einem ſteigenden Löwen über zwei Balken.

Urk. 721.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis verkaufen ihrem Mauermeiſter Heinrich Bremer und deſſen Frau Lubbeke eine Geldrente auf Wiederkauf. 25. December 1382.

(Aus dem Copialbuch M. 5 S. XX des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 722.

Die Herzöge Wenceslaus und Albrecht von Sachſen und Lüneburg, Engern und Weſtfalen ꝛc., und Herzog Bernhard von Braunſchweig geſtatten allen Salzbegüterten in der Saline Lüneburg, daſelbſt Soole zu ſuchen und zur Verbeſſerung ihres Guts daſelbſt zu benutzen, wo und wie ſie können und wollen; überdies ertheilen ſie dem ſo zu gewinnenden Salze dieſelben Freiheiten, wie dem übrigen, unter Vorbehalt des gebräuchlichen Zolles. 22. Februar 1383.

(Den Abdruck ſ. bei Jung de jure salinarum, syllog. docum. p. 90 sq., Staphorſt Hamb. Kirchengeſch. I, IV 866.)

Urk. 723.

Herzog Albert von Sachſen und Lüneburg bewilligt, daß Bertold Kind zwei von ihm zu Lehn erhaltene Höfe in „Lulligho" an Diedrich Hogeherte verpfändet. Auf dem „Ganreberge", im März 1383.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 724.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg nehmen die Herzogin Agnes von Braunſchweig in ihre Brüderſchaft auf. Lüneburg, 30. März 1383.

(Nach dem Copialbuch *M* 5 fol. XL des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedr. bei Wedekind Noten III, 151 ff.)

Illuſtri et ingenue domine domine Agneti Duciſſe Brunſwicenſi Wernerus Abbas wilkinus Prior Totusque Conuentus Sancti Michaelis in luneborg, Orationum ſuarum ſuffragium et in domino caritatem exigente pie deuocionis affectu quem ad nos et noſtrum Conuentum per certam experienciam vos habere cognouimus Cupientes vobis vicem rependere Salutarem deuocioni veſtre concedimus fraternitatem et plenariam participacionem omnium bonorum ſpiritualium que per nos fiunt et deo dante in toto ordine noſtro de cetero fient in vita veſtra pariter et in morte Ita quod cum obitus veſter nobis et noſtris confratribus fuerit nunciatus pro Salute anime veſtre cum Miſſis et vigiliis obſequia et Suffragia debita fiant et conſueta. Datum luneborg Anno domini M CCC LXXXIII feria ſecunda poſt dominicam Qua cantatur quaſi modo geniti abbatis et Conuentus ſub Sigillis.

Urk. 725.

Otto Grote, Sohn des Ritters Werner, und ſeine Söhne Werner und Otto verkaufen dem Abte Werner Grote, Prior Willekin von Ilten und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg einen Hof, Garten und Hausſtelle auf dem tiefen Thale im Grimme bei Lüneburg auf Wiederkauf. 15. Juni 1383.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Wy Otte Hern werners ſone des Ridders deme god gnedich ſe werner vnde otte des ſuluen Otten ſone alle heten groten, — — vorcopet — — den gheſtliken heren hern werner groten deme abbete hern wilken van yltene deme Priore vnde deme gantzen Conuente Sunte Michelis Munſter to luneborg vſen hoffgarden vnde wurd de belegen ſint vppe deme dependale in deme grymme by der Stad to luneborg by des rades houe de ichteſwanne hern Segebande dem riken hord hadde, alze ſe nu Johan Stenſnider in ſiner were heft, vnde ene mark pennige alle iar dar vore to tynſe gift, — — (Gwl., Schad. u. Beſieg.) Na godes bort Duſent iar Drehundert iar In dem dre vnde achtentigheſten iare in ſunte vites daghe des hilgen mertelers.

Drei runde Siegel: „* S' OTTONIS * DICTI * GROTE * *“, wie unter Urk. 640, „† S' WERNERI GROTE“ und „† S' OTTONIS * D' GROTEN“, jedes mit einem gezäumten, rechts ſchreitenden Pferde.

Urk. 725a.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Cleriker Marquard von Ploe eine Leibrente, welche, wenn er früher ſtürbe, wenigſtens drei Jahre lang ausbezahlt werden ſoll. Lüneburg, 25. Juni 1383 [1]).

(Nach dem Copialbuch *M* 5 S. XIX des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

---

1) Dieſelben verkaufen: a. dem Lübecker Vicare Johann Bertin eine Geldrente auf Wiederkauf. Lüneburg, 26. Juni 1383.

(Aus dem Copialbuch *M* 5 S. XVII des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

b. Desgleichen dem Vicare Meinard von Verden zu Lübeck eine Geldrente auf Wiederkauf. Lüneburg, 26. Juni 1383.

(Aus dem Copialbuch *M* 5 S. XVII f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos wernerus dei gratia abbas wilkinus Prior Totusque conuentus Monaſterij ſancti Michaelis in Luneborg — — vendimus Marquardo de ploe clerico lubicenſis dioceſis Redditus viginti marcarum lubicenſium pro ducentis marcis denariorum lubicenſium nobis integraliter numeratis — — Sibi ſingulis annis quamdiu . . . . . in humanis de iam dicti noſtri Monaſterii certioribus bonis et redditibus ſub forma infraſcripta exſoluendas Ita videlicet quod in beati Michaelis quinque natiuitatis domini quinque paſche quinque natiuitatis beati Johannis baptiſte feſtiuitatibus vltimas quinque marcas hujusmodi Reddituum in moneta lubicenſi communiter currente intra Opidum luneborch ſoluere et preſtare debeamus velimus expedite — — Dedimus inſuper et damus Marquardo predicto gratiam talem de fauore ſpeciali quod ſi ipſum infra triennium a data prefencium continue ſeculturum mori contigerit Redditus ſibi per triennium huiusmodi ac ſi viueret debitos quibus eos deputauerit integraliter exſoluemus ad hec omnia et ſingula nos et Succeſſores noſtros tamquam eque principales inſolidum obligamus Renunciantes pro nobis et noſtris ſucceſſoribus exceptioni — — Datum et actum luneborg anno dominj M CCC LXXXIII feria quinta poſt feſtum beati Johannis baptiſte.

c. Dem Presbyter Heinrich Kyl eine Geldrente auf Wiederkauf. Lüneburg, 26. Juni 1383.

(Aus dem Copialbuch M 5 S. XVIII des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

d. Den Teſtamentsproviſorem Everhard's Clingenberg eine Geldrente auf Wiederkauf. Lüneburg, 26. Juli 1383.

(Aus dem Copialbuch M 5 S. XVIII des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

e. Den Vicarien an der Pfarrkirche St. Mariä zu Lübeck eine Geldrente auf Wiederkauf. Lüneburg, 26. Juni 1383.

(Nach dem Copialbuch M 5 S. XVIII f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 726.

Otto von Thune giebt, mit Zuſtimmung ſeines Bruders Segeband und ſeines Vettern Anthon, ſeinem Sohne Otto Todrang drei Stücke Landes in der Marſch und zwei Stücke auf der Heide am Breetzer Wege. 9. October 1383.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Rundes „ * S' + OTTONIS + DE + TUNE + “, länglich rundes „S ZEG . . . . DI DE THUNE“, mit zwei Heiligen über dem Schilde, und „+ S ANTHONII + DE + TUNE *“, jedes mit drei Fiſchen in einem geſchlängelten Bache.

Urk. 727.

Die Gebrüder Bertold und Detlef Kind verkaufen dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg eine Kothe im Grimm bei Lüneburg auf Wiederkauf. 8. November 1383.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 8. November 1384.)

Wy Bertold vnde Detlef Brodere gheheten Kind — — verkopet — — ene kotwere de beleghen is vor der Stad to luneborch in dem grymme dar Ghebeke vppe ſeeten vnde wonet hadde vnde ghelt alle iar ene mark to linſe, de ik Detlef vorſcreuen nam to ener medegaue mid Ermegarde minem wiwe Den eerliken gheſtliken heren. dem Abbete. dem Priore. vnde dem gantzen Conuente des cloſters ſonte Michahel to luneborch eweliken vnde brucliken to beſittende — — (Schad., Wk. u. Beſieg.) na godes bort Duſent iar drehundert iar in deme dre vnde achtigheſten Jare an dem Daghe des hylghen heren ſonte willehadj.

Zwei runde Siegel: „ + S' BERTOLDI + KINT“ und „ + DETLEF . KINT“, drei Balken mit Eiſenhütchen belegt enthaltend.

Urk. 728.

Die Gebrüder Bertold und Detlef Kind verkaufen dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg den Zehnten zu Garze (im K. und A. Bleckede) auf Wiederkauf. 8. November 1383.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Wy Bertold vnde Detlof. Brodere gheheten Kind — — verkopet to enem ·· rechten eruenkope an deſſem breue. vnſen tegheden den wy hebbet. over dat dorp to Gherße — — (Grſ.) Dem Abbate. dem Priore. vnde dem gantzen Conuente des Cloſters ſonte Michahelis to Luneborch — — (Gwl., Schad., Wk. u. Beſiegel.) na godes bort Duſent iar drehundert iar in deme dre vnde achtigeſtem Jare an dem Daghe des hylghen heren ſonte willehadj.

Zwei runde Siegel: „† S' BERTOLDI + KINT“ und „† S' + DETLEF . KINT“, drei Balken mit Eiſenhütchen belegt enthaltend, beide wie unter Urk. 727.

Urk. 729.

Der Rathsherr Johann Rokſwale zu Lüneburg verkauft dem Abte Werner, Prior Willekin und dem Convente des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg einen Viertheil des großen und kleinen Zehnten zu Embſen (Kirchd. im A. Lüne), wovon er demſelben ſchon früher ein Viertel verkauft hat. 2. Februar 1384.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 21. Januar 1375 und 2. Juni 1409.)

Jk Johan Rokſwale Ratman to luneborg. — — vorcope — — den gheſtliken heren. hern wernere abbete hern wilken Priore vnde dem gantzen Conuente Sunte Micheles Munſter to luneborch een verndel van deme Tegheden to Empſen. luttik vnde grot des de dredeele min ſynt alze de breue dat vth wiſet de ik dar vp hebbe To deme verndeele dat ſe alrede lange vore had hebbet alzo dat ik den ſuluen Tegheden half beholde vnde ſe one half hebben. ſchullen. mit allerleye rechte Richte wonheyt vryheyt egendom vnde allerleye nuth. vruch. vnde tobehoringe alze ik dat ichteſwanne coſt hebbe van Otten van wyttorpe vnde ſinen eruen — — (Vz.) Vnde hir hebbet an vnde ouer weſen de wiſen lude her Johan langhe Borghermeſter vnde her Eyleman beue Ratman to luneborch de ik hir to tughe to beden hebbe vnde den alle deſſe vorſcreuenen ſtucke vnde Coop wol witlik is. vnde hebbet dor miner bede willen to ener groteren tuchniſſe. ere yngeſeghele bi myn benget an deſſen breff de gheuen vnde ſereuen is na godes bord Duſent Jar Drehundert Jar In deme veer vnde Achtentigeſten iare In deme hilgen daghe vnſer vrowen to lichtmiſſen.

Herzſiegel „† S' JOHANES + ROKSWALE“, quer getheilt, im obern Felde drei Roſen, im untern ein ſchräg geſtellter Aſt; rundes „SIGILLVM : JOHANNIS : LANGEN :“, in rothem Wachſe, im Rückſiegel mit einem ſchönen Bruſtbilde; Herzſiegel „SIGILLV̄ EYLEMANNI . BEVEN.“

Urk. 730.

Papſt Urban VI. beſtätigt den Neubau des Kloſters St. Michaelis innerhalb der Mauern der Stadt durch die Herzöge Wenceslaus und Albrecht von Sachſen und Lüneburg, und die Incorporation der Pfarrkirche St. Cyriaci mit dem Kloſter unter der Bedingung, daß dem Vicar dieſer Kirche von den Einkünften derſelben ein hinlänglicher Gehalt ausgeſetzt werde. Neapel, 22. Februar 1384.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Urk. vom 25. November 1373 und 14. Juli 1376.)

Urbanus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs . . Abbati et Conuentui Monaſterij. ſancti Michaelis in Luneborch ordinis ſancti Benedicti verdenſis diœceſis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Ueſtre deuotionis quam ad nos et Romanam geritis eccleſiam

ſinceritas promeretur ut uotis ueſtris illis preſertim que commodum et utilitatem ueſtri Monaſterij concernunt ſauorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte ueſtra petitio continebat quod olim dilecti filij Nobiles viri Wentzeſlaus et Albertus Duces Saxonie ac Luneborgenſes prouide attendentes, quod Caſtrum Luneborgenſem antiquum una cum Monaſterio ueſtro ſancti Michaelis ab olim in dicto Caſtro ſituato propter guerrarum turbines que in illis partibus uiguerant funditus erat deſtructum ita quod etiam locus dicti Monaſterij non apparebat, zelo deuotionis accenſi predictum Monaſterium ueſtrum ſub uocabulo beati Michaelis infra muros Opidi de Luneborch Uerdenſis dioceſis de nouo fundari erigi et conſtrui fecerunt, dioceſani loci et aliorum quorum intererat ad hoc accedente conſenſu illudque quibuſdam certis redditibus dotauerunt, quodque poſtmodum prefati Duces et nonnulli alij ad quos ius patronatus parrochialis eccleſie ſancti Ciriaci Luneburgenſis dicte dioceſis pertinebat, huiuſmodi ius patronatus eorum predicto Monaſterio donauerunt, et quod deinde bone memorie Henricus Epiſcopus Verdenſis prouide conſiderans paupertatem ac indigentiam dicti Monaſterij quod multa onera ſubire oportebat prout oportet, cuiuſque fructus redditus et prouentus Mille Marcharum argenti communi extimatione ualorem annuum non excedunt, de conſilio et aſſenſu dilectorum filiorum . . Archidiaconi et Capituli eccleſie verdenſis predictam parrochialem eccleſiam ſancti Ciriaci cuius eciam fructus redditus et prouentus Sexdecim Marcharum argenti ſecundum dictam extimationem ualorem annuum ut aſſeritis non excedunt uobis et eidem Monaſterio uniuit annexuit et incorporauit, prout in autenticis litteris inde confectis predictorum Epiſcopi Archidiaconi et Capituli ſigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte ueſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum ut fundationem erectionem et conſtructionem ac unionem annexionem et incorporationem predictas auctoritate apoſtolica confirmare de ſpeciali gratia dignaremur, Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fundationem erectionem conſtructionem unionem annexionem et incorporationem predictas ratas habentes et gratas illas auctoritate appoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Volumus autem quod de fructibus redditibus et prouentibus dicte parrochialis eccleſie aſſignetur ſi alias aſſignata non fuerit congrua portio pro perpetuo vicario inibi inſtituendo domino perpetuo ſeruituro de qua idem vicarius poſſit congrue ſuſtentari Epiſcopalia iura ſoluere et alia ſibi incumbentia onera ſupportare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis communitionis et uoluntatis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Neapoli apud maiorem eccleſiam Neapolitanam viij kal. Martij Pontificatus noſtri Anno Sexto . .

Plumbum: „Urbanus PP VI", darunter zwei rechts ſchauende Adler, an Fäden von rother und gelber Seide.

Urk. 731.

Papſt Urban VI. ertheilt dem Propſte zu Hildesheim und den Dechanten der Kirchen zu Lübeck, Hamburg und Bremen den Auftrag, das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg gegen jegliche Beraubung und Bedrückung zu ſchützen, und demſelben Zurückerſtattung der ihm unrechtmäßiger Weiſe entzogenen und vorenthaltenen Güter nebſt Schadenerſatz zu verſchaffen, und verleiht ihnen auf 10 Jahre die dazu erforderliche richterliche Gewalt. Neapel, 22. Februar 1384.

(Aus einem Transſumpte vom 4. April 1392.)

Urk. 731 a.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Bürger Johann Kedenbeck, deſſen Frau Adelheid und ihrem Sohne Engelbert eine Leibrente

aus Abtei-Salinegütern zu Lüneburg, bedingungsweiſe auf Wiederkauf, von welcher ein Theil zur Feier ihres Jahresgedächtniſſes verwandt werden ſoll. 10. April 1384.

(Nach dem Copialbuch *M.* 5 S. XXII des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

WE her werner von godes gnaden Abbet vnde vnſe nakomelingh Her wilken Prior vnde de gantze Couent Sunte Michelis Munſters to luneborch — — vorcopet iegenwardigen in deſſer naſcreuenen wiſe Johanne kedenbeken enem borger to Luneborg Alheyde Siner Huſvrowen vnde Engelberte ereme ſone Achte mark ghelde Luneborger pennige In der gunckpannen de to der vorderen hand alze me gheyt in dat hus to der nedderenberdinghe vp der zulten to Luneborg Belegen is Vnde to der Ebbedyge horet — — al de wile dat ſe leuet — — (Wk.) — — were auer dat deſſer dryger en eſte meer vorſtoruen eer deſſe loſinghe ſchude So ſcholde de abbet alzo dick alzo erer en vorſtoruen Jo van enes yſliken weghene de vorſtoruen were Drutteyndehalue mark von den hundert marken inne beholden vnde de vnſem Couente antworden dat ſe ere dechtniſſe mede beghingen myt vilie (*sic*) vnde myt zelemiſſen alze en zede is were ok dat ſe alle dre vorſtoruen eer deſſer loſinge So ſcholde vnde ſchal vnſe here de abbet denne vnſem Couente dre mark gheldes gheuen alle iar vth ſiner vorſcreuenen pannen dar me erer dryger dechtniſſe vore began ſchal alze vore ſcreuen ſtevt vnde de anderen vif mark gheldes de ſchullet denne los vnde dot weſen — — To ener groteren tucheniſſe hebbe we vnſe vnghezeghele henget an deſſen breff de gheuen vnde ſcreuen is na godes bord Duſent iar Drehundert Jar In dem veer vnde achtentigeſten iare In dem hilgen Auende to paſchen.

Urk. 731 b.

Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Bürger Konrad Wittemeyer und ſeiner Frau Tibbeke ein Salzgut in der Saline Lüneburg auf Wiederkauf innerhalb ſechs Jahren, und erſuchen den Rath zu Lüneburg, zu ihrer treuen Hand dem Rathsherrn Konrad Boltze und Bürger Albert Wantſchneider darüber ein Beglaubigungsſchreiben zu ertheilen [1]). 25. April 1384.

(Nach dem Copialbuch *M.* 5 S. XXII f. des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Wernerus abbas Wilkinus prior Totusque Conuentus Monaſterii ſancti Michaelis in luneborg — — vendidimus diſcretis viris Conrado wittemeyere Ciui luneborgenſi et Tybbeken eius vxori et ad eorum fideles manus Conrado boltzen Conſuli et Alberto wantſnidere ciui in luneborg vnum Chorum Salis bonorum fluuialium tollendum de toto domo Hůninghe in Salina luneborg pro Quingentis marcis luneborgenſium denariorum — — ad ſtructuram Monaſterii noſtri ſupraſcripti vtiliter ordinatis — — (Gwl. u. Wk.) Vnde vobis dominis Conſulibus luneborgenſibus Supplicamus quatenus eiſdem Conrado et Tybeken et ad ipſorum fideles manus Conrado Boltzen et alberto wantſnidere ſupraſcriptis ſuper hiis dare velitis litteras veſtras in teſtimonium premiſſorum Datum anno dominj M CCC LXXXIIIj. ipſo die Sancti Marci ewangeliſte. noſtris abbatis et conuentus ſub Sigillis.

---

[1]) Der Rath zu Lüneburg [2]) thut kund, daß Abt Werner, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg dem Bürger Konrad Wittemeyer und deſſen Frau Tibbeke ein Salzgut in der Saline Lüneburg auf Wiederkauf innerhalb ſechs Jahren verkauft haben. 28. April 1384.

(Aus einer Copie in der Königlichen Bibliothek zu Hannover: „Reg. II. Lit. Senat. fol. 11. b.“, in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc.“ S. 193.)

[2]) „Nos Conſules Ciuitatis Luneborch. Johannes Lange. Eylemannus Beue Johannes de Ponte Ludolphus Ruſcher Jacobus de Ponte. Brand de Tzerſtede. Sanderus Schellepeper. Nicolaus Schomakers. Thidericus Bromes. Johannes Dirke. Conradus Boltzen et Hinricus Viſcule. Tenore preſencium recognoſcimus.“ — —

Urk. 732.

Prior Willekin und die Mönche Gerhard vom Broke, Heinrich von Reden, Berthold Schacke, Heinrich Sirdeshauſen, Ulrich von Berfeld, Burchard Garlop, Jordan von Ilten, Ludolf von Heimbruch, Werner von Boldenſen und Albert von Chüden zu St. Michaelis in Lüneburg wählen, nachdem ihr Abt Werner am 27. Mai 1384 geſtorben iſt, den Conventualen Ulrich von Berfeld zu deſſen Nachfolger. Lüneburg, in der Kapelle beim Chor des Kloſters, 1. Juni 1384.

(Nach der notariell beglaubigten Wahlacte im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. 732a vom 1. Juni 1384.)

In nomine domini amen. Noverint vniuerſi preſentes pariter et ſuturi per me Notarium publicum infra ſcriptum quod bone memorie domino Wernero Abbate quondam Monaſterij Sancti Michaelis in Luneborg ordinis Sancti Benedicti Verdenſis dioceſis de Anno domini Milleſimo CCC LXXX IIII. Menſis Maij die XXVII. viam vniuerſe carnis ingreſſo, ciuſque corpore tradito eccleſiaſtice ſepulture Wilkinus Prior Gherardus de Broke Hinricus de Reden Bertoldus ſchacke Hinricus Syrdeſhuſen Olricus de Beruelde Borchardus garlop Jordanus de yltene Ludolfus de heymbroke Wernerus de Boldenſen et Albertus de Chuden Monachi eiuſdem Monaſterij primam diem Menſis Junij cum continuatione. dierum ſequencium pro termino prefixerunt ad electionem futuri Abbatis celebrandam Vocatis igitur vocandis et conuenientibus in termino predicto hora Sexta vel quaſi in capella quadam choro dicti Monaſterij continua et preſentibus omnibus et Singulis qui predicte electioni debuerunt voluerunt et comode potuerunt intereſſe Prefatus dominus wilkinus Prior vice ſua, ac de mandato omnium et Singulorum de conuentu ſibi ſpecialiter ab eis facto Monuit omnes et ſingulos, Excommunicatos Suſpenſos et Interdictos Necnon quoſlibet alios ſi qui forſitan eſſent qui de iure aut conſuetudine intereſſe electioni non deberent quod recederent de Capitulo alios eligere libere permittentes Proteſtans quod non erat ſua vel aliorum intentio tales admittere tamquam Jus in Electione habentes, aut procedere vel eligere cum eiſdem ymmo volebant quod voces talium ſi qui reperirentur interfuiſſe postmodum, nulli preſtarent aliquod nocumentum et prorſus pro non receptis ſiue pro non habitis haberentur. Hiis peractis et deliberatione habita diligenti per quam formam eſſet in Electionis negotio procedendum, Tandem placuit omnibus et Singulis per viam Compromiſſi Monaſterio eorum et ipſis de Abbate prouiderj Vnde concorditer nullo penitus diſcordante, vnanimiter Religioſis viris Dominis Wilkino Priori Bertoldo Schacken Hinrico Syrdeſhuſen Ludolfo de Heymbrocke et Alberto de Chuden Monachis et fratribus ſuis predictis plenam generalem et liberam dederunt poteſtatem Eligendi Abbatem, de ſe ſcilicet Compromiſſariis vel de Compromittentibus prout ipſis expediens videretur ac ipſi Monaſterio providendj Ita tamen quod ipſi vel maior pars eorum cum de perſona concordes exiſterent eligenda, Vnus ipſorum de mandato aliorum vice ſua et Collegarum ſeu ſociorum ſuorum ſollempniter eligeret in communi et prouideret ipſis et Monaſterio ſuo de eodem Promittentes vniuerſe et ſinguli quod ipſum in ſuum reciperent Abbatem quem ipſi vt premittitur ducerent eligendum ſeu de quo ducerent prouidendum Qui quidem Compromiſſarij huiuſmodi poteſtatem ſibi per eos traditam acceptantes, et in partem poſtmodum ſecedentes poſt tractatus inter ſe habitos plurium perſonarum vt poſtea retulerunt tandem in Religioſum virum dominum Olricum de Beruelde predictum Monachum profeſſum et Confratrem eorum vnanimiter condordarunt, Et ipsis ad locum predictum et ad Compromittentes ſeu Capitulum redeuntibus Predictus Hinricus Syrdeſhuſen vnus ex prefatis Compromiſſariis vice ſua ac aliorum Compromiſſariorum ac de ipſorum mandato ſibi facto ſpecialiter ab eiſdem vice eciam tocius Capituli ſeu Conuentus eundem Olricum ſollempniter elegit in Hunc modum In nomine Patris in filij et ſpiritus ſancti Amen Cum vacante Monaſterio noſtro et Abbacia Sancti Michaelis in luneborg

Placuerit omnibus et Singulis in Electione Jus habentibus per formam compromiſſi. eiſdem Monaſterio et Abbacie prouidere. Michique Hinrico Syrdeſhuſen meisque Collegis Compromiſſariis plenam et liberam dederint poteſtatem Eligendj et jpſi Monaſterio Providendj, Et nos poſt diuerſos tractatus plurium perſonarum, finaliter diuina fauente gracia in dominum Olricum de Beruelde direxerimus vota noſtra concorditer, virum vtique prouidum et diſcretum ac Monachum profeſſum in Sacris ordinibus et etate legitima conſtitutum, in temporalibus et Spiritualibus circumſpectum Vnde ego Hinricus Syrdeſhuſen vice mea et dictorum Collegarum ſeu ſociorum meorum et de ipſorum mandato vice eciam tocius Capituli ſeu Conuentus predictum dominum Olricum Eligo in Abbatem et Paſtorem Monasterij et Conuentus predicti, ac eiſdem Monaſterio et Conuentui prouideo de eodem, Qua electione ſic celebrata, eam omnes et Singuli acceptantes approbarunt et ipſam domino Olrico ſic electo preſenti preſentarunt Supplicantes eidem inſtanter vt ipſe huic electioni ſuum preſtaret aſſenſum, qui voluntati diuine et dictorum Prioris et Monachorum reſiſtere vt dicebat nolens inſtanciis, Electioni predicte conſenſit Ad honorem Indiuidue trinitatis et Beati Michaelis in cuius nomine dictum Monaſterium eſt fundatum, dictique Monachi Campanis pulſatis Te deum laudamus decantantes Electum predictum primo. ante Altare et poſtea in ſede prope altare poſuerunt iuxta morem, et mox electionem ipſam per Henricum de Syrdeſhuſen Monachum predictum clero et populo fecerunt publicarj Super quibus omnibus et ſingulis domini wilkinus Prior Monachi et Electus predicti me Notarium publicum infra ſcriptum requirentes voluerunt et mandauerunt vt ea ſub infraſcripto teſtimonio conſcriberem et ipſa meo ſigno ſignando in formam publicam redigerem Et nichilominus in euidenciam pleniorem Prior et Conuentus preſens inſtrumentum publicum Sigillo Conuentus ſui fecerunt et mandauerunt communiri Acta ſunt hec Luneborg, in Capella Supra dicta Sub Anno natiuitatis domini Milleſimo CC̃C Lxxx iiii. Indictione Septima Menſis Junij diej Prima Hora Sexta vel quaſi Pontificatus ſanctiſſimj in chriſto Patris et domini noſtri domini Vrbani diuina prouidencia Pape Sexti anno Septimo Preſentibus diſcretis viris dominis Volrado laſſan in Bynebuttel verdenſis dohanne de Bucken in Berghen Myndenſis dioceſis eccleſiarum Rectoribus Necnon hermanno Je holthuſen preſbitero dicte verdenſis dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et Rogatis.

Et ego Marquardus de Plone clericus Lubicenſis dioceſis Publicus Imperiali Auctoriate Notarius Super omnibus et Singulis premiſſis et ad ea per dictos dominos Priorem Monachos et Electum Requiſitus cum prenominatis teſtibus eis interfuj et in hanc publicam formam redegi quam meo Signo ſolito et conſueto ſignaui Rogatus et requiſitus in teſtimonium veritatis omnium premiſſorum.

Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 n. 8.

Urk. 732a.

Prior Willekin und die Mönche Gerhard vom Broke, Heinrich von Reden, Bertold Schacke, Heinrich Sirdeshauſen, Burchard Garlop, Jordan von Ilten, Ludolf von Heimbruch, Werner von Boldenſen und Albert von Chüden zu St. Michaelis in Lüneburg melden dem Biſchofe Johann zu Verden die auf Ulrich von Verfeld gefallene Abtswahl[1]) und bitten ihn um deren Beſtätigung. Lüneburg, in der Kapelle beim Chor des Kloſters, 1. Juni 1384.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. die Wahlacte vom 1. Juni 1384.)

In nomine domini amen. Reuerendo in chriſto patri ac domino domino Johanni dei

[1]) Abt Werner iſt am 27. Mai geſtorben und Tags darauf begraben.

et apoſtolice Sedis gratia Verdenſis Eccleſie Epiſcopo Wilkinus Prior Gherardus de Broke Hinricus de Reden Bertoldus ſchacke. Hinricus Syrdeſhuſen Borchardus garlop Jordanus de yltene Ludolfus de Heymbroke Wernerus de Boldenſen et Albertus de Chůden Monachi Totusque Conuentus Monaſterij Sancti Michaelis in Luneborg ordinis Sancti Benedicti verdenſis dioceſis Cum orationibus in chriſto reuerenciam debitam et deuotam Sacrorum canonum ſana tradicio et experiencia integra rerum efficax nos edocent quod eccleſiarum Monaſteriorum diutina vacacio non ſolum facultatum diſpendia verum eciam pericula generat animarum Eapropter bone memorie domino wernero quondam Abbate noſtro Anno domini M CCC LXXXIIIj Menſis Maij die XXVII viam vniuerſe carnis ingreſſo et ipſius corpore XXVIII die eiuſdem Menſis eccleſiaſtice vt moris eſt tradito ſepulture fuit in hora nona vel quaſi vltime diei Menſis eiuſdem a nobis omnibus tunc preſentibus Prima dies menſis Junij, cum continuacione ſequencium concorditer aſſignata ad electionem futuri Abbatis et paſtoris noſtri celebrandam Vocatis igitur vocandis et conuenientibus in termino predicto hora Sexta vel quinta In Capella quadam Choro noſtri Monaſterij continua Ac omnibus et Singulis preſentibus qui electioni predicte debuerunt voluerunt et comode potuerunt intereſſe Tandem deliberatione habita diligenti per quam formam eſſet in electionis negocio procedendum Placuit nobis omnibus et Singulis per formam compromiſſi eidem Monaſterio de futuro Abbate prouidere Vnde vnanimiter nullo penitus diſcordante dominis wilkino Priori Bertoldo ſchacken Hinrico Syrdeshůſen Ludolfo de Heymbroke et Alberto de Chůden Monachis fratribus noſtris. predictis Religioſis viris profeſſis Monaſterij predicti generalem plenam et liberam dedimus poteſtatem elegendj abbatem et paſtorem Sic videlicet quod ipſi vel major pars eorum inter ſe conuenirent et de perſona ydonea de ſe videlicet Compromiſſariis ſeu de nobis Compromittentibus noſtro Monaſterio vacanti proviſerent Ita tamen quod poſtquam de perſona concordes exiſterent eligenda, vnus ipſorum de aliorum ſociorum ſeu Collegarum ſuorum conſenſu vice ſua. ac Collegarum ſuorum et Capituli noſtri ſeu Conuentus Illum in quem conuenirent Sollempniter eligeret in communi, et ipſi Monaſterio prouideret de eodem Qui quidem Compromiſſarij poteſtatem eis per nos traditam acceptantes et in partem ſecedentes et inter ſe tractatus habentes plurium perſonarum prout ipſi nobis poſtmodum retulerunt Tandem in dominum Olricum de Beruelde noſtrum Monachum et Confratrem Regulam Beati Benedicti profeſſum prouidum et diſcretum de legitimo matrimonio procreatum Sciencia vita et moribus commendandum in Sacris ordinibus et etate legitima conſtitutum in Spiritualibus et temporalibus circumſpectum vota ſua divina fauente gratia concorditer direxerunt et ipſis ad nos et ad locum Capitularem predictum Redeuntibus Hinricus de Syrdeſhuſen vnus ex ipſis Compromiſſariis, vice ſua et Suorum Collegarum ac omnium noſtrorum in Electione Jus habencium de voluntate iuſſu et conſenſu, ſociorum ſeu Collegarum ſuorum eundem dominum Olricum in Abbatem noſtrum et Monaſterij noſtri ſollempniter elegit in hunc modum In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti amen Cum vacante Monaſterio noſtro placuerit nobis omnibus et Singulis in Electione Jus habentibus per formam Compromiſſi eidem Monaſterio prouidere Michique. Hinrico Syrdeshuſen meisque Collegis Compromiſſariis plenam et liberam dederitis poteſtatem Eligendj et ipſi Monaſterio prouidendj et nos poſt diuerſos tractatus plurium perſonarum finaliter diuina fauente gratia in dominum Olricum de Beruelde direxerimus concorditer vota noſtra virum vtique prouidum et diſcretum Monachum noſtrum profeſſum in Sacris ordinibus et etate legitima conſtitutum in temporalibus et Spiritualibus circumſpectum Vnde ego Hinricus de Syrdeſhuſen vice mea et dictorum Collegarum ſeu ſociorum meorum et de ipſorum mandato vice eciam tocius Capituli ſeu Conuentus noſtri quorum Subſcripciones inferius continentur predictum dominum Olricum Eligo in Abbatem et paſtorem Monaſterij et Conuentus predictorum, Ac eiſdem prouideo de

eodem, dictam vero Electionem ſic canonice et concorditer celebratam et publicatam in communi, omnes approbauimus gratamque habuimus et acceptam, ac ipſam predicto Domino Olrico preſenti preſentauimus eidem humiliter Supplicantes vt ipſe huic Electioni conſentiret et eam acceptaret, Qui poſt multas inſtantias nolens diuine reſiſtere voluntati annuit votis noſtris Electioni conſenciens de ſe facte, ad honorem Indiuidue trinitatis et Beati Michaelis in cuius nomine dictum Monaſterium noſtrum eſt fundatum, Deinde Campanis pulſatis nos te deum laudamus gratulanter decantantes dictum Electum noſtrum ante altare duximus et in Sede poſuimus iuxta morem et confeſtim Electionem ipſam per hinricum de Syrdeſhuſen predictum clero et populo fecimus publicarj Veſtre igitur paternitati, venerande vnanimiter et inſtanter Supplicamus quatenus Electionem eandem ſic ſollempniter et canonice celebratam dignemini confirmare et Electo noſtro munus Benedictionis fauorabiliter impertirj vt deo auctore velut Rector et paſtor ydoneus preeſſe valeat, vtiliter et prodeſſe, Nosque et alij eius ſubditi ſub ipſius regimine poſſimus Coram deo ſalubriter militare, Ceterum vt veſtra digna paternitas cognoſcat euidencius vota noſtrorum omnium, et nos in predictis omnibus et Singulis concordaſſe, ac in peticione huiusmodi exiſtere vnanimes et concordes, preſens Electionis noſtre canonicum decretum veſtre paternitati tranſmittimus, noſtris iuxta ſtatuta canonica propriis manibus et ſub Scriptura noſtrorum qui ſcribere ſcimus et qui ſcribere neſcimus aliorum manibus de noſtro iuſſu et mandato et noſtro nomine roboratum quod eciam ad maiorem cautelam per infra ſcriptum Tabellionem in formam publicam redegi fecimus et Sigillo noſtri Conuentus et noſtris qui Sigilla propria habemus et qui non habemus Sigillis aliorum de noſtro iuſſu et mandato Sigillari Acta ſunt hec Luneborg In Capella Supra dicta Sub anno domini Milleſimo CC̊C LXXXIIIj die prima Menſis Junij et hora predictis Indictione Septima Pontificatus Sanctiſſimi in chriſto patris et domini noſtri domini Vrbani diuina prouidencia pape Sexti anno Septimo Preſentibus diſcretis viris dominis volrado laſſan in Bynebutel Verdenſis. Johanne de Bucken in Berghen Mindenſis dioceſis eccleſiarum Rectoribus Nec non hermanno de holthuſen preſbitero dicte Verdenſis dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et Rogatis.

Et ego wilkynus prior vnus ex compromiſſariis predictis omnibus et ſingulis premiſſis interfui et in eundem electum conſenſi et conſencio et propria manu huic decreto ſubſcripſi.

Et ego gherardus de broke preſbiter et monachus profeſſus omnibus et ſingulis predictis conſenſi et concenſio et manu propria me ſubſcripſi.

Et ego hinricus de reden preſbiter et monachus profeſſus omnibus et ſingulis predictis conſenſi et conſenſio et manu propria me ſubſcripſi.

Et ego Bertoldus ſcacke preſbiter et monachus profeſſus vnus ex compromiſſarijs predictis omnibus et ſingulis preſens interfuj et in predictum electum conſenſi et conſencio et ſcribere neſciens per manum Hinrici de Syrdeſhuſen me ſubſcripſi.

Et ego Hinricus de Syrdeſhuſen preſbiter et monachus vnus ex compromiſſarijs predictis omnibus et ſingulis preſens interfuj et in predictum electum conſenſi et conſencio. et propria manu huic decreto me ſubſcripſi.

Et ego borchardus garlop preſbiter et monachus profeſſus omnibus et ſingulis predictis concenſi et concencio et manu propria me ſubſcripſi.

Et ego Jordanus de yltene dyaconus monachus et profeſſus premiſſis omnibus conſenſi et conſencio et propria manu me ſubſcripſi et ſigillo carens ſigillo domini Ludolphi de heymbroke monachi meo nomine feci ſigillari.

Et ego ludolfus de heymbroke vnus ex compromiſſariis predictis omnibus et ſingulis

premiſſis interfui et in eundem electum conſenſi et conſencio et propria manu huic decreto me ſubſcripſi.

Et ego wernerus de boldenſe dyaconus monachus et profeſſus premiſſis omnibus conſenſi et conſentio et propria manu me ſubſcripſi.

Et ego albertus de chuden ſubdiaconus monachus profeſſus vnus ex compromiſſariis predictis omnibus et ſingulis premiſſis interfui et in eundem electum conſenſi et conſentio et propria manu huic decreto me ſubſcripſi et ſigillo carens ſigillo domini werneri de boldenſen monachi nomine meo feci ſigillari.

Notariatszeichen. ET ego Marquardus de Plone clericus Lubicenſis dioceſis Publicus Imperiali Auctoritate Notarius Super, omnibus et Singulis Premiſſis et ad ea Per dictos dominos Priorem Monachos et Conuentum Cum prenominatis teſtibus Requiſitus Eis interfuj et in hanc publicam formam redegi quam Signo meo ſolito et conſueto ſignaui Rogatus ſpecialiter et Requiſitus in teſtimonium veritatis omnium premiſſorum.

Siegel des Convents, wie die Abbildung unter Urk. 139 u. ö.

Länglich rundes „S' WILKINI DE YLTEN (das Uebrige verwiſcht)", in einer Niſche ein Bruſtbild mit Schlüſſel und Weltkugel, darunter der Engel Michael auf dem Drachen; unter der Niſche ein Adlerflügel.

Rundes „† S GERARDI D' BROKE RELIGIOSI. IN LV", neben dem Engel Michael auf dem Drachen] ein] Helm und darunter ein Schild.



Rundes „* S' BERTOLDI SCACKEN", mit einer ſchräg liegenden Lilie.

Siegel abgefallen.

Länglich rundes „S' BORCHARDI . GERLOP . . . .", unter einem Bruſtbilde ein Schild mit einem Schweinskopfe.

Rundes „* S' LVDOLFI . . . . IM . BROKE", Bruſtbild über einem Schilde mit einem Balken, welcher mit drei Schindeln belegt iſt; Hintergrund mit Zweigen verziert.

Daſſelbe Siegel.

Rundes „S'. WERNERI DE BOLDESEN.", mit einem aufrechten Löwen.

Daſſelbe Siegel.

Urk. 733.

Dechant Heinrich und das Domcapitel zu Verden beſcheinigen, daß das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg ſeit länger als 70 Jahren und in der Zeit, wo daſſelbe am meiſten florirte, nach Inhalt ſeiner Regiſter an Zehnten von den Renten und Einkünften der Abtei und des Kloſters nach der beſtehenden Taxe nicht mehr als 41 Mark 10 Schillinge oder 57 deutſche Gulden bezahlt hat. 6. Juli 1384.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Henricus. Decanus. Totumque Capitulum Eccleſie Verdenſis. Ad omnium et ſingulorum quorum intereſt ſeu intereſſe poterit per preſentes deducimus noticiam. Quod. a. decem. Viginti. Triginta. Quadraginta. Quinquaginta. Sexaginta et Septuaginta annis. et citra et vltra et preſertim eo tempore quo Monaſterium Sancti Michaelis in Luneborg ordinis Sancti Benedicti verdenſis dioceſis in potiſſimo ſuo ſtatu fuerat. Religioſi virj Abbas. Prior et Conuentus predicti Monaſterij quociens de fructibus. Redditibus. et prouentibus prefati Monaſterij. decimam ſoluere et preſtare debuerunt. iuxta taxacionem antiquam et vſque hodie immutabiliter obſeruatam. Quadraginta et vnam marcas et decem ſolidos denariorum luneburgenſis monete. que faciunt in vniuerſo Quinquaginta Septem florenos. de alemannia et non amplius pro tocius Abbatie et Monaſterij. Redditibus et prouentibus ſimul ſoluere et preſtare conſueuerunt. prout huiusmodi taxacio in Regiſtro auctentico Eccleſie Verdenſis lucide continetur In cuius taxacionis teſtimonium Sigillum noſtri Capituli predicti preſentibus eſt appenſum.

Datum Verden Anno domini Milleſimo Trecenteſimo Octuageſimo quarto In octaua beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum.

Siegel abgefallen.

Urk. 733 a.

Abt Ulrich, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg befreien Ficke, den Meier zu Gerdau, ſeine Frau Mechtilde und alle Nachkommen von der Eigenbehörigkeit, unter Vorbehalt des Zinſes aus dem Gute und Hofe zu Gerdau (Kirchd. im A. Bodenteich) und der Meiergerechtſame an denſelben. 24. Auguſt 1384.

(Aus einer Copie.)

Urk. 733 b.

Abt Ulrich, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Lübecker Geiſtlichen Marquard von Plöne eine Geldrente aus der Saline Lüneburg auf Wiederkauf. Lüneburg, 29. September 1384.

(Nach dem Copialbuch M 5 fol. XXVI des Kloſters St. Michaelis im Königl. Archiv zu Hannover.)

— — Nos Olricus dei gratia abbas wilkinus prior Totusque conuentus Monaſterij ſancti Mychaelis in Luneborg — — vendimus diſcreto viro Marquardo de plone clerico Lubicenſis diocеſis Redditus xij marcarum luneburgenſium denariorum In ghunepanne abbacie noſtre ſita ad dextram manum cum itur in inferiorem domum Berdinghe in Salina Luneborg pro Ducentis et quinquaginta marcis denariorum Luneborgenſium — — (Wk.) In quorum omnium euidens teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum et actum Luneborg Anno domini Milleſimo CCC. Lxxxiiij ipſo die Beati Michaelis archangeli glorioſi.

Urk. 733 c.

Abt Ulrich, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Propſte Diedrich, der Priorinn Eliſabeth und dem Convente des Kloſters St. Lorenz in Buxtehude ein Salzgut im Hauſe Bornynghe in der Saline Lüneburg auf Wiederkauf. 29. September 1384.

(Aus dem Copialbuch M 5 S. XXIII des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Urk. 734.

Die Gebrüder Gevehard, Gerhard und Albert von dem Berge überweiſen ihrem Vetter Gevehard von dem Berge, genannt Knuppel, Bürger zu Hamburg, eine Mark Rente aus zwei Höfen in Becklingen im Kirchſpiel Bohndorf (jetzt im K. Dahlenburg A. Bleckede) auf Wiederkauf. 9. October 1384.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Rundes „† S' GHEVARDI + DE MONTE", wie unter Urk. 718; Herzſiegel „† S' GHERARDI + DE MONTE" und „† S' ALBERTI ∴ DE ∴ MONTE", jedes mit den gezackten Balken.

Urk. 735.

Heinrich von Eſtorf, Otto's Sohn, ſein Sohn Otto, Segeband, Eggehard's Sohn zu Beerßen, Mangold, Eggehard's Sohn, Ludolf und Manegold, Manegold's Söhne, Otto, Eggehard's Sohn, alle genannt von Eſtorf, Hans von Hitzacker, Sohn des Hans, und Segeband von Oppershauſen,

Gevehard's Sohn, verkaufen dem Bürger Hans Hoyemann zu Lüneburg einen Hof in Heinſen (im K. Embſen Kl.-A. St. Michaelis), und verpflichten ſich ihm und zu ſeiner treuen Hand dem Abte Ulrich, Prior Willekin und dem Convente zu St. Michaelis in Lüneburg zur Gewähr, nöthigenfalls zu einem Einlager in Lüneburg. 31. October 1384.

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Acht runde Siegel; ein neuntes Siegel abgefallen.

„† S' HENRICI DE . ESTORPE", mit einer ſchräg liegenden Lilie, wie unter Urk. 612.

„† S'OTTONIS+IVNIOR+ DE ESTORPE", mit einer ſchräg liegenden Lilie.

„† S'SEGHEBANDI+DE+ ESTORPE", mit Lilie im Schilde und mit einem Helm.

„† S' LVDOLFI + DE + ESSTORPE", in rothem Wachſe, mit einer aufrecht gelegten Lilie, Hintergrund damaſcirt.

Siegel abgefallen.

„† S' OTTONIS D . . . TORPE", mit einem Helm, wie auf dem abgebildeten Siegel.

„† S. IOHANNIS DE HITZAKER", mit einem aufrechten Löwen.

Urk. 736.

Die Gebrüder Bertold und Detlef Kind verkaufen dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg eine Kothe im Grimm vor Lüneburg auf Wiederkauf. 8. November 1384 [1]).

(Aus dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Zwei runde Siegel: „* S' BERTOLDI * KINT" und „† S' + DETLEF + KINT", jedes mit drei, mit Eiſenhütchen belegten Balken, letzteres wie unter Urk. 727.

[1]) „— — na godes bort Duſent Jaar Drehundert Jaar in dem veer vnde Achtigeſten Jare in dem hyghen daghe ſonte Willehadj des hyghen biſchopes", ſonſt gleichlautend mit Urk. 727 vom 8. November 1383.

Urk. 736a.

Der Rath zu Lüneburg [1]) thut kund, daß Abt Ulrich, Prior Willekin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg dem Propſte Diedrich, der Priorinn Eliſabeth und dem Convente des

[1]) „Nos Conſules Ciuitatis Luneborg Theodericus Springintgut albertus Hoyke Hartwicus abbenhorch Johannes de ponte Johannes Rokſwale hildebrandus de Tzerſtede Johannes grabow Johannes dicke eyleman-nus beue Johannes de Molendino Conradus Boltze et hinricus viſcule."

Kloſters St. Laurentii zu Buxtehude einen Chor Salzgut in der Saline Lüneburg wiederkäuflich verkauft haben. 13. November 1384.

(Aus einer Copie. — Vergl. Urk. 733c vom 29. September 1384.)

Urk. 737.

Papſt Urban VI. anerkennt in einem Schreiben an den Convent des Kloſters St. Michaelis zu Lüneburg die deshalb an ſich nichtige Wahl des dortigen Abtes Ulrich, weil er zu Lebzeiten des Abtes Werner die Beſetzung der Abtsſtelle bei nächſter Vacanz ſich vorbehalten hat, nachdem ihm angezeigt, daß Wahl und Beſtätigung in Unkenntniß davon geſchehen ſei; befiehlt, daß die gewöhnliche Zahl der Mönche und Diener im Kloſter beibehalten werde, und verpflichtet ſie zum Gehorſam gegen den Abt. Lucera (im Königreich Neapel), 14. November 1384.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß der Rathsherr Nikolaus Gronhagen dem Abte Ulrich, Prior Wilken und Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg eine Geldrente aus einem Hauſe, Hofe und Hausſtelle in Lüneburg verkauft hat. 13. März 1393.

(Nach dem Copialbuch № 4 S. 141 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos conſules ciuitatis Luneburg Albertus de Molendino Ludolphus Ruſcher haſſeke Thidericus bromes Johannes dicke Johannes de Molendino hinricus Schomaker Johannes hoyman hartwicus beue Nycolaus Gronehagen et Johannes de Empſen proteſtamur in hijs ſcriptis quod Nicolaus Gronehagen iam inter nos nominatus pro Centum marcis luneburgenſium denariorum ſibi iam integraliter perſolutis cum heredum ſuorum et omnium quorum quomodolibet interfuit conſenſu vendidit et in Judicio reſignauit venerabilibus viris dominis Olrico Abbati wilkino priori totique Conuentui Monaſterij ſancti Michaelis in luneborch ordinis ſancti Benedicti verdenſis dioceſis redditus perpetuos quinque marcarum dictorum denariorum in duobus anni terminis videlicet dimidietatem in Aſſumptionis et alteram dimidietatem purificationis feſtiuitatibus beate Marie virginis de domo Curia et area iuxta hereditatem Gheuehardi Gronehagen noſtri conciuis in dicta noſtra ciuitate ſituatis quos idem Nycolaus Gronehagen iam inhabitat et poſſidet perſoluendos et infra terminum a data preſencium continue numerandos et nunquam poſtea pro ſupradicta pecunie ſumma per poſſeſſorem earundem domus curie et aree redimendos Exactiones eciam in vulgo dictos ſchot de pretactis quinque marcarum redditibus ſingulis annis dandas poſſeſſor preſcriptarum domus curie et aree nobis ſoluet Datum Anno domini M CCC nonageſimo iij. In craſtino beati Gregorij pape noſtri Ciuitatis ſub ſigillo preſentibus in teſtimonium omnium premiſſorum appenſo.

Urk. 788 b.

Abt Ulrich, Prior Wilken und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg klagen den Zateleuten in der Herrſchaft Lüneburg, daß Ernſt Spörke das ihnen gehörende Holz zu Dalborf (im K. Gnarrenburg A. Bremervörde) eigenmächtig verbauen und verkauft, auch das auf ihre Anklage bei den Herren von Lüneburg denſelben wiederholt gegebene Verſprechen, ſolches zu unterlaſſen, nicht gehalten hat; ferner klagen ſie, daß die Gevettern Werner und Wasmod von Meding ihr Lehngut, das Dorf Reimersmoor (im K. Oberndorf A. Neuhaus), ohne ihr Wiſſen verkauft haben, und bitten die Zateleute, hierüber nach dem Rechte der Zate zu entſcheiden. 17. März 1393.

(Nach einer Copie auf der Königlichen Bibliothek zu Hannover: in „Allerhand Nachrichten und Urkunden ꝛc." S. 237 f.)

Wy Her Olric van Godes Gnaden Abbet Her Wilken Prior und dat gantze Conuent des Cloſters ſunte Michaelis to Luneborg doet witlik und claget Ju Strengen und Wyſen Zatesluden in der Herſcop to Luneborg allenſamend und enem iewelken beſunderen, dat lange Erneſt Sporke ſik lange tyd underwunden heft und noch underwynt des eghendomes ouer dat Holt to Dalborp und hefft dat Holt vorhowen und vorhowet id noch. mit ſulleſwolt und mit Unrechte, dat Uns und Unſeme Godeshus

mit allem eghendome hort und beſteyt. Hir umme hebbe wy ene to manighen tiden vor Unſen Heren van Luneborg vorclaget, dar he vore willeferde, dat he ſik des eghendomes ouer dat ſulue holt nicht mer underwinden wolde Wy ne weren des erſten mit rechte irſcheden. Des he doch nicht gheholden hefft. Aldus do wy iu witlik und claget ok Dat Her Werner Ridder und Waſmod Knape Beddern gheheten van Medingen unſe Leengud, alſe dat Dorp to Reyneſdemur ſunder unſe Witſchop und vulbord vorkofft hebbet, und hebbet aldus berouet, und berouet noch und maket biſter uns und unſe Godeshus unſer rechten Leenware mit ſulleſwol und mit Unrechte. Wor umme bidde wy dat gi uns na rechte hir ouer irſcheden willen, alſe in na Utwiſinge der Zate wol to boren mach. Gheclaget na Godes bord drutteynhundert Jar in deme dre unde negentigeſten Jare des negeſten Mandages na Mitvaſten.

Urk. 788 c.

Abt Ulrich, Prior Wilken und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Bürger Rötger Kloet zu Lübeck eine Geldrente. Lüneburg, 18. April 1393.

(Nach dem Copialbuch *M.* 5 fol. lxxij des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

In nomine dominj Amen. Nos Olricus dej gratia abbas. wilkinus prior Totuſque Conuentus monaſterij ſancti Michaelis in luneborch ordinis ſancti Benedicti verdenſis dioceſis. Ad omnium et ſingulorum ad quos litere preſentes peruenerint deducimus noticiam publice proteſtantes. Quod matura deliberacione — — rite et rationabiliter vendidimus et preſentibus vendimus diſcreto viro Rotgero kloet ciui lubicenſi redditus perpetuos tredecim marcarum denariorum lubicenſium. pro ducentis marcis eorundem denariorum — —. In quorum omnium teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum et actum Luneborch. Anno dominj M CCC XCIIj. feria ſexta poſt dominicam qua cantatur. Quaſimodo geniti.

Urk. 789.

König Wenzeslaus beſtätigt die Anordnung, durch welche die Herzöge Bernhard und Heinrich von Braunſchweig und Lüneburg feierlichſt gelobt haben, daß ſie die Privilegien und Gerechtſame aller Kirchen, Klöſter, Prälaten, Capitel, Convente und anderer Geiſtlichen im Fürſtenthume Lüneburg beſtätigen und ſie in denſelben erhalten und beſchützen, ſie nicht mit Dienſten beſchweren und beſchweren laſſen, überhaupt allen Rechtsverhältniſſen zu ihrem Schutze freien Lauf laſſen, auch Niemanden eine Veſte in der Herrſchaft pfandweis überlaſſen wollen, welcher nicht zuvor dieſe Anordnung zu halten geſchworen hat, wie auch jeder zu wählende Rathsherr und Bürger, auch jeder neue Herzog vor der Huldigung dieſelbe beſchwören ſoll, und alles Uebrige, was dieſe Herzöge zur Erhaltung des Friedens und der Eintracht in dieſem, von ihm zu Lehn erhaltenen Fürſtenthume verfügt haben. Karlſtein, 26. Juli 1393.

(Abgedruckt bei Scheidt bibl. Goetting. p. 134.)

Urk. 789 a.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg nimmt den Johann von Kolkhagen zu ſeinem Pröbner auf Lebenszeit an und überträgt ihm die Beſorgung des Malzes, wofür er Wohnung im Malzhauſe, Koſt am Dienſtbotentiſche und Kleidung haben ſoll. 28. Auguſt 1393.

(Nach dem Copialbuch *M.* 5 fol. lxij des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Wy her olrik van godes gnaden Abbet des Cloſters ſunte Michaelis bynnen luneborgh bekennet openbare in deſſem breue vor alſweme. dat we myt wiſſchop vnde vulbord vnſes Conuentes to vnſeme vnde vnſer nakomelinghen ewygen prouendere entfanghen hebbet Johanne van kolkhaghene ſo dat he in vnſeme Multehus wonen ſchal dat hus vnd vnſe Mold truwelken vorwaren myd gantzer macht ſo he

vorderſte kan alze we em wol to gheloued vnde mid vnſen anderen prouenderen vnde denren eten vnde drinken. wy willet ok vnde vnſe nakomelinghe ſchollet eme alle daghe twiſchen beyden maltyden eyne quarte vnſes taffelberes bouen ſyne daghelikes koſte gheuen edder de vnſe gheuen laten vnde alle Jar to ſunte Michaelis daghe myd enem grawen rocke cleden ghelik vnſen anderen denren ſyne leuedaghe. were ok da he van alders edder krankheyt weghene vnſe molthus nicht vorwaren konde ſo wille we vnd ſchollen ene allike wol myd woninghe mid koſten ghedrenke vnde kledinghe alſe vore ſcreuen is beſorghen — —. Hir vore heft he vns drittich mark luneborger penninghe ghegheuen ok heft he ſik vnd alle ſyn gud weghelik vnd vnbeweghelik wor dat is mid beradenem mode vnde mid gudem willen in vnſe godeſhus ghe offert vnde gheuen — —. Des to enem groteren orkunde ſo hebbe we vnſe Inghеſeghel witliken ghehenghet to deſſem breue. vnde her willeken prior vnde dat gantz Conuent des vorbenomden Cloſters bekennet in deſſer ſuluen ſcrift dat deſſe vorſcreuenen ſtucke myt vnſer aller witſchop vnde vulborde ghe handelt vnde ſchen ſint. Des to tughe ſo hebbe we vnſes Conuentes Inghеſegel wittliken mede gehenget laten by vnſes abbetes Inghеſegel to deſſem breue Gheuen na godes bord drytteynhundert Jar dar na in dem dre vnde neghentighеſten Jare in dem hilghen auende ſunte Johannis decollacionis.

Urk. 789b.

Die Pröpſte Graf Chriſtian von Delmenhorſt zu Walsrode und Johann zu Lüne ſchlichten einen Streit über die Beſetzung der vacant gewordenen Vicarie am Heiligen Kreuz-Altare in der Kirche St. Cyriaci zu Lüneburg. 20. November 1393.

(Aus Baringii clavis diplom. p. 667. CXXIV. — Den Abdruck ſ. Urkb. des Kloſters St. Johannis zu Walsrode Urk. 218.)

Urk. 789c.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg nimmt den Hoyer Hoppener zu ſeinem Diener und Pröbner auf Lebenszeit an und überträgt ihm die Beſorgung ſeiner Hopfengärten in Lüneburg und Grünhagen. 13. December 1393.

(Nach dem Copialbuch № 5 fol. lxij des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Wy her Olrik van godes gnaden abbet des Cloſters ſunte Michaelis to luneborg bekennet in deſſem openen breue vor alleſweme. dat wy myt wiſchop vnd myt vulbord vnſes Conuentes Hoyer hoppener to vnſem dener vnd prouender entfangen hebbet wy vnd vnſe nakomelinghe ſchollet vnd willet ome alledaghe ſpiſe vnd koſte gheuen alſe wy vnſen knapen doet. vnd io to der maltid eyn quarter vnſes tafelberes vnd ſollet one of alle iare to ſunte Michaelis daghe myt enem grawen rokke cleden all de wile dat he leuet. Hir vore heft he vns vertich mark luneburger penninghe gheuen vnd heft ſik vnd all ſyn gut bewechlik vnd vnbewechlik wor dat is in vnſe godeſhus gheoffert vnd gheuen. — — Sunderliken ſchal he vns vnſen hoppengarden to luneborg vnd to dem gronenhaghen truweliken vorwaren — —. Gheuen na godes bord druttеynhundert iar dar na in deme dre vnde neghentigeſten Jare in dem daghe ſunte Lucien der hilghen Juncvrowen.

Urk. 790.

Der Rath zu Lüneburg thut kund, daß ſein früherer Conſul Gottfried von Hagen am 20. October 1382 dem Abte Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg und den Teſtamentsexecutoren von Mathilde, Wittwe des Bürgers Johann Stadtvogt, neun Mark beſtändiger Einkünfte aus der Saline Lüneburg verkauft hat, welche zum Theil zur Feier des Jahresgedächtniſſes des Johann und der Mathilde in der Kirche St. Johannis verwendet werden ſollen. 7. Januar 1394.

(Nach dem Copialbuch № 6 S. 98 f. № 77 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Conſules Ciuitatis luneborch. Albertus de Molendino ludolffus Ruſcher. haſſeke. thidericus Bromes Johannes dicke Johannes de Molendino. hinricus Schomakers Johannes hoyeman. hartwicus Beue Nycolaus gronehaghen et Johannes de empſen Proteſtamur in hijs ſcriptis Quod Anno dominj Milleſimo Trecenteſimo Octogeſimo ſecundo jn profeſto vndecim Milium virginum. Gotfridus de haghene. quondam noſtri Conſulatus ſocius. pro ducentis et quinquaginta duabus marcis luneborgenſium denariorum ſibi tunc integraliter perſolutis et in vſus ſuos conuerſis. cum heredum ſuorum et omnium quorum quomodolibet interſuit conſenſu. vendidit et in judicio reſignauit venerabili viro domino. Olrico Abbati Monaſterij ſancti Mychaelis et diſcretis viris domino Johanni weſtual bone memorie. tunc beneficiato parochialis Eccleſie ſancti johannis in dicta noſtra Ciuitate et johanni witten noſtro Ciui. Executoribus Teſtamenti. Mechtildis Johannis Staduoghedes quondam noſtri Burgenſis Relicte bone memorie perpetuos Redditus nouem Marcarum dictorum denariorum de vorbate et bonynghe dimidie ſiniſtre Ghunchpannen domus Eluerdinghe. et de dimidio Choro ſalis. de ſiniſtra wechpannen domus deynghe Et de dimidio choro ſalis de ſiniſtra wechpannen domus Genynge in Salina luneborg quolibet flumine tollendis. in omni feſto Natiuitatis chriſti ſingulis annis. abſque omni diminucione et japedimento eidem Saline quomodolibet incumbentibus perſoluendos. Eciam ſi in iſta perſolucione aliquod defecerit in tempore quocunque contingente hoc de vniuerſis alijs bonis ſalinaribus prenotato Gotfrido pertinentibus recuperabimus. De hijs nouem marcarum Redditibus domino hinrico vicelhouede preſbitero verdenſis dyoceſis ſunt ſex marcarum Redditus ad tempore vite ſue duntaxat aſſignati percipiendos (*sic*). Eo de medio ſublato per executores antedictos alibi vbi eis tunc vtile viſum fuerit pie conuertentur Et idem Executores alios trium marcarum Redditus ad pios vſus modo ſubſcripto diſpoſuere diſtribuendos videlicet quod vicarius vicarie Thiderici hollen Ad altare beati jacobi apoſtoli in prenarrata ſancti johannis Eccleſia fundate qui pro tempore fuerit. colliget et in modum diſtribuet ſcilicet. pro anniuerſario dicti johannis Staduoghedes occurrente ipſo die beatorum Criſpini et Criſpiniani martirum. per Rectorem ſuosque tres capellanos. et quinque ſuos ſcolares et decem juniores vicarios pretacte parrochialis Eccleſie ſancti johannis ſingulis annis honorifice de veſpere cum vigilijs et mane miſſis decantandis in omnipotentis dei laudem et honorem et veniam peccaminum eiuſdem Johannis Staduoghedes peragendo pro quo expreſſus vicarius Altaris ſancti jacobi eidem Rectori duos ſolidos. Tribus ſuis Capellanis cuilibet vnum ſolidum et quinque ſuis ſcolaribus et Campenario cuilibet quatuor denarios et cuilibet vicariorum iam dictorum de veſpere in vigilijs quatuor denarios et mane iterum quatuor denarios miniſtrabit et Anniuerſarius preſcripte Mechtildis aduenicns ipſo die beati Tiburci martiris per prenarratas perſonas cum ſecunde marce Redditibus eodem modo celebrabitur Reſiduum vero dictarum duarum marcarum Reddituum Anniuerſarijs ambabus ut predicitur peractis Idem vicarius Altaris ſancti jacobi pro collectis et diſtribucionis labore retinebit Et tercie marce Redditus predictus vicarius omnibus vicarijs et preſbiteris ad ſummam miſſam prememorate eccleſie ſancti johannis in die Commemorationis animarum ſequente die poſt feſtum omnium ſanctorum inſtanti venientibus omni anno equaliter erogabit juris Ciuitatis noſtre penitus ſaluo in premiſſis. preſentes literas ob rogatum partium predictarum jn teſtimonium omnium prehabitatorum Sigillo Ciuitatis noſtre ſepedicte fecimus communiri Datum Anno domini M° Trecenteſimo Nonageſimo quarto jn Craſtino Epyphanye.

Urk. 700a.

Biſchof Otto zu Verden beſtätigt die Teſtamentsverfügungen der verſtorbenen Eliſabeth, Wittwe Ulrich's von Verfeld, und des verſtorbenen Marquard's von Dannenberg, Beneficiaten in der Kirche St. Cyriaci, durch welche, unter Zuſtimmung des Abts Ulrich, Priors Willekin und des Convents

zu St. Michaelis in Lüneburg, für reiche Geſchenke in den Krypten des Kloſters tagtäglich Meſſen und Horen zu ihrem Seelenheile geſungen werden ſollen; desgleichen beſtätigt er das Vermächtniß des frühern Abts Ulrich von Ilten für 3 Altäre in der größern Krypte, deren Rectoren an dem eben erwähnten Gottesdienſte theilnehmen ſollen, und verſpricht einen Ablaß Allen, welche dieſem Gottesdienſte beiwohnen werden. Rotenburg, 24. Februar 1394.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Nos Otto dei et apoſtolice ſedis gratia verdenſis eccleſie Epiſcopus. tam preſentibus quam poſteris preſentis litere inſpectoribus Salutem in domino ſempiternam. Ad perpetuam rei memoriam Cum ea que ad cultum dei et intemerate matris eius virginis marie ampliandum et in ſubſidium ſpiritualium perſonarum cedere conſpiciuntur promouere et quantum in nobis eſt augere teneamur. Hinc eſt. quod cum alias honorabilis domina Elyzabeth relicta quondam olrici de Beruelde. Et dominus Marquardus de dannenberghe pie memorie quondam beneficiatus in eccleſia ſancti Cyriaci prope muros opidi luneborg noſtre dioceſis in honorem Beatiſſime virginis Marie et in remedium animarum ſuarum quoſdam certos redditus et poſſeſſiones in Bonis ſalinaribus. ortis. Curijs. Decimis. habitacionibus aliisque bonis et redditibus in ſuis teſtamentis ſeu vltimarum voluntatum diſpoſitionibus legauerunt et donauerunt non in titulum beneficij ſed elemoſinarum ad hoc pie deputauerunt vt in Criptis Monaſterij ſancti Mychaelis in luneborg dicte noſtre dyoceſis in honore glorioſiſſime Marie virginis conſecratis omnj die miſſe et hore de eadem per preſbiteros et clericos ad hoc aſſumptos et aſſumendos deuote et ſollempniter decantentur prout prefati Elyzabeth et Marquardus bone memorie cum conſenſu fauore et conſilio. venerabilis patris dominj olrici Abbatis willekini prioris et totius conuentus Monaſterij ſupradicti racionabiliter diſcrete et laudabiliter ordinarunt. Que omnia et ſingula in ſuis teſtamentis ſeu vltimarum voluntatum diſpoſitionibus lucidius et diſtinctius continentur. Prefati vero, Abbas Prior et Conuentus diſcretione prouida pie moti futura pericula in premiſſis preuenire cupientes nos ea qua decuit inſtancia humiliter requirentes pecierunt quatenus dictorum Elyzabeth et Marquardj ordinaciones ut premittitur et eorum vltimas voluntates ex iniuncto nobis officio ut tenemur approbare et confirmare dignaremur ad cautelam futurorum. Nos igitur iuſtis eorum precibus inclinati. futuris periculis circa premiſſa et quodlibet premiſſorum Cupientes obuiare et de remedio oportuno et canonico prouidere Sepedictorum Elyzabeth et Marquardi vltimas voluntates in diuinis obſequijs peragendis ordinacionis reddituum domus et aliorum bonorum ut premittitur legaciones cum omnibus et ſingulis ad idem pium opus iam datis et legatis vna cum elemoſinjs et redditibus per honorabilem patrem dominum Olricum de ylten felicis recordacionis eiuſdem Monaſterij quondam Abbatem ad tria altaria in Maiori Cripta non in titulum beneficij ſed elemoſinarum deputatis et aſſignatis quorum Rectores eiſdem horis vna cum alijs intereſſe tenebuntur Necnon omnia et ſingula per chriſti fideles in futurum ad hoc ipſum danda leganda aut quouis modo legitime conquirenda pro reuerencia omnipotentis dei et intemerate matris eius virginis marie approbamus et ad ſolum illum vſum et non alium auctoritate ordinaria in dei nomine confirmamus et in proteccionem noſtram eccleſiaſticam omnia et ſingula recipimus et precipue in verdenſi ſedj et noſtram defenſionem ſpecialem Non obſtantibus prioribus teſtamentis per dictum dominum Marquardum factis eciam ſi eſſent per predeceſſores noſtros confirmata quibus hanc ſuam voluntatem volumus preualere Inhibentes in virtute ſancte obediencie et ſub pena excommunicacionis omnibus et ſingulis per noſtram dioceſin conſtitutis cuiuscunque ordinis ſtatus aut condicionis exiſtant ne de dictis bonis ſic per nos ad diuinum cultum confirmatis diſtrahendo alienando impediendo aut quouis modo vſurpando ſe in parte aut in toto intromittant aut talia per alios fieri procurent ſeu contra

noſtram preſentem confirmacionem quicquam attemptare preſumant ſi eterne dampnacionis periculum et ſentenciam excommunicacionis uoluerint euitare Et nos auctoritate ordinaria ſi quid contra premiſſa uel quodlibet premiſſorum factum fuerit decernimus irritum et inane. Omnibus vero et ſingulis chriſti fidelibus vere penitentibus et contritis qui ad honorem beate Marie virginis idem pium opus promouerint elemoſinas dederint manus adiutrices porrexerint miſſas horas ſermones in dictis criptis audierint aut eas cauſa deuocionis ob reuerenciam beatiſſime Marie virginis viſitauerint de omnipotentis dei miſericordia et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi Quadraginta dies Indulgenciarum et vnam Karenam de iniunctis ſibj penitencijs miſericorditer in domino relaxamus In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum Datum Rodenborg anno dominj Milleſimo Trecenteſimo. Nonageſimo quarto in die beati Mathie Apoſtoli . .

Siegel abgefallen.

Urk. 790b

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg verkauft Heinrich Saſſe eine Leibrente von 11 Mark. 22. April 1394.

(Nach dem Copialbuch № 5 fol. lxij des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

We her Olrich von godes gnaden abbet des Cloſters ſunte Michaelis tho luneborch bekennet in deſſem breue openbare alſweme. dat we mvt witſchop vnde wlbord vnſes Conuentes. vor hundert mark luneborger penninghe de vns rede na willen wol betalet ſind. hebben verkoft vnde mvt kraft deſſes breues in ſyne were ghelaten Hinrike Saſſen vnde deme Jennen de deſſen breff heft mid ſynem willen de wile hinrik leuet eluen mark gheldes liffghedinghes. iarliker rente in der vorbate vnde boninghe vnſer vorderen Ghunkpannen de wy hebben in deme buſe to nedderen Verdinghe vppe der ſulten tho luneborch. — — vnde wan hinrik van dodes weghene aff ghe ghan is ſo ſcholle we deſſer eluen mark van alſweme vnuorplichtet weſen vt tho ghenende. — — Ghenen na godes bord drittevnhundert Jar dar na in dem veer vnde neghentigheſten Jare des Midwekens vor Paſchen . .

Urk. 791.

Prior Wilken und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen an Johann König und deſſen Frau Gertrud zu Lübeck eine Leibrente von zehn Mark, und Abt Ulrich beſtätigt dieſen Verkauf. Lüneburg, 4. Mai 1394.

(Nach dem Copialbuch № 5 fol. lx des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

In nomine dominj amen. Nos Willekinus prior totuſque Conuentus Monaſterij ſancti Michaelis in Luneborch ordinis ſancti benedicti verdenſis dyoceſis. Vniuerſis preſentes literas inſpecturis ſeu audituris. Salutem in domino. Cum noticia rei geſte ad noticiam omnium tam preſencium quam futurorum deducere cupientes preſentibus proteſtamur. Quod matura deliberacione conſilio diligenti necnon tractatu ſollempni inter nos prehabitis vocatis eciam ad hoc omnibus euocandis et preſentibus qui debuerunt et potuerunt commode intereſſe rite et rationabiliter vendidimus et per preſentes vendimus. honeſtis perſonis ac diſcretis. Johanni dicto koninch. et ghertrudi ſue vxori legitime ciuibus Lubicenſibus. annuos redditus. decem marcarum lubicenſium denariorum. pro centum marcis eiuſdem monete nobis integraliter numeratis traditis et ſolutis. et in vſus neceſſarios noſtri Conuentus predicti omnimode expoſitis et conuerſis. Quorum reddituum medietatem — -- perſoluere et erogare tenebimur expedite. quamdiu ſpiritus vite eſt in ipſis. non obſtantibus gwerris ſentencijs. inhibicionibus aut alijs grauaminibus quibuscunque. — — Ceterum cum aliquem ex dictis duabus perſonis de hoc ſeculo migrare contigerit extunc alteri ſuperuiuenti dictos redditus decem marcarum

totales eque plenarie ſingulis annis ad tempora vite ſue intra muros lubicenſes perſoluere et erogare tenebimur expedite omnibus modis quibus ſupra. Sed ipſis ambobus defunctis. extunc dicti redditus nobis et noſtro conuentui vacabunt ſic quod nulli prorſus deinde tenebimur quicquam. Ad hec omnia predicta nos et noſtros ſucceſſores tenore preſencium firmiter obligamus. Renunciantes — —. In quorum euidens teſtimonium omnium premiſſorum. nos willekinus prior et Conuentus monaſterij ſancti michaelis in luneborg predicti ſigillum noſtrum concorditer et ſcienter iuxta ſigillum domini noſtri Olrici abbatis noſtri ſupradicti preſentibus duximus appendendum. Et nos Olricus abbas monaſterij ſancti michaelis in luneborch recognoſcimus tenore preſencium publice et teſtamur quod omnia et ſingula prenarrata conſentimus ratificamus et approbamus et in ſignum noſtri conſenſus literis preſentibus ſigillum noſtrum iuxta ſigillum predicti noſtri Conuentus appendi iuſſimus in teſtimonium premiſſorum Datum et actum luneborg Anno dominj Milleſimo trecenteſimo. nonageſimo quarto. feria ſecunda poſt dominicam qua cantatur Miſericordias dominj.

Urk. 791a.

Prior Wilken und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen an Taleke Runge in Lübeck eine Leibrente von vier Mark und ertheilen ihr Theilnahme an allen geiſtlichen Werken ihres Ordens, und Abt Ulrich beſtätigt dieſen Verkauf. Lüneburg, 4. Mai 1394.

(Nach dem Copialbuch M 5 fol. lx des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

In nomine dominj amen. Nos Wilkinus Prior. totuſque Conuentus monaſterij ſancti michaelis in luneborg ordinis ſancti Benedicti. verdenſis dyoceſis. tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes. Quod maturo conſilio et tractatu prehabitis de communj noſtro conſenſu vendidimus et preſentibus vendimus. quatuor marcarum redditus annuos taleken runghen in lubeke commoranti ad ipſius vitam pro quadraginta marcis denariorum lubicenſium — —. Inſuper exiente pio ipſius affectu quam ipſa ad nos et noſtrum ordinem habere percepimus concedimus ei plenam participationem honorum ſpiritualium que per nos fiunt ac deo dante de cetero fient in toto ordine noſtro in vita ipſius pariter et in morte. In quorum euidens teſtimonium omnium premiſſorum. Nos willekinus prior et Conuentus monaſterij ſancti michaelis in luneborg predicti. ſigillum noſtrum concorditer et ſcienter iuxta ſigillum domini noſtri Olrici abbatis noſtri ſupradicti preſentibus duximus appendendum. Et nos Olricus abbas — —. Datum et actum luneborg. Anno dominj M° CCC° XC° iiij feria ſecunda poſt dominicam qua cantatur Miſericordias dominj.

Urk. 791b.

Abt Ulrich, Prior Wilken und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg klagen den Zateleuten in der Herrſchaft Lüneburg, daß der Rathsherr Johann Dicke zu Lüneburg ſchon ſeit langer Zeit ihnen zuſtehende Renten in der Saline Lüneburg ihnen eigenmächtig vorbehalten hat, und bitten, hierüber nach Recht zu entſcheiden. 5. Juni 1394.

(Nach einer Copie auf der Königlichen Bibliothek zu Hannover: in „Allerhand Nachrichten“ ꝛc. S. 298.)

Wy Her Olrik van Godes Gnaden Abbet, Her Wilken Prior unde dat gantze Conuent des Cloſters ſunte Michaelis to Luneborg dôt witlik unde clagbet Ju ſtrengben und wiſen Zadesluden in der Herſchop Luneborg, allen ſamend und enem Jewelken beſundern, dat Her Johann Dicke Radman to Luneborg, Uns langhe tyd Rente und Ghulde de we hebbet uppe der Sulten to Luneborg vorbeholden hefft, mit Sulleſwold und Unrechte, unde noch vorbehold tegben unſen Willen. Hir umme bidde we dat gi uns na rechte bir euer irſcheden willen alſe Ju na Utwiſingbe der Zate wol to boren mach. Gheclaghet na Goddes bort druttennhundert Jar dar na in deme ver und negbentigheſten iare des negheſten Vridaghes na Penkſten.

Urk. 792.

Propſt Johann, Priorinn Mechtild und der Convent des Kloſters Lüne ratificiren einen Vertrag, welchen die Aebte Ludolf zu Oldenſtadt und Johann zu Scharnebeck, und die Pröpſte Otto zu Heiligenthal, Wasmod zu Ebſtorf und Diedrich zu Medingen zwiſchen ihnen und dem Abte Ulrich, Prior Willekin und Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg vermittelt haben; dem Kloſter St. Michaelis gehören nach Inhalt deſſelben zwei Theile des Zinſes und die Hebung von 8 Hühnern aus der Länderei des frühern Dorfs „Holthuſen“ [1]) bei Barendorf (im K. Steinſtorf A. Lüne), und die Waldungen, Holzungen und das Buſchwerk linker Hand des Weges von Lüne nach Wendhauſen, auch zwei Höfe in Vahuſen (im K. Suderburg A. Bodenteich), dem Kloſter Lüne aber der dritte Theil des Zinſes und 8 Hübner nebſt der Vogtei über „Holthuſen“ und die Waldungen ꝛc. rechter Hand des genannten Weges, auch das Eigenthum gewiſſer Höfe und Güter im frühern Dorfe Bilm bei Lüneburg (im K. u. A. Lüne). 16. Juni **1394.**

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

[1]) Nördlich von Barendorf zwiſchen Lüne, Bilm und Wendhauſen liegt die Waldung „Holzhauſen“.

Johannes. Prepoſitus Mechtildis Prioriſſa totuſque Conventus Monaſterij ſancti Bartholomei in Lune Ordinis ſancti Benedicti Verdenſis dioceſis preſentibus recognoſcimus. Quod orta materia queſtionis inter nos ex vna ac venerabiles patrem et dominos Odalricum Abbatem, Wilkinum priorem et Conventum Monaſterii ſancti Michaelis in Luneborgh dictorum ordinis et dioceſis parte ex altera ſuper nonnullis Agris Cenſibus Aduocacia Siluis Nemoribus et Rubetis ac alijs quibuſcunque pertinencijs quondam ville holthuſen, olim prope villam Barendorpe ſituate Necnon ſuper proprietate feudo et Cenſu certarum Curiarum et bonorum in Villa quondam Bilne prope Lüneborg et pertinenciarum eorundem. Et huiuſmodi queſtione aliquamdiu inter nos ventilata Tandem venerabiles patres et domini . . Abbates et . . Prepoſiti Monaſteriorum infra nominati vtriuſque noſtrum et Monaſteriorum predictorum tranquillitati et concordie, conſulere cupientes, dictis queſtioni et diſcordie ſe pro bono pacis amicabiliter interpoſuerunt. Ac Ipſis coniunctim per nos data ſuper premiſſis omnibus et ſingulis amicabiliter componendis plena et omnimoda poteſtate, et multis per ipſos ſuper hijs tractatibus multo tempore inter nos utrobique prehabitis poſtremo infraſcripti patres et domini omnem huiuſmodi queſtionem et diſcordiam inter nos hincinde ſuper premiſſis et eorum occaſione hactenus quomodolibet habitas infraſcripto modo amicabiliter compoſuerunt et finaliter omnino et funditus extinxerunt Ordinantes vigore predicte poteſtatis ipſis per nos ut premittitur date et firmiter obſeruari precipientes quod diſtinctiones ac fines terminorum et bona que inferius deſignantur hincinde ad nos et ad Monaſteria noſtra predicta infraſcripto modo debeant perpetuo pertinere. In primis videlicet quod due partes Cenſus et Octo pulli de Agris quondam predicte ville holthuſen prouenientes ac Silue Nemora et Rubeta quecunque eiuſdem quondam ville, que ſunt ad aquilonem ſeu ad ſiniſtram manum veniendo de Monaſterio Lune ad ipſam quondam villam et progrediendo per Agros ipſius uſque ad viam, que eſt ad ſiniſtram infra Indaginem predicte quondam ville holthuſen et ducit ad villam Wenthuſen prout huiuſmodi fines et limites per lapides magnos reguntur et diſtingwuntur. Necnon due Curie in villa Bodenſen cum omnibus ſuis Redditibus et pertinenciis ad Abbatem Conuentum et Monaſterium ſancti Michaelis predictos. Et econtra reliqua tertia pars Cenſus et Octo pulli de Agris predictis cum Aduocatia quondam ſepedicte ville holthuſen, ac Silve Nemora et Rubeta quecunque que ſunt ad Auſtrum ſeu ad dexteram manum predictarum finium viarum et diſtinctionum, Necnon proprietas pretactorum bonorum in prefata quondam villa Bilne cum omnibus

et ſingulis ipſorum pertinenciis ad nos et Monaſterium noſtrum debeant perpetuo libere et pacifice pertinere Et quod per Compoſitionem huiuſmodi omnis queſtio et diſcordia predicte inter nos funditus et omnino finite eſſe debeant vtrobique et extincte. Verum quia predicta omnia et ſingula de plenis et expreſſis noſtris voluntate beneplacito et Conſenſu per infraſcriptos patres et dominos ſicut premittitur amicabiliter ordinata compoſita ſunt et precepta. Ideoque Nos Johannes prepoſitus Mechtildis prioriſſa et Conuentus predicti deliberatione diligenti et matura et pluribus tractatibus Capitularibus ſuper hijs ſepius prehabitis predictas omnes et ſingulas diſtinctiones finium, Limitationes terminorum, necnon aſſignationes bonorum hincinde predictorum ac ordinationes et compoſitiones et omnia alia et ſingula predicta tenore presencium ſponte et ſcienter acceptamus et approbamus. Promittentes predictis venerabili patri domino Odalrico Abbati. Wilkino priori et Conuentui Monaſterii predicti et eorum in perpetuum ſucceſſoribus predicta omnia et ſingula nos perpetuo bona fide firma grata et rata tenere et habere velle et Succeſſores noſtros debere, et in nullo contrauenire de iure vel de facto. Et ad firmitatem ampliorem preſentes literas noſtras, noſtris et ad peticionem noſtram infraſcriptorum dominorum Sigillis predicto Monaſterio ſancti Michaelis dedimus ſuper hijs ſigillatas. Et nos Ludolphus in Veteri vlleſſen et Johannes in Schermbeke Monaſteriorum. Abbates necnon Otto in Hilghendale Waſmodus in Ebbecſtorpe et Theodericus in Medingen Monaſteriorum prepoſiti dicte verdenſis dioceſis preſentibus recognoſcimus quod nos de pleno et expreſſo conſenſu predictarum partium omnes et ſingulas queſtiones et diſcordias predictas per diſtinctiones finium, limitationes terminorum et aſſignationes bonorum hincinde predictorum iuxta omnem modum ſuperius expreſſum et per dictas partes acceptatum plene et integre compoſuimus finiuimus et extinximus, et preſentes literas ad rogatum domini Johannis prepoſiti prioriſſe et Conventus predictorum Sigillis noſtris vnacum appenſione Sigillorum ſuorum roborauimus in euidens teſtimonium omnium premiſſorum Sub Anno dominj Milleſimo Tecenteſimo Nonageſimo quarto Indictione ſecunda Menſis Junij die xvi. pontificatus ſanctiſſimi patris domini Bonifacij pape noni Anno quinto Amen.

S' IOHANNIS . PPOSITI IN LVNE

die heil. Veronika ſtehend mit dem Schweißtuche Chriſti.

Noch drei Siegel auf folgender Seite.

Urk. 792a.

Abt Ulrich, Prior Wilken und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg ratificiren einen Vertrag mit dem Kloſter Lüne über ſtreitige Güter in Holthuſen und Bilm bei Lüneburg (im K. u. A. Lüne). 16. Juni 1394.

(Aus dem Copialbuch № 5 fol. lxj des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vgl. Urk. 792.)

Urk. 793.

Archidiakon Egbard Oldendorf zu Modeſtorf und Canonicus Robert von Nortlo zu Bardowiek entſcheiden in Betreff der letzten Verfügung des Prieſters Marquard von Dannenberg: die dem Johann Witte verliehene Vicarie des Altars b. Mariae virg. der Kapelle St. Lamberti, ſoll beſtändig ein geiſtlich Benefiz bleiben, dazu Marquard's Wohnung nebſt Hof und Hausſtelle, ein Salinegut, die Aecker und ein Kamp bei Bleckede und eine Geldrente aus dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg gehören, und das Patronat über die Vicarie nach dem Tode des Prieſters Johann Boden bei der Kämmerei der Kalandsbrüderſchaft in Lüneburg verbleiben; die übrigen Güter Marquard's aber, nämlich ein Salzgut in der Saline, eine Geldrente aus dem Kloſter St. Michaelis, ein Viertel des Zehnten zu „Bertorpe", ein Garten vor dem rothen Thore zu Lüneburg, Güter in Nahrendorf (Kdf. im A. Bleckede) [1]) und eine Kothe in Kirchgellerſen (Kirchd. A. Winſen a. d. L.) ſollen unter Dispoſition des Kloſters St. Michaelis verbleiben [2]), dieſem auch vom jetzigen Vicare jährlich 4 Mark 8 Schillinge entrichtet oder mit 68 Mark abgelöſt werden. Lüneburg, im Umgange der Minoriten, 2. October 1394.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Vergl. Urk. vom 12. Juli 1396.)

Egbardus Oldendorp Archydiaconus in Modeſtorpe in eccleſia Verdenſi et Ropertus de Nortlo Canonicus eccleſie Bardewiccenſis Verdenſis dyoceſis Arbitri Compromiſſarii per infraſcriptas partes ſuper omnibus cauſis litibus et queſtionibus infraſcriptis communiter

[1]) Vgl. Urk. vom 7. September 1391.
[2]) Vgl. Urk. vom 12. Juli 1396.

et concorditer electi Ad omnium et ſingulorum et ſpecialiter quorum intereſt noticiam deducimus per preſentes Quod orta pridem inter diſcretos viros dominos Johannem witten ex vna necnon Hinricum dambeken ludolfum horn et Johannem giſen preſbiteros dicte Verdenſis dioceſis parte ex altera de et ſuper quibuſdam teſtamentis ſeu ultimis voluntatibus quondam dominj Marquardi de dannenberghe preſbiteri dicte dyoceſis materia queſtionis prefato domino Johanne witten affertiente dictum dominum Marquardum dudum quoddam certum beneficium eccleſiaſticum inſtauraſſe et dotaſſe et de prefato beneficio dudum auctoritate dyoceſani confirmato ſibi canonice prouiſum extitiſſe Et parte aduerſa dicente prefatum dominum Marquardum Redditus quibus dictum beneficium confirmatum olim dotauerat in quoddam teſtamento ſuo ultimo cum aliis bonis ſuis ad alios pios uſus videlicet pro miſſis et aliis diuinis officiis in certo loco dicendis et ad elemoſinas nudas abſque tytulo eccleſiaſtici beneficii deputaſſe et huiuſmodi redditus et bona ad ſe et non ad prefatum dominum Johannem witten pertinere. Super quibus omnibus cum fuiſſet inter dictas partes aliquamdiu extraiudicialiter diſceptatum et appellaciones varie hincinde interpoſite necnon eciam Citaciones et proceſſus occaſione premiſſorum emanaſſent. Tandem placuit dictis partibus ut totum negocium predictum per nos quos ad hoc in preſencia notarij et teſtium infraſcriptorum ſponte et concorditer elegerunt in amicicia ſopiretur. Nos igitur huiusmodi arbitrio in nos ſuſcepto ac viſis auditis et intellectis predictarum parcium Juribus ac racionibus necnon literis et Inſtrumentis deſuper confectis ac ipſis cum diligencia ſepius recenſitis deliberacione cum multis iuris peritis ſuper hiis prehabita. Nos arbitri predicti eiſdem partibus preſentibus et inſtantibus ſuper omnibus et ſingulis cauſis et litibus predictis concorditer et in ſcriptis pronunciamus ac eciam tenore preſencium per hanc noſtram arbitralem ſententiam pronunciamus ordinamus et diffinimus quod ante omnia predicte partes ſtatim et in continenti renunciare debeant omnibus litibus cauſis et queſtionibus ac eciam appellationibus proceſſibus et Citationibus necnon quibuſcunque literis impetratis et infraſcriptam materiam quomodolibet tangentibus quibus infraſcripta noſtra pronunciacio infirmari poſſet uel quiſquam ex ipſis partibus quomodolibet moleſtari. Vicaria quoque altaris beate Marie virginis in Capella ſancti lamberti de qua prefato domino Johanni witten ut premittitur prouiſum extitit debet cum infraſcriptis pertinenciis et redditibus perpetuum beneficium eccleſiaſticum permanere et ad dictam vicariam ſpectabunt perpetuo domus Curia et area cum cum (*sic*) ſuis finibus limitibus et pertinencijs quas olim prefatus dominus Marquardus inſtaurator et dotator predicte vicarie quondam inhabitauit cum calice libris et ornamentis necnon cum dimidio plauſtro ſalis in domo Greuinghe in ſalina luneborg cum agris et campo prope blekede in dotacione predicti beneficij eciam expreſſis et cum redditibus annuis quatuor Marcarum apud Monaſterium ſancti Michaelis in luneborg et Juſ patronatus predicte vicarie prout Idem Marquardus eciam ordinauerat manebit poſt mortem dominj Johannis bodem preſbiteri perpetuo apud Camerarios fraternitatis ſancti Spiritus ſeu kalendarum in luneborg Reliqua bona predicti quondam dominj Marquardi videlicet dimidium plaultrum ſalis in domo Seueninghe in predicta ſalina et Redditus Quatuor Marcarum apud prefatum Monaſterium ſancti Michaelis cum Quarta parte decime in Berdorpe et Octo extra rubeam valuam prope luneborg necnon cum bonis in villa Norendorpe et vna caſa in kerkgelderſen apud Monaſterium ſancti Michaelis predictum ſub diſpoſicione Abbatis et Conuentus ibidem dumtaxat perpetuo remanebunt Et vicarius predicte Vicarie pro tempore miniſtrabit ad ſanctum Michahelem ſingulis annis de domo et bonis dicte Vicarie Quatuor Marcas et Octo ſolidos denariorum — —. Poterit tamen vicarius dicte vicarie pro tempore quandocunque ſibi placuerit Abbati et Conventui ſancti Michahelis in luneborg ſoluendo ipſis Triginta Quatuor Marcas pro medietate dictorum Reddituum et iterum Triginta Quatuor Marcas pro reliqua medietate a ſolucione dictorum Reddituum ſe perpetuo

exonerare. Pronunciamus eciam quod litere communes ponantur in loco ſecuro ad uſus utriuſque partis. litere vero ſpecialiter partes concernentes partibus ipſis tribuantur. — — In quorum omnium euidens teſtimonium preſentes literas noſtras ſigillis noſtris roborarj fecimus et per infraſcriptum notarium in formam publici redigi mandauimus Inſtrumenti. Datum et Actum luneborg in Ambitu fratrum minorum ibidem Anno dominj Milleſimo Trecenteſimo Nonageſimo Quarto Indictione ſecunda Menſis Octobris die ſecunda hora veſperorum uel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in chriſto patris et dominj noſtri dominj Bonifacii pape viij Anno quinto Preſentibus honorabilibus et diſcretis viris dominis Olrico Abbate ſancti Michahelis Johanne prepoſito in Lune Monaſteriorum Gerhardo de hiddezakker canonico Bardewiccenſi. Volrado de laſſan. Johanne de Winſen et Johanne de Handorpe. ſanctorum Johannis et Ciriaci Eccleſijs beneficiatis verdenſis dioceſis. Teſtibus ad premiſſa vocatis et rogatis.

Notariats-zeichen. Et ego Thidericus de lutenborgh clericus Maguntinenſis dioceſis — — in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum. preſensque publicum Inſtrumentum prefati domini arbitri fecerunt appenſione ſigillorum ſuorum roborari.

Erſtes Siegel abgefallen. Länglich rundes „S' roberti . de . nortlo."

Urk. 794.

Papſt Bonifaz IX. beauftragt den Hildesheimer Dompropſt, auf Bitten der Almoſen-Rectoren Ludolf Horn und Johann Ghiſe am Altare St. Mariä im Kloſter St. Michaelis in Lüneburg, diejenigen Güter des Altars zu reclamiren, welche unrechtmäßiger Weiſe davon alienirt ſind. Rom, 10. Februar 1395.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Bonifatius epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilecto filio . . Prepoſito eccleſie Hildeſemenſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Dilectorum filiorum Ludolphi Horn et Johannis Ghiſen Rectorum Elemoſinariorum nuncupatorum Altaris ſancte Marie Virginis per duos ſoliti gubernari Rectores ſiti in eccleſia Monaſterij ſancti Michaelis in luneborg ordinis ſancti Benedicti Verdensis dioceſis in qua quidem eccleſia nonnulla Altaria preſbiteris ſecularibus aſſignari conſueta exiſtunt precibus inclinati preſentium tibi auctoritate mandamus quatinus ea que de bonis ipſius Altaris ad eos communiter ſpectantibus alienata inueneris illicite uel diſtracta ad ius et proprietatem eiuſdem Altaris legitime reuocare procures. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio uel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas ueritati teſtimonium perhibere Datum Rome apud Sanctumpetrum IIII Idus Februarij Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Plumbum: „ ⁝ BONIFATIUS ⁝ PP ⁝ VIIII ⁝ " an Bindfaden.

Urk. 795.

Gevehard von dem Berge, des rothen Gevehard's Sohn, und Segeband und Diedrich von dem Berge, des langen Gevehard's Söhne, verkaufen ihrem Bruder Burchard im Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg einen Hof in Bahlburg (im K. Pattenſen A. Winſen a. d. L.). 10. Februar 1395.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Jk Ghevverd van dem Berghe reden ghevverdes ſone van dem Berghe deme god gnedich ſy ſakewolde. Segeband vnde diderik brodere langhen ghevverdes ſones alle ghebeten van dem Berghe — — hebben vorkoft vnſen hoff tho Padelemberg mit allerleve rechtichent mit vnde thobehoringhe alſo wy ene hebben beſeten rowelken wente an deſſe tid hern Borchardе van dem Berghe de begeuen ys in deme

Munſter ſunte Michaelis bynnen Luneborg vnde deme ghemenen ſtichte darſulues vor teyn mark Luneborgher pennighe de vns wol betalet ſyn vppe deſſem vorſchreuen houe wonet nů henneke ſmed van pattenſen vnd gheft alle iar tho tynſe twe ſchillinghe luneborger pennighe. twe hönre vnde eyn ſchock enere Alle deſſe vorſchreuen ſtucke loue ik gheuerd ſakewolde myt mynen medeloueren Seghebande vnd diderke alle vorbenomt deme vorſchreuen hern Borcharde vnde ſtychte ſtede vaſt vnde vnuorbroken tho holdende ſunder ienegherleye hulperede edder argeliſt vnde tho thuginghe ſo hebbe wy wytliken vnſe yngezebele ghehenget laten tho deſſem breue De ghegheuen yś na godes Bord drittеynbundert iar dar na in deme vyff vnde neghentigheſten iare in ſunte Scolaſtiken daghe der hylghen yunkvrowen.

Drei runde Siegel: „ + S' GHEVARDI + DE MONTE," „ + S' ZEGHEBANDI o DE o MONTE" und „ + S' THEODERICI o DE o MONTE o ", jedes mit den in ſcharfe Spitzen gezogenen Balken.

Urk. 796.

Ghevert von dem Berge verkauft an Ludolf von Heimbruch und das Kloſter St. Michaelis in Lüneburg ſeinen Hof zu Scharnehop (im K. Wendhauſen A. Medingen). 10. Februar 1395.

(Nach dem Copialbuch № 4 S. 130 des Kloſters St. Michaelis im Königlichen Archiv zu Hannover.)

Ik Gheuert van dem Berghe Roden Gheuerdes ſone bekenne vnde betughe openbare in deſſem breue vor alſweme dat ik mit witſchop vnde vulbord alle myner rechten eruen hebbe vorkofft deme beghevene manne hern Ludelue van dem bevmbroke in deme cloſter ſunte Michelis bynnen Luneborgh vnde deme ghemenen ſtichte darſulues mynen hoff to dem Scarnehope dar nu reder vppe wonet mit allerleye rechticheit nud vnde tobehoringhe alſo ik ene rowelken beſeten hebbe wente an deſſe tid vor Achte mark luneborgher pennighe de an myne nud witliken komen ſint — — vnde we Seghebant vnde Dyderick brodere langen Gheuerdes ſones deme god gnedich ſi alle gheheten van dem berghe bekennen vnde betugen iegenwardigen in deſſem breue dat alle deſſe vorſcreuen ſtucke gheſchen vnde handelt ſin mit vnſer beyder witſchop vnde vulbord vnde des groterer bekantniſſe ſo hebbe wy witliken, mit dem vorſcreuen Gheuerde ſakewolden vnſes vedderen vnſe Ingeſegele ghehenget laten to deſſem breue de de ghegheuen is na godes bord Drittеynbundert Jar dar na In deme viff vnde Neghentigeſten Jare In ſunte Scolaſtiken dage der hilgen Juncvrowen.

Urk. 797.

Biſchof Otto zu Verden befiehlt, auf Beſchwerde der Herzöge Bernhard und Heinrich von Braunſchweig und Lüneburg, daß durch das vom Propſte zu Heiligenthal errichtete neue Gymnaſium der Kloſterſchule St. Michaelis in Lüneburg und deren Privilegien [1]), wie auch dem Gottesdienſte zur Feier der Anniverſarien der verſtorbenen Herzöge Abbruch gethan ſei, allen Geiſtlichen, welchen er dies Document ſendet, die Rathsherren, Bürger und Einwohner der Stadt Lüneburg zu ermahnen, ihre Söhne und Pfleglinge nach wie vor zum alten Gymnaſium zu ſchicken, auch den Propſt zu Heiligenthal anzuhalten, daß er nur Perſonen ſeines Kloſters unterrichte; auêwärtige Schulen zu beſuchen, ſtehe den Bürgerſöhnen ferner unbehindert zu. Verden, 21. Februar 1395.

(Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Hannover. — Abgedr. bei Gebhardi de re literar. p. 50. — Vergl. die Urk. vom 8. December 1398 und 4. Januar 1399.)

Otto dei et apoſtolice ſedis gracia epiſcopus Verdenſis Vniuerſis et ſingulis Abbatibus Prioribus Archidiaconis prepoſitis Eccleſiarum et cappellarum rectoribus et eorum locatenentibus ac aliis diuinorum rectoribus quibuſcunque per dyoceſin noſtram Verdenſem ubilibet conſtitutis Salutem et caritatem in domino. Querelam Illuſtrium principum dominorum Bernhardi et Hinrici Ducum de luneborg et Brunſwich inſinuacione noueritis ad noſtram

[1]) Vergl. Urkunde vom 13. Januar 1353.

deductam eſſe noticiam Quod licet eorum progenitores fuerint et ipſi post eos ſint veri et legitimi patroni Monaſterii ſancti michaelis in luneborg noſtre dioceſis. Et ad ipſos ſpectet Jura libertates priuilegia ipſius maxime contra iniuſtas alienaciones et inuaſiciones (*sic*) defendere et quantum ad ipſos ſpectat illeſa conſeruare Progenitoribus quoque ipſorum honor patronis debitus deberetur et ipſis tamquam legitimis heredibus et ſucceſſoribus honores et Jura debeantur. Ipſique progenitores a tempore cujus contrarij memoria hominum non exiſtit et ipſi poſt eos fuerint in pacifica poſſeſſione uel quaſi libertatum priuilegiorum honorum et Jurium ad patronos de Jure conſuetudine ſeu privilegio ſpectancium prefertim ipſis progenitoribus de ſcola et perſonis in luneburg debebantur. et ipſis poſt eos debentur ſpecialiter quod perſone eandem ſcolam pro tempore frequentabant pro reuerencia ſanctorum in officiis diuinis ac vigiliis et miſſis in anniuerſariis ipſorum tenerentur et ſoliti fuerint intereſſe nec aliam ſcolam ſeu gymnaſium intra opidum luneburg publice uel occulte a quoquam licitum fuerit inſtitui quouis queſito colore cuius pretextu ſcolam ſancti michaelis cum libertatibus pertinentibus vtilitatibus et Juribus ſuis et diuina officia et dictorum patronorum animarum ſuffragia impediri minorari ledi ſeu peiorari perſonas et ſcolares ab ipſa ſcola retrahere alienare ſeu quibuſcumque ſuaſionibus ſibi allicere contingeret publice uel occulte. Tamen religioſus vir dominus. prepoſitus in hilghendal et ſui complices in hac parte priuilegia libertates honores et Jura ad progenitores ipſorum et ipſos in eiſdem ſcolis et perſonis pertinentes et pertinencia ledere violare et contra eos et ea venire temere preſumpſerunt Dictuſque prepoſitus blandis ſuaſionibus ut preſumitur nonnullos qui eandem ſcolam frequentabant induxit ut nouum gymnaſium inſolitum et de facto ſolum per ipſum prepoſitum inchoatum frequentarent et frequentent et perſonas ipſas ab antiqua ſcola alienauit ſpoliauit et retraxit et adhuc partim clam et partim vi alienat ſpoliat et detinet nec patronos ſanctos ipſius monaſterii beatam virginem mariam et ſanctum michaelem et alios ſanctos quorum reverencia ibidem colitur officijs diuinis reuerenter ab olim celebratis et ipſorum progenitores inibi ſepulture traditos vigiliis et miſſis ac ſuffragiis antiquitus conſuetis non erubuit ſpoliare et pacis federa iuramento per eum corporali preſtito firmata perperam preſumpſit violare. Allegatum quoque fuit quod ſecundum legitimas ſanxiones de buſtis ſeu ſepulcris mortuorum lapidem mouere uel terram euertere proximum ſacrilegio ſit quanto magis eos qui ſanctorum feſtiuitates debitis officiis et defunctorum animas ſuffragiis conſuetis violant non ſit dubium committere ſacrilegium. Nonnulli eciam conſules ciues et incole dicti opidi filios ſuos et alios quorum tutelam gerunt eidem gymnaſio diſcordie fomento et fracte pacis ſcandalo falſis machinacionibus inducti manciparunt. Incongruum inſuper eiſdem principibus videtur ut eadem ſcola antiqua et perſone conuentus et monaſterii ſancti michaelis multis tribulacionibus et dampnis de meritis ipſorum non exigentibus pro re publica ciuibus et incolis ipſius opidi adherendo ab antiquo ſunt compaſſi ab extraneo propter laſciueam nouiter intranti quolibet affligantur. Proteſtati quoque fuerunt dicti principes quod ſi contingat ipſos uel aduocatos ipſorum ſpoliacionem ipſis factam equiualenter recuperare vim vi repellendo per hoc non intendunt vindictam facere ſed iniuriam ſuam defendendo propulſare. Conſtat enim ipſum eſſe vicioſum et violentum ex quo ſepe monitus ab eorum leſione non deſiſtit. Petentes ipſis ſuper premiſſis a nobis de remedio ſalubriter prouidere. Nos ergo ſollerter attendentes quod ea que cultum diuinum et ſalutem animarum et que pacis ſunt impediunt prona ſollicitudine quantum cum deo poſſumus ſubmouere tenemur. Igitur vobis omnibus et ſingulis qui requiſiti fueritis in virtute ſancte obediencie et ſub excommunicacionis pena quam in non parentes trina tamen canonica monicione premiſſa ferimus in hiis ſcriptis diſtricte precipiendo mandamus quatenus accedatis quo propter hoc fuerit accedendum et Conſules ciues et incolas opidi predicti auctoritate noſtra hortari monere et inducere curetis

Wy Hinrik van Godesgnaden to Brunẽwiic vnde Luneborg Hertoge Bekennet openbare in deſſem breue vor alle den de one ſeen eder horen leſen dat wy Gode ſyner leuen moder Marien vnde deme hilgen heren Sunte Michaele to love vnde eren vnde vmme vnſer, vnſer elderen, vnd vorwarn ſele ſalicheit willen mit wolberadenem mode und gudem willen gelaten vnd geuen hebben, laten vnd geuen mit krafft diſſes breues, unſer leuen frowen Cappellen de belegen is in dem Bergerwolde by Berghen mit dem huſe vnd houe, vnd allen tobehoringen, wo dat benomet is, deme Erſamen Hern Olrike Abbate to Sunte Michaele to Luneborg vnſem leuen andechtigen, ſynem godeshuſe vnd Nakomelingen in diſſer naſcreuenen Wyſe, Alſo dat de vorgenannte abbet Olrik vnd ſyne Nakomelinge to ewigen tyden de vorbenomden Cappellen ſcollen bevalen gelijk anderen commenden ſyne leuedage to hebbende, enem vromen Manne van oren heren vnd Moniken vor wene wij vnſe eruen vnde Nakomelinge hertogen to luneborg,

to ewigen-tyden biddende werdet, vnd deſulues darwij vnſe eruen vnd Nakomelinge hertogen to luneborg alſo vorbiddende werden, vnd de Abbet beualet alze vorgerort is Schal de Capellen mit Godesdenſte alze dat dar rede begrepen is truwelken vorwaren vnd vorwaren laten vnd dat meren vnd beteren efft he kan, vnde nicht mynren. vnd vp dat alſodane offer vnd Almeſe de in der vorgenannten Cappellen ge offert. vnd van vromen luden dar gebracht vnd gegeuen werden vullenkomelken in godes ere komen, Js vnſe begeringe vnd wille, dat de ſulue de to tyden de cappellen beſſt vnd bewart. Alle iar to twen tyden, mit namen des negeſten dages Sunte Jacobs alze vnſe vader hertoge Magnus ſtarff ſeliger dechtniſſe, vnd des negeſten dages ſunte Petri vnd Pauli dage alze unſe huſſrowe hertoginne Sophia ſtarff ſeliger dechtniſſe vppe den kor to Sunte michaele den heren vif mark penninge vnd twe pund armen luden. dat weren to Samende veffteyn mark geuen ſcal to twen vorſcreuenen ewigen memorien. dar men denne vnſen vader hertogen Magnus, unſe Moder hertoginnen Katherinen, unſe huſſrowen hertoginnen Sophien ſeliger dechtniſſe, vnd vns wan wy van dodes wegen vorvallen syn vnd de herſcop mit vigilien vnd ſelemiſſen. vnd almeſen to geuende erliken bega alze dat wontlik is, wan wij auer van dodes wegen vorvallen syn ſo ſcal men de memorien des negeſten dages ſunte Petri vnd Pauli dage leegen vnd holden vppe de tiid alze wy van dodes wegen vorvallen, vnd denne vns vnd vnſe huſſrowen ſamptliken began mit vigilien vnd zelemiſſen in vorſcreuener wiſe vnde de vorbenompden veſteyn mark ſcal me den heren vnde armen luden to den vorbenompden twen tyden delen vnde geuen na Rade des Abbates alze dat nütteſt vnd bequemſt wert. Were ok dat van godes vnd syner leuen moder marien gnaden na tyden der erſten perſonen, dar wy nu vorbiddende werdet, dat offer der cappellen na irkenninge des abbates mercliken gebetert vnd gemeret worde, ſo ſcal de ſulue abbat, alze he erſten mach godes denſt in der capellen. vnſe vnd de vorgeſcreuenen memorien vnd almeſe ak meren vnd beteren na redelicheit vnd guden truwen. Schege ok dat de vorwarer der vorſcreuen cappellen deſſe vorſcreuen unſe ſchikinge vnd wille nicht envalgede, eder anders ſijk vnredeliken helde. vnd de abbat dat vns, oder vnſen Nakomelingen vorkundigede, ſo ſcullc wij vnſe nakomelinge wo dicke dat ſchege na ſiner anwiſinge vnd Rade vor enen anderen bidden vte orer ſamelinge de dar nutter vnd bequemer to were alze wij erſten konden. Doch ſcal de Jenne dar wij nv erſt vorbiddende werdet, alze mit namen vor her Euerde van woltorpe, de vorſcreuene capellen syne leuedage hebben, vnd vns vnd dem Abbate alſodanen louen don, dat he alle vorſcreuene ſtucke en anrorende truwelken holden ſculle vnd wille. Ok mach de vorwarer der cappellen mit vnſen vnd vnſer Nakomelingen guden willen der holtinge alze vnnaſches holtes to ſiner vüringe waters vnd weyde vmme de cappellen belegen bruchafftich weſen to ſiner nottorft ongehindert vor alleſweme. Alle deſſe vorſchreuen ſtucke vnd eyn Jewelk beſundern beuale wy dem vorgenanten Abbate Olrike vnd ſynen nakomelingen truwelken to holdende by alſodanne truwen alze ſe vns vnd vnſer herſcop plichtich syn. vnd wij vnſe eruen vnd Nakomlingen ſcullet vnd willet deſſe vorſcreuen gifft vnd vorlatinge der cappellen vnd aller tobehoringe wederomme ok truwelken holden. vnd den Abbat vnd de dar to geantwordet wert to vorſtande truwelken vorbidden vnd vordegedingen, vnd hebbet des to tuge unſe Ingeſegel witliken gehenget heten to deſſem breue Na godesbord verteynhundert Jar vnd in dem ſeſten Jare In Sunte Johannis dage to middenſomere.

Siegel des Herzogs Heinrich von Braunſchweig und Lüneburg.

Urk. 864.

Abt Ulrich von Verfeld zu St. Michaelis in Lüneburg gründet mit den Auſkünften aus fünf Höfen in Eitzen, welche er vom früheren Bürgermeiſter Hartwig von der Sülte zu Lüneburg gekauft hat, unter Vorbehalt der Vogtei für ſich und ſeine Nachfolger eine Vicarie beim Altare in der Kapelle des Kloſterhofs zu Grünhagen (im Kirchſp. Bienenbüttel, A. Lüne); reſervirt ſich die erſte Präſentation, welche dann auf den Vogt des Abts übergehen ſoll; ernennt den durch den Ordinarius ein-

geſetzten Vicar zum Kapellane des Abtes und zu deſſen Tiſchgenoſſen unter angegebenen Beſtimmungen. Lüneburg, 23. Juli 1406.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

IN nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen Nos Olricus de Berueldе eiuſdem trinitatis gratia Abbas Monasterij ſancti Michaelis in Luneborch ordinis ſancti Benedicti verdensis diocesis. Tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtando. quod ad diuini cultus augmentum. et in ſalubre anime nostre. et amicorum quorundam. et familiarium nostrorum remedium quinque Curias in villa Eytzen per nos pro vna pecuniarum ſumma condigna nobis. ab aliquibus amicis et familiaribus noſtris pro maxima parte ad hoc credita et commiſſa. ab honeſto viro Hartwico de ſalina quondam proconſule opidi Luneborch dicte verdenſis diocesis emptas et comparatas [1]) cum omnibus et ſingulis ſuis iuribus redditibus prouentibus. fructibus. obuentionibus. inſtitutionibus. deſtitutionibus. deriuaminibus. et pertinenciis ſuis vniuerſis. Aduocacia ſeu Seruicio earundem Curiarum duntaxat nobis. noſtrisque ſucceſſoribus reſeruatis. Ad vnam perpetuam vicariam de nouo fundandam. creandam. inſtaurandam. auttorizandam et collocandam. ad Altare Capelle curie noſtre Gronehaghen In honorem ſancte et indiuidue trinitatis. Beate Marie virginis. Sanctorum Michaelis archangeli. Mathei apoſtoli et ewangeliſte atque Lamberti martiris glorioſi confectum. de et cum conſenſu totius Conuentus noſtri Monaſterii Sancti Michaelis prenotati optulimus. dedimus aſſignauimus. et deputabamus. et tenore preſentium damus. offerimus. et aſſignamus. Cuius ſiquidem vicarie taliter ut premittitur in ſtaurande. auttorizande. et collocande. ius preſentandi pro prima uice nobis ſolum reſeruamus Volentes quod poſt primam noſtram preſentationem quotiens et quum locus fuerit. ipſamque vicariam contigerit vacare Aduocatus Abbatis. Monaſterij ſancti Michaelis memorati pro tempore exiſtentis poſſit et debeat ad ipſam vicariam vacantem perſonam ydoneam actu preſbyterum exiſtentem, vel ſaltem infra annum immediate. ſequturum ad ſacerdotium promoueri volentem perpetuis temporibus preſentare que perſona ſicut predicitur ad ipſam vicariam preſentata et per ordinarium inſtituta ſit cappellanus Abbatis pretacti Monaſterij. legatque miſſas. in preſentia ipſius Abbatis in preſata Capella curie gronehaghen ad prenominatum altare. uel alibi ad placitum ipſius Abbatis quo ipſum deuenire uel eſſe contigerit preſentem. Quarum adminus una in qualibet ſeptimana pro defunctis Specialiter in memoriam noſtri celebretur. In aliis etiam negotijs eidem Abbati incumbentibus fideliter ſeruiendo. dabit etiam dicta perſona Caritatori noſtri Monaſterii Supradicti de redditibus dictarum curiarum tres marcas Luneburgenſium Denariorum annuatim ad memoriam predeceſſorum noſtrorum Abbatum. noſtram. et ſucceſſorum. perpetuo ipſo die depoſitionis Beati Benedicti Abbatis peragendam, hoc modo quod eadem die prandio facto ante Completorium magne vigilie decantentur et mane miſſa defunctorum ſecundum morem noſtri Monaſterii ſollempniter celebretur. Caritatorque antedictus dictas tres marcas modo infraſcripto videlicet Claustralibus pueris duos. Choralibus duos. Rectori maioris ſcole duos. Campanario duos ſolidos. Reſiduum ſcilicet duo talenta inter preſentes dominos noſtros. ſcilicet medietatem in vigiliis. et aliam medietatem in miſſis prout prefertur decantandis miniſtrabit, Et vt eadem perſona eo melius de fructibus et redditibus eiuſdem vicarie contentetur. premiſſosque ſufferat labores. Abbas ipſe aſſumat eam in ſuum commenſalem, dando eidem largas expenſas. et veſtitum. ad morem ſcolarium ſuorum. Si uero futuris temporibus inter Abbatem et perſonam huiuſmodi tanta diſcordia causaretur. uel talis ſuccreſceret tam. quod ſimul non poſſent commode nec uellent commorari. propter caſus fortuitos varie contingentes. vel ſi locus prenarratus ſcilicet Curia Gronehagen deuaſtaretur uel alias inconueniens efficeretur. Extunc eadem perſona redditus ipſius vicarie ad vnum Altare in Monaſterio ſancti Michaelis preexpreſſo. uel

in Ecclesia ſancti Cyriaci prope muros Luneburgenses ſibi per ipſum Abbatem deputandum deſeruiat inibi miſſas et alia onera eidem ab Abbate pro tempore exiſtente aſſignandas et imponenda celebret et obſeruet, vel non ydoneus effectus quoad uixerit faciat obſeruari Carens ſolum propter huiuſmodi diſcordiam et non alias menſa et veſtitu Abbatis quibus eis concordantibus utebatur. Ceterum volentes personam a nobis Olrico Abbate ut prefertur ad huiuſmodi vicariam aſſumendam et preſentandam ſpeciali gratia gaudere ipſam a ſupradictis. laboribus oneribus. et ſeruitiis ſucceſſoribus noſtris vti prenarratur exhibendis et impendendis niſi ſpontanee ſe ad hec obliget et aſtringat excipimus. et tenore preſentium duximus eximendam, que perſona per nos ut predicitur preſentanda. ſecundum gratiam eidem a nobis concedendam omnes et ſingulos redditus. fructus. prouentus. obuentiones. et pertinentias vniuerſas Sepedicte vicarie poterit et debebit ubicunque locorum ſibi placuerit deſeruire petita tamen prius a nobis Olrico Abbate memorato ſuper hoc licencia ſpeciali et obtenta. Et nos Johannes Prior totuſque Conuentus Monaſterii ſancti Michaelis prenominati preſencium tenore publice confitemur proteſtamur et recognoſcimus quod omnia et ſingula premiſſa et quodlibet eorum de et cum noſtro pleno et voluntario conſenſu. facta. acta. et ordinata ſunt ratificantes. approbantes. et confirmantes ipſa et ipſorum quodlibet preſenti ſcripto in omnibus ſuis clauſulis. ut igitur omnia et ſingula ſuperius ſcripta. nominata. et diſpoſita et eorum quodlibet in ſuo robore perpetue duratura et nobis. noſtris ſucceſſoribus et noſtro conuentu irreuocabiliter maneant et perſeuerent inconuulſa. inuiolata et illeſa. Nos Olricus Abbas. Johannes Prior. totuſque Conuentus Monaſterii ſancti Michaelis ſepius nominati presentem literam ſeu preſens ſcriptum noſtris Sigillis appenſis iuſſimus et fecimus ex certa noſtra ſcientia roborari et communiri. Datum Luneborch Anno domini Milleſimo quadringenteſimo ſexto Menſis Julii die viceſimo tercia.

Die beiden Siegel ſind abgefallen.

---

[1]) Vergl. die Urkunde vom 19. Mai 1391.

Urk. 865.

Burchard von dem Berge, Generalvicar des Biſchofs Konrad zu Verden, beſtätigt die durch den Abt Ulrich zu St. Michaelis geſchehene Gründung einer Vicarie beim Altare der Kapelle des Kloſterhofs zu Grünhagen (im Kirchſp. Bienenbüttel, A. Lüne). Lüneburg, 14. Auguſt 1406.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die vorhergehende Urkunde.)

Borchardus de Monte Reuerendi in christo patris et domini. domini Conradi Epiſcopi Verdenſis in Spiritualibus vicarius generalis Ad perpetuam rei memoriam Cum a nobis quod iuſtum eſt petitur et quod honeſtum eſt poſtulatur tam ordo iuris quam vigor exigit equitatis ut ad id aſſenſum facilem prebeamus Expoſito itaque nobis per venerabilem et Religioſum patrem dominum Olricum de Berueldo Abbatem Monaſterij ſancti Michaelis in Luneborch ordinis ſancti Benedicti verdenſis dioceſis in noſtra ac Notarii et teſtium infraſcriptorum preſentia perſonaliter conſtitutum quod ipſe quinque Curias in villa Eytzen quas olim emit ab honeſto viro hartwico de ſalina proconſule opidi luneborch cum omnibus et ſingulis ſuis iuribus. redditibus. prouentibus. fructibus. obuentionibus. inſtitutionibus. deſtitucionibus. deriuaminibus et pertinentiis ſuis uniuerſis ad ſummam decem et octo marcarum ſecundum communem eſtimationem ſe extendentem. ſeruicio earundem Curiarum duntaxat ſibi. ſuisque ſucceſſoribus reſeruato. de et cum conſenſu tocius Conventus Monaſterij ſancti Michaelis predicti in Augmentum diuini cultus pro ſpe ſalutis et in ſue ac ſuorum amicorum et familiarium remedium ani-

marum ad fundandam. inſtaurandam. et collocandam. vnam perpetuam vicariam ad altare Capelle in Curia ſua Gronehaghen optulerit. dederit. aſſignauerit. et deputauerit, Volens ius patronatus ſeu ius preſentandj ad huiuſmodi vicariam ad ſe ſolum quoad primam preſentationem. dehinc ad Aduocatum Abbatis Monaſterij ſancti Michaelis prenominati pro tempore existentis perpetuis temporibus pertinere Quodque quelibet perſonarum poſt primam preſentationem preſentandarum ſit Capellanus Abbatis Monaſterij ſancti Michaelis pro tempore existentis pretacti legens miſſas in preſencia ipſius ad predictum altare et alibi ad placitum eiusdem Abbatis in aliis ſuis negocijs etiam fideliter, ſeruiendo, expenſasque largas ad menſam Abbatis et veſtitum ad conſuetudinem ſcolarium ſuorum habeat annuatim Separacione vero inter huiusmodi Abbatem et perſonam contingente occaſione diſcordie uel alterius cauſe. ſeu ob deſtructionem quod deus auertat curie Gronehaghen expreſſe. eadem perſona redditus ipſius vicarie in Monaſterie ſancti Michaelis prefati uel in Eccleſia Sancti Cyriaci extra muros luneborgenſ ad placitum Abbatis pro tempore exiſtentis deſeruiat miſſasque et alia onera eidem perſone per Abbatem ipſum protunc exiſtentem aſſignandas et inponenda celebret et ſine contradictione obſeruet Carens propter ſolam diſcordie ſeparacionem menſa et veſtitu Abbatis. A quibus omnibus et ſingulis. et prefertim ab oneribus et ſeruitijs futuris Abbatibus exhibendis perſona ad prenarratam vicariam primum preſentanda ſit excepta prorſus et exempta. prout hec omnia et ſingula vna cum quibuſdam aliis per huiusmodi vicarie vicarios perpetuis temporibus faciendis et annuatim de eiusdem vicarie redditibus pro vna perpetua memoria exponendis in quadam litera in pergameno conſcripta ſana et integra omni prorſus vicio et ſuſpicione carente ſigillisque coramdem Abbat et Conv appendentibus roborata coram nobis ac Notario et teſtibus infraſcriptis oſtenſa. exhibita. et producta. vidimus plenius et magis luculenter contineri. Vnde nobis per prefatum dominum Abbatem fuit humiliter debita cum inſtantia ſupplicatum quatinus de ſupradictis quinque curiis et earum redditibus vna cum aliis bonis in futurum aſſignandis ad altare in Capella in curia Gronehaghen prenotata ſub titulo ſeu vocabulo perpetui beneficii eccleſiaſtici ſub donatione Sancte et indiuidue trinitatis. Beate Marie virginis. ſancti Michaelis archangeli. Mathei apoſtoli et ewangeliſte. Viti atque Lamberti Martirum glorioſorum vnam perpetuam vicariam de nouo erigere. creare. inſtaurare. et autorizare. ipſamque. vicariam ad antedictum altare collocare. necnon memoratarum curiarum oblationem. donationem. aſſignationem. deputationem. iuris patronatus ſeu iuris preſentandi reſeruationem ac omnia alia et ſingula premiſſa in prenominataque litera ſigillis Abbatis et Conuentus predictorum munita ut prefertur conſcripta et contenta in omnibus ſuis clauſulis de verbo ad verbum gratas et ratas grata et rata habere atque auctoritate nobis in hac parte ſpecialiter commiſſa approbare ratificare et confirmare dignaremur Attendentes igitur huiuſmodi ſupplicationem fore rationabilem cupientesque diuinum cultum quantum poſſumus ampliare ſepedicti Abbatis ſupplicationi grato concurrentes aſſenſu auctoritate prefati patris Reverendi ſuper hoc ſuffulti. de ſupradictis quinque curiis et earum reditibus vnam perpetuam vicariam ſub titulo perpetuj beneficij eccleſiaſtici ad honorem ſancte et indiuidue Trinitatis beate virginis Marie. ſanctorum Michaelis archangeli. Mathei apoſtoli et ewangeliſte. Viti atque Lamberti martirorum glorioſorum. ad altare ſuperius nominatum de nouo creauimus collacauimus. ereximus. inſtituimus. fundauimus. inſtaurauimus. et auttorizauimus. ac preſenti ſcripto creamus. collacamus. eriginus. inſtituimus. fundamus. inſtauramus. et auttorizamus. necnon ſepedictarum curiarum et earum reddituum oblationem. donationem. aſſignationem. deputationem. iuris patronatus ſeu Juris preſentandi reſeruationem ac omnia alia et ſingula premiſſa per prefatum Venerabilem et Religioſum dominum Abbatem in prenominata litera ſigillis eius et Conventus Monaſterij ſancti Michaelis memoratj appendentibus vt premittitur roborata provide et laudabiliter diſpoſita facta et quomodolibet ordinata in omnibus

ſuis clauſulis de verbo ad verbum gratas et ratas grata et rata habentes tenore preſentium approbamus et auctoritate nobis in hac parte ſpec. commiſſa in nomine Domini ratificamus et confirmamus et pretactas curias cum earum redditibus et aliis bonis adhuc aſſignandis eccleſiaſtice aſcribimus libertati Inhibentes ſub excommunicacionis pena quam in omnes et ſingulos contrarium facientes trina tamen et canonica monicione premiſſa in Nomine Domini in hiis ſcriptis proferimus Ne quis huiusmodi creacionem. collocationem. erectionem. inſtitutionem. fundacionem. inſtaurationem. auctorizationem curiarum earumque reddituum oblationem donationem. aſſignationem. deputationem. iuris patronatus ſeu iuris preſentandi reſeruationem. perſone primum preſentande exemptionem. necnon approbationem ratificationem et confirmationem. infringere ualeat uel aliquid premiſſorum violare temere preſumat uel quomodolibet impedire In quorum omnium et ſingulorum euidens teſtimonium preſentes literas per infraſcriptum Notarium ſcribi et publicari mandauimus et appenſione ſigilli vicariatus noſtri roborari. Acta ſunt hec Luneborch verdenſis dioceſis in domo habitationis Religioſi viri Domini Abbatis ſuperius ſepenominati ſub Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſexto Indictione xiiii Menſis Auguſti die xiiii hora nonarum uel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in chriſto patris et domini noſtri. domini Innocencii diuina prouidentia pape ſeptimi Anno ſecundo Preſentibus honorabilibus et diſcretis viris domino Ludolpho de Oſenbrugghe Rectore parochialis eccleſie in Wenthuſen. Johanne Stenberch preſbytero. necnon Tiderico berchow. Volcmaro ſchiltſten. Johanne Rubbeken. et Johanne Gronyngh clericis Verdenſis Reuelenſis. et Hildeſemenſis dioceſis Teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Hinricus Cremer Clericus Lubicenſis dioceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius — — in fidem et teſtimonium veritatis omnium et ſingulorum premiſſorum.

Siegel des Biſchöflich Verdenſchen Vicariats.

Urk. 866.

Archidiacon Eghard zu Modeſtorp inveſtirt den ihm vom Abte Ulrich von Berſeld zu St. Michaelis in Lüneburg vor Notar und Zeugen präſentirten Prieſter Johann Stenberg zu der von jenem Abte geſtifteten Vicarie beim Altare in der Kapelle auf dem Kloſterhofe Grünhagen (Kirchſp. Bienenbüttel, A. Lüne); führt ihn in die Kapelle ein und läßt ihn vom Altare Beſitz ergreifen. Grünhagen, 22. Auguſt 1406.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die beiden vorhergehenden Urkunden.)

IN nomine domini amen Anno natiuitatis eiuſdem milleſimo quadringenteſimo ſexto Indictione xiiii Menſis Auguſti die xxii hora veſperorum vel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in christo patris et domini nostri. domini Innocentij diuina prouidentia pape ſeptimi anno ſecundo. Venerabilis in christo pater et dominus. dominus Olricus de Beruelde Abbas Monaſterij ſancti Michaelis in Luneborch verdensis diocesis Coram venerabili et diſcreto viro domino Eghardo Archidiacono in Modeſtorpe In meique Notarii publici et teſtium infraſcriptorum preſencia perſonaliter conſtitutus diſcretum virum dominum Johannem Stenberch preſbyterum padeburnenſis diocesis tamquam perſonam benemeritam. habilem. et ydoneam. ad vicariam de nouo ad altare in Capella in curia Gronehagen ſituatum fundatam et collocatam ad quam jus preſentandi pro prima uice habere dinoſcebatur eidem domino Egehardo. archidiacono preſentauit Supplicans ſibi inſtanter qua decuit. quatenus predictam preſentacionem admittere et approbare. ac predictum dominum Johannem de memorata vicaria et ſuis fructibus. redditibus. iuribus. prouentibus. obuentionibus et pertinentiis ſuis vniuerſis canonice inueſtire et in et ad eam inſtituere. ac in ipſius et reddituum ac pertinenciarum vniuerſarum

ciuſdem ut prefertur poſſeſſionem realem et corporalem ponere et inducere. et alia circa premiſſa de Jure vel conſuetudine quomodolibet neceſſaria facere dignaretur generoſe Qui dominus Archidiaconus prefatus prefentacionem huiuſmodi in continenti admiſit. et ratam. gratamque habuit et acceptam Et matura deliberatione prehabita eundem dominum Johannem Stenberch de prenominata vicaria ac fructibus. redditibus. iuribus. bonis. prouentibus. obuentionibus. et pertinenciis ſuis vniuerſis quocunque etiam nomine cenſeatur per libri traditionem quem in manibus ſuis tenuit prefencialiter inveſtiuit, eamque ſibi contulit. et ipſum ad eandem inſtituit, recipiens continuo a ſupradicto domino Johanne Stenberch obedientiam. ſibi et ſucceſſoribus ſuis debitam et conſuetam Quibus omnibus et ſingulis ſic ut prefertur factis et peractis Prefatus dominus Archidiaconus una cum predicto domino Johanne tranſiuit ad capellam prenarratam inducens ipſum dominum Johannem Stenberch in et ad ciuſdem vicarie. ac reddituum. fructuum. iurium. prouentionum. obventionum. et pertinentiarum vniuerſarum ciuſdem per ipſius vicarie altaris tactum poſſeſſionem vel quaſi corporalem et realem, Acceſſum altaris viue vocis oraculo preexpreſſo domino Johannj concedendo. Super quibus omnibus et ſingulis ſupradictis dominus Johannes Stenberch preexpreſſus me Notarium publicum infraſcriptum debita cum inſtantia requiſiuit ut ſibi vnum ſeu plura publicum ſeu publica conficerem Inſtrumenta. Acta ſunt hec in curia Gronehaghen prenarrata Anno. Indictione. Menſe, die, hora et Pontificatu quibus ſupra. Preſentibus venerabilibus et Religioſis viris dominis Baldewino de Wenden decretorum doctore. necnon Wilhelmo de Vtzen monachis profeſſis Monaſterij ſancti Michaelis Luneborgenſis. Nicolao ſartore beneficiato in eccleſia ſancti Johannis ibidem Johanne Rubbeken et Volcmaro ſchiltſten clericis verdenſis et hildeſemenſis dioceſis Teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Hinricus Cremer clericus Lubicenſis dioceſis Publicus Imperiali auctoritate notarius — — in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Urk. 867.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg bewilligt dem Vicar Johann Stenberg an der Kapelle auf dem Kloſterhofe Grünhagen für die Einkünfte der Vicarie den Gottesdienſt zu verrichten, wo er will, wenn derſelbe eine beſtimmte Abgabe an den Caritator entrichtet und wöchentlich eine Meſſe zur Memorie des Abtes Ulrich hält oder halten läßt. Lüneburg, 5. September 1406.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die drei vorhergehenden Urkunden.)

IN nomine domini amen. Vniuerſis et ſingulis quibus preſentes literas noſtras exhibere contigerit Sinceram in domino caritatem et preſentibus literis noſtris dare fidem indubitatam. Olricus dei gratia Abbas Monaſterij ſancti Michaelis in Luneborch ordinis ſancti Benedicti verdenſis dioceſis Ad omnium veſtrum et ſingulorum deducimus preſentibus noticiam. quod diſcretus vir dominus Johannes Stenberch perpetuus vicarius in capella in curia Gronehaghen verdensis dioceſis ſupradicta in noſtra ac Notarii et teſtium infraſcriptorum preſencia perſonaliter conſtitutus nos humiliter petiuit. diligenti precium inſtancia qua potuit nobis ſupplicando. quatinus cauſa dei et ob reſpectum fuorum obſequiorum nobis per ipſum hactenus exhibitorum et in antea diuina gratia annuente diligentius exhibendorum ſibi graciam facere et licenciam ſpecialem dare. ad hoc videlicet quod redditus. fructus. prouentus. obuentus et pertinentias vniuerſas. quocunque eciam nomine cenſeantur vicarie ſue prenominate vbicunque locorum ſibi placeret poſſet deſeruire et valeret. a ſeruitiisque et laboribus futuris Abbatibus noſtri Monaſterii ſancti Michaelis pretacti occaſione et pretextu ante dicte vicarie exhibendis penitus eſſet exemptus dignaremur Nos igitur peticione prefati Domini Johannis

Stenberch attencius penſata. conſiderantes quod et attendentes huiuſmodi graciam in fundacione. et conſequenter in confirmacione prenotate vicarie eidem domino Johanni Stenberch tanquam perſone primum ad prenarratam vicariam preſentate et aſſumpte per nos pro parte iam fore datam ſpecialiter et conceſſam. Et ideo non immerito admittendam neque eidem rationabiliter fore denegandam. Humilibus ipſius inclinati peticionibus dedimus. decreuimus. ac conceſſimus. ac tenore preſencium damus. decernimus. et favorabiliter concedimus memorato domino Johanni Stenberch ad hoc ſcilicet plenam gratiam. ſpecialem et licenciam. quod omnes et ſingulos fructus. redditus. prouentus. bona. obuentus. et pertinentias vniuerſas vicarie ſue preexpreſſe in Capella in Curia Gronehaghen libere et ſine cuiuscunque perſone requiſitione et contradictione valeat. poſſit. et debeat quoad uſque ipſam vicariam duxerit habendam et poſſidendam in quocunque loco ſibi placuerit, deſeruire. infraſcripto ſcilicet modo quod Caritatori Monaſterij noſtri ſepius nominati tres marcas luneburgenſium denariorum pro memoria predeceſſorum. noſtra. et ſucceſſorum noſtrorum perpetuo peragenda annuatim preſentet uel faciet preſentari Et in qualibet ſeptimana per ſe uel alium vnam miſſam pro defunctis ſpecialiter in memoriam noſtri celebret uel faciat celebrari. in quocunque loco ſibi ut prefertur placuerit. Aſſumens nichilominus nos in ſuas orationes ſpeciales. quodque idem dominus Johannes a miſſis coram futuris Abbatibus noſtri Monaſterij ſancti Michaelis ſupradicti actione et pretextu predicte vicarie legendis. et alijs ſeruitijs eiſdem ut predicitur exhibendis penitus ſit exceptus et exemptus. Niſi ſe ad hec voluntarie obliget et aſtringat In quorum omnium et ſingulorum euidens teſtimonium preſentes noſtras litteras per infraſcriptum Notarium ſcribi mandauimus et publicari. quas eciam ad maiorem euidentiam fecimus noſtri ſigilli appenſione roborari Acta ſunt hec Luneborch verdenſis dioceſis in domo habitationis noſtre Sub Anno domini milleſimo quadringenteſimo ſexto Indictione XIIII. Menſis Septembris die quinta. hora veſperorum uel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in christo patris et domini noſtri. domini Innocencij divina prouideutia pape ſeptimj anno ſecundo Preſentibus diſcretis viris Volcmaro Schilſten et Johanne aurifabro clericis verdenſis et hildeſemenſis dioceſis Teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Hinricus Cremer — — Notarius — — in fidem et teſtimonium veritatis omnium et ſingulorum premiſſorum.

Siegel des Abts Ulrich.

Urk. 868.

Abt **Ulrich**, Prior Johann und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg vereinigen ſich mit dem Rathe zu Lüneburg zur Beilegung aller bisher zwiſchen ihnen ſtreitig geweſenen Sachen, betreffend die Bauten des Kloſters, Gerichtsbarkeit, Geſchäfte und Handel, Stiftung neuer Vereine im Kloſter, Privilegien gegen der Stadt Freiheit, Vermeidung von Streitigkeiten mit der Stadt und Förderung der Wohlfahrt derſelben. Lüneburg, 17. October 1406.

(Nach dem Copialbuche Nr. 4 fol. cxxvij des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Wy her Olrik Abbet Her Johan Prior vnde de gantze Conuent des Cloſters to ſunte Michele to Luneborg Bekennet openbare in deſſeme breue dat wy vns mit dem vorſichtigen Borghermeſteren Rade vnde borgheren to Luneborg wi vor vns vnde vnſe nakomelinghe vnde ſe vor ſik vnde ere nakomelinghe to ewighen tiden mit langhe wolberadenem mode vnde mit ghudem willen vns vruntliken gheſcheden vordraghen vorenet vnde gheſatet hebbet, vordraghet vorenet vnde ſatet vns ſo ſulues mit craft deſſes breues to enen gantzen ende vmme allerleye ſchelinghe twidracht vnwillen vnde ſchaden benomd vnde vnbenomd de twiſchen vns in beydentſiden van welkerleye ſake vnde invalles weghen gheweſen hebben wo ſik dat vorlopen beſt van aller vorghanghen tijd bette in deſſen ieghenwardighen dach.

vnde in welkerwijs van deſſer tid an to ewighen tiden wy mit en vnde ſe mit vns in vruntſchop vnde endracht ſitten weſen vnde bliuen ſchullen. hebbe wy vns vnder ander vorghan vnde vordraghen alſe deſſe bref vnde der vorſcreuen Borghermeſter Rades vnde borgher bref den ſe vns vppe deſſen iegenwardighen dach van diſſen weghen weddergheuen hebben vtwiſet. Tho dem erſten an den Rumen dar vnſe cloſter mit ſinen tobehoringhen vp ghebuwet iſ alſe dat Rum vnde buw dat bewiſet vnde an den houen de wij rede witliken in weren hebbet ſchulle wy vnde willet vns noghen laten vnde dar enbouen ſchulle wy noch en willet nener Rume edder buwe bynnen der Stad vns mer vnderwinden ane des rades vulbord vnde willen Vmme de huſe vnde boden by der Straten de wy to der Sudhalve by vnſem Cloſter hebbet wille we vnde ſchullet to vnſer cloſterwart de doren to muren vnde to de Stratenwart open laten. Men wy willet vnde moghet to dem cloſterward dar ho opene vinſtere inne hebben de doch ſo mit yſernewerke ſo beſchranket ſyn dat dar nemand en konne dorſtighen. vnde wi willet vnde ſchullet de hus edder boden vorhuren borgheren vmme redelike hure ghelijk der huren binne de anderen buwe dar vmmelangh belegben. Alle Stadplichtich gud dat wy rede in weren hebben vnde wat wy des mer in tokomenden tyden hebbende werdet dat ſchal lik anderem Stadgude plichtich bliuen. Of en ſchulle wi noch en willet nenerleye merklick buw in der Stad vorder buwen ane na anwiſinghe des Rades to Luneborg vnd mit erem vulborde vnde willen. vnde wat wi dar rede van buwen hebbet de wille wy vnde ſchullet ſo holden vnde hebben, dat van der weghen de Stad to Luneborg to nenem vnwillen ſchaden edder vordrete kome. Vortmer bekenne wy dat wy vnde vnſe nakomelinghe enhebbet noch hebben willet edder ſchullet nenerleye gherichte bod edder ouerlichet van vnſer eghen weghen ouer de Stad Borghermeſtere Rad vnde borghere edder ere denre edder wene ſe anders mit rechte vordeghedinghen moghet edder van plicht vordeghedinghen ſchullet binnen Luneborg wonaftig vtgheſproken dat lenrecht dat wy hebbet vnde lenplicht ouer de jenen de van vns belenet ſint vnde van des weghen vorplichtet ſint vnde wor wy buten der Stad Luneborg gherichte hebben des wil we hir mede vnvorſumet weſen. Of enſchulle wi noch enwillet in vnſem cloſtere noch in andern vnſen wonighen nene vorweſtede lude miſdeder edder de Sulfwold edder vngerichte dan hedden witliken hegen edder helen noch vordeghedinghen dar wi des anich weſen moghen van vnſes ammechtes vnde gheiſtliken achte weghen. Queme auer dar enbouen van gheuelle ane vnſe ſchult ſodaner lude welk in vnſe cloſter edder vryheit des ſchulle wi iegben den Rad vnde ere borghere ſunder alle wite weſen. Nemend van vnſen broderen knechten edder Inghеſinde edder iemend anders van vnſertweghen edder de ſuluen van ereſ ſulues weghen ſchullet ienich hantwerk ouen edder kopenſchop driuen noch veylinghe hebben edder andere handelinge don edder don laten de wedder den Rad ere borghere edder der Stad ammechte vnde Inninghe ſy. Wy ſchullet ok na deſſer tid in vnſe cloſter edder ſine tobeboringhe nene nyghe ſammelinghe edder broderſchop gheiſtlik iſte wertlik maken edder ſtaden to makende vnde to hebbende dem Rade vnde der Stad to wedderen ane des rades willen vnde vulbord. Scheghe ok dat wy ienighe ſake edder ſchelinghe kreghen edder hedden mit gheiſtliken perſonen binnen Luneborg wonaftich de de rad vordeghedingede, enwille wi noch enſchullet de ſake edder ſchelingen nerghene vorderen mit gheiſtliken rechte Id en ſi dat de Rad bynnen veer weken na der tid alſe wy en dat vorkundigen vns nener redeliker vruntſchop dar ouer helpen konne. Vortmer enwille wy noch enſchullet nenerleye Priuilegia edder breue bruken edder vorweruen edder beholden edder vorweruen laten edder to helpe nemen dar mede wi der Stad vnde der borghere vnde der erer vnde de ſe plichtigen wonaftich bynnen Luneborg vordeghedinge vryheit gherichte vnde rechticheit hindern krenken edder breken *moghen*. Vnde wi willet vnde ſchullet allen vnwillen de twiſchen vns vnde den vorſcreuen Rade vnde *borgheren* vnde den eren vpſtan edder komen mochte truwelken afferen vnde bewaren vnde ere vnde der Stad beſte weten weruen vnde don vnde en alle dond truwelken vnde vruntliken to gude holden wur wy konnet vnde moghet Vnde wi enwillet noch enſchullet nene wedderropinghe vorwandelinghe breue edder gnade van dem patweſe keyſere koninghe noch gheſtliken edder wertliken furſten edder heren iſte iemend anders vorweruen edder vorweruen laten edder gichteſ bruken noch ienich recht gheiſtlik edder wertlik to helpe nemen dar mede wy deſſe ſtucke edder der ienich wandelen hinderen krenken breken edder belegghen

moghen Men wy louet vor vns vnde vnſe nakomelinghe mit orkunde diſſes breues den vorſcreuen Vorghermeſtern vnde Rade vnde borgheren vnde eren nakomelighen alle vorſcreuen ſtuke ſamm nd vnde beſunderen in ghuden truwen ſtede vaſt vnde vnvorbroken wol to holdende ſunder alle liſt vnde bulperede. Vnde des to merer bekantniſſe hebbe we Abbet vnde Conuent vorſcreuen vnſe Inghezegele by der nabenomeden prelaten vnde heren de hir tughe to ſint Inghebegele de hire mede vorbanghet an deſſen breff witliken ghehenghet. vnde we her Ludelff to olden Vlſen her Johan to dem ſchermbeke Ebbete her werner Miles deken to hamborg her hinrik to Ebbekeſtorpe her Johan to Lune vnde her Johan to Medinghe proueſte Na dem Alle vorſcreuen ſtuke vns witlik ſint vnde we dar an vnde ouer ghewest ſint. Des to merer tuchniſſe hebbe we unſe Inghebegele witliken vor deſſen breff mede ghehenget Ghheuen to Luneborg na godesbord verteyn hundert jar dar na in dem Seſten Jare des Sondages in Sunte Lucas auende des hilghen ewangeliſten.

Urk. 869.

Der Rath zu Lüneburg vergleicht ſich mit dem Abte Ulrich, Prior Johann und dem Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg in Betreff einiger Irrungen; er will den Bau des Kloſters fördern, Kloſterleute und Gut beſchützen, freien Einkauf in der Stadt gewähren, ihren Laienbrüdern Übung ihres etwaigen Gewerbes geſtatten; Streit mit Geiſtlichen, welche dem Rathe untergeben ſind und zu Lüneburg wohnhaft, mögen ſie — kann innerhalb vier Wochen nach der Anzeige keine Beilegung Rathsſeitig bewirkt werden — nach geiſtlichem Rechte zur Erledigung bringen; Vergehen der Kloſterleute oder des Kloſtergeſindes im Stadtgebiete will der Rath nach Billigkeit richten; überhaupt Alles vermeiden, was zu neuen Irrungen führen könnte. Lüneburg, 17. October 1406.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Abgedr. bei Wedekind Noten III pag. 200. — Vergl. vorhergehende Urkunde.)

Wy Alberd van der Molen, Hinrik viſcule, Otto garlop. Borghermeſtere. Johan Semmelbecker, Hartwich Bene. Johan van Empſen, Clawes Garlop, Bernd Baſedow, Clawes Sanckenſtede, Hinrik Bere, Johan van der Molen, Ludeke tobingh, ludolff van der zulten, Arnd Cappenbergh, ludeke van winſen, hans van der Molen vnd Thiderick Springintgud Radmanne to luneborgh, bekenned openbare in deſſem breue vor alleſſweme dat wi vns mit den Erſamen gheiſtliken heren hern Olrike Abbete Hern Johanne priore vnde dem Conuente des Cloſters to ſunte Michaele binnen Luneborgh wi vor vns vnde vnſe nakomelinge vnde ſe vor ſik vnd ere nakomelinge to ewigen tiden mit lange beradenem mode vnd guden vrien willen vns vruntliken geſcheden, vordraghen vorened vnd gheſated hebbet vordraghet vorened vnd ſated vns alſo ſulues mit craft deſſes breues to enem gantſen ende vmme allerleie ſchelinge twidracht vnwillen vnd ſchaden benomed vnd vnbenomed de twiſſchen vns in beydentſiden van welkerleie ſake vnd invalles wegbene geweſen hebbet, wo ſik dat vorlopen beſt van aller vorghanghenen tid bette in deſſen ieghenwardighen dagh. vnde in welkerwys van deſſer tijd an to ewigen tiden, wi mit en vnd ſe mit vns in vruntſchop vnd in endracht ſitten weſen vnd bliuen ſchullen, hebben wi vnderandern vns vordraghen, alſe deſſe breff vnd der vorſcreuen heren Abbetes priores vnd Conuentes breff den ſe vns vppe deſſen ieghenwardighen dagh van deſſen weghen weddergheuen hebben vtwiſet. To dem erſten wor wi de vorſcreuenen heren vorderen konnet to hulpe des buwes eres Cloſters. dar wille wi vns vruntliken ane bewiſen, vnd wi ſchullet vnd willet binnen vnd buten vnſer Stad de vorſcreuen heren vnd de ere dar wi erer to rechte mechtich ſint vorbidden vnd vordegedingen vnd vor vnuoghe vnd ſulfwold bewaren hegben vnd beſchermen wor wi dat vormoged. wes ok de vorſcreuen heren vor ſik vnd ere geſinde to erer eghenen behuf bedoruet dat moghet ſe in vnſer Stad vnuorhindert ghelyk vnſen medeborgheren kopen vnd kopen laten, hedden ſe ok gheiſtlike cledede brodere in erem Cloſtere konden de ammechte de mochten ſe to erer eghenen ſlitinge wol ſunder wite ouen. were ok dat ſe gheiſtlike ſake edder ſchelinge kreghen edder hedden teghen ienighe gheiſtlike perſonen de wi ok vordegedingeden binnen

luneborgh wonaſtlich, konde wi denne en nener redelikeu vruntſchop behelpen binnen den negheſten ver weken dar na wan ſe vns dat vorkundiged ſo moghed ſe de ſake edder ſchelinge mit gheiſtlikem rechte vorderen, dar en ſchulle wi ſe nicht ane hinderen. Schege ok van en edder erem geſinde in unſem ghebede ſulſwolt edder vngerichte dat got affere, dar wille wi vnd ſchullet tokomen mit dem beſten, vnd dar anders nicht bivaren, men icht vns dar wes to donde to borede na rechte. Vortmer wille wi vnd ſchullet allen vnwillen de twiſſchen vns vnd den vorſcreuenen heren vnd den eren vpſtan edder komen mochten truwelken afferen vnd bewaren, vnd en alle dond truwelken vnd vruntliken to gude holden wor wi konned vnd moged Vnd wi willet noch enſchullet nene wedderropinge vorwandelinge breue edder gnade van dem paweſe keyſere koninge noch gheiſtliken edder werltliken furſten edder heren eſte iemende anders vorweruen edder vorweruen laten edder gichtes bruken noch ienich recht gheiſtlik edder werltlik to helpe nemen dar mede wi deſſer endracht ſtucke edder der ienich wandelen binderen krenken breken edder bileggen moghen Men wi louet vor vns vnd vnſe nakomelinge mit orkunde deſſes breues den vorſcreuen heren Abbete priore vnd Conuente vnd eren nakomelingen Alle vorſcreuen ſtucke ſamend vnd beſunderen In guden truwen ſtede vaſt vnd vnuorbroken to holdende ſunder alle liſt vnd hulperede. vnd des to bekantniſſe hebbe wi Borghermeſtere vnd Radmanne der Stad Luneborg vorbenomend vnſer Stad Ingeſeghel bi der nabenomden prelaten vnd heren de hir tughe to ſint Ingeſeghele de hir mede vorehanged an deſſen bref witliken gehenged. vnde wi her ludolff to olden vlieſſen her Johan to dem Schermbeke Ebbete her werner Miles deken to hamborgh her hinrik to Ebbeckeſtorpe her Johan to lune vnd her Johan to Medinge proueſte na dem alle vorſcreuen ſtucke vns witlik ſint vnd wi dar an vnd ouer ghewest ſint, des to merer tuchniſſe hebbe wi vnſe Ingeſeghele witliken vor deſſen bref mede gehenged Gheuen to luneborgh na godesbord verteinhundert Jar darna in dem Seſten Jare des Sondaghes in ſunte lucas auende.

Von den ſieben an der Urkunde hängenden Siegeln (Stadt Lüneburg und die ſechs Geiſtlichen) ſind vier gut erhalten, drei beſchädigt.

Urk. 870.

Abt Ulrich, Prior Johann und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Prior Wilken von Ilten und den beiden Presbytern eine Rente von 20 Mark auf Wiederkauf. 20. December 1406.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. xxxvj des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 871.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg verkauft dem Presbyter Heinrich Behr ein Salzgut in der Saline Lüneburg zur Leibrente. 26. December 1406.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. xxxvj des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 872.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg nimmt Sifried von Eyſen in ſeinen Dienſt und überweiſt ihm die Aufſicht über die Kloſter-Gärten in Grünhagen und Lüneburg. Lüneburg, 26. December 1406.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. xxxvj des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 873.

Statut des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg über Vertheilung der Spenden. (Ums Jahr 1406.)

(Nach dem Copialbuche Nr. 4 fol. cxxvj des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 874.

Papſt Gregor XII. befiehlt dem Biſchof zu Verden, den Auftrag des Papſtes Innocenz VII., welcher geſtorben, bevor der Auftrag an den genannten Biſchof gelangte, auszuführen und die Pfarre zu Veerßen (A. Oldenſtadt) dem Kloſter St. Michaelis in Lüneburg zu incorporiren. Rom, 11. Januar 1407.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archiv zu Hannover.)

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Venerabili fratri .. Epiſcopo Verdenſi Salutem et apoſtolicam benedictionem. Juſtis et honeſtis ſupplicum uotis libenter annuimus, illaque fauoribus proſequimur oportunis Dudum ſiquidem pro parte dilectorum filiorum .. Abbatis et Conuentus noui Monaſterij ſancti Michaelis Opidi Luneburgenſis ordinis ſancti Benedicti Verdenſis diocesis felicis recordacionis Innocentio pape vii. predeceſſori noſtro expoſito quod olim uetus Monaſterium eiuſdem ſancti quod in Caſtro dicti Opidi tunc conſiſtebat et in quo predicti Abbas et Conuentus tunc reſidebant opulente dotatum erat ſed poſtea dictum Caſtrum cum eodem ueteri Monaſterio preter ipſorum Abbatis et Conuentus culpam tumultu populari dirutum fuerat, propter quod ijdem Abbas et Conuentus in Triginta Milibus florenorum auri et ultra dampnificati, extunc hoſpitalitatem conſuetam in dicto nouo eorum monaſterio in quo tunc reſidebant prout reſident infra dictum Opidum poſtea canonice tranſlato ac eciam propter exilitatem fructuum officium Elemosinarii predicti Monaſterij tenere non potuerant, neque poterant, quodque ipſi Abbas et Conuentus feruenter deſiderabant huiuſmodi hoſpitalitatem in dicto nouo Monaſterio ſeruare ac pro parte Abbatis et Conuentus predictorum eidem predeceſſori humiliter ſupplicato, ut parochialem eccleſiam in Verſene dicte diocesis in qua ipſi Abbas et Conuentus ius patronatus afferebant ſe habere officio predicto pro receptacione et recreatione pauperum et infirmorum ad dictum nouum Monaſterium pro tempore declinancium incorporare annectere et unire, ipſiſque quod Elemoſinarius dicti Monaſterii exiſtens pro tempore predictam eccleſiam per ydoneum preſbyterum ſecularem ad nutum huiuſmodi Elemoſinarij exiſtentis pro tempore ponendum et amouendum gubernari facere poſſet concedere dignaretur, prefatus predeceſſor huiuſmodi ſupplicacionibus annuens tibi ſuis dedit litteris in mandatis, ut ſi eſſet ita, et tibi quod huiuſmodi unio annexio incorporacio et conceſſio fierent expediens uideretur, ſuper quibus tuam conſcienciam onerauit, eandem eccleſiam cum omnibus iuribus et pertinencijs ſuis officio prefato imperpetuum incorperares unires et annecteres, Ita quod cedente uel decedente Rectore ipſius eccleſie qui tunc erat uel ipſam eccleſiam alias quomodolibet dimittente, liceret huiuſmodi Elemoſinario dicti monasterii qui tunc eſſet corporalem poſſeſſionem ipſius eccleſie auctoritate propria apprehendere, ac per huiuſmodi ydoneum preſbyterum regi facere, necnon fructus redditus et prouentus ipſius eccleſie in uſus hoſpitalitatis eiuſdem conuertere alicuius ſuper hoc licencia uel conſenſu minime requiſitis, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nuper nobis pro parte ipſorum Abbatis et Conventus peticio continebat, antequam littere ipſe tibi preſentarentur, prefatus predeceſſor ſicut domino placuit fuerit uita functus pro parte ipſorum Abbatis et Conuentus nobis qui eodem predeceſſore ut prefertur ſublato de medio fuimus diuina fauente clemencia ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, fuit humiliter ſupplicatum, ut prouidere ipſis ſuper hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicacionibus inclinati fraternitati tue per apoſtolica ſcripta committimus et mandamus quatinus ad execucionem dictarum litterarum iuxta ipſarum continenciam in omnibus et per . . . . . perinde procedas ac ſi eedem littere uiuente predeceſſore predicto tibi preſentate fuiſſent, tuque ad ipſarum execucionem procedere incepiſſes. Datum Rome apud Sanctumpetrum iij Idus Januarij Pontificatus noſtri Anno Primo.

Bleibulle des Papſtes Gregor XII.

Urk. 875.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg verkauft dem Pfarrer Anno von Heimburg zu Hittbergen (Kirchdorf, A. Lüne) ein Salzgut in der Saline Lüneburg auf Wiederkauf. 28. Februar 1407.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. xxxvij des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 876.

Abt Ulrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verfügen über zwei Pfannen im Hauſe Elverdinge auf der Saline zu Gunſten der Küſterei, beſtimmen dem Küſter, bis er ein paſſendes Haus im Kloſter erhält, jährlich acht Mark Vergütung; zu den Meſſen ſollen ihm gewiſſe Altariſten Wein und Oblaten liefern, zu den Frühmeſſen der Vorſteher der Chorknaben ihm ſolche ſtellen, er ſelbſt aber Gottesdienſt, Sacramente und Seelſorge in der Kirche St. Cyriaci verwalten oder verwalten laſſen. Außerdem verfügen ſie über zwei Pfannen im Hauſe Kempinge zu Gunſten des Priors und treffen ſonſtige Beſtimmungen über das Verpachten der Salingüter und die Rechnungsablage über dieſelben. 20. März 1407.

(Nach dem Original im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

NOs Olricus dei gratia Abbas Totusque Conuentus Monasterij ſancti Michaelis in Luneburgh. Ad releuandum et exaltandum officium Custodie quod pro augmento cultus diuini noſcitur principaliter conſtitutum ſic duximus ordinandum quod due Sartagines ſite in domo Eluerdinghe in Salina debeant eſſe peramplius ſub administratione et regimine noſtri Cuſtodis iſto modo quod Cuſtos ipſe de redditibus. Vorbate. nuncupatis duplicem habeat porcionem cum omnibus conſuetis honoribus et commoditatibus ſicuti habet Camerarius Prebendarius et Caritator noſtri Monaſterij. integrum reſiduum ſtatim lapſo feſto Natiuitatis domini dicto Prebendario presentarj. de quo ipſe tunc prout preſens conſueuit omni anno faciet racionem et ipſum officium Prebendarij nichilominus prout hucuſque maneat electicium. Abbas etiam qui pro tempore fuerit nil iuris amplius in ſupradictis Sartaginibus officio Custodis deputatis habere aut querere debet quam hucuſque habuit aut queſiuit. Item ordinamus et volumus quod quamdiu Cuſtos noſter non habuerit domum in Monaſterio noſtro condecentem quod ſibi quolibet feſto Natiuitatis chriſti debent Octo Marce pro cenſu domus aſſignari quarum medietatem Abbas et aliam medietatem Conuentus ſoluere teneatur. Item quia multorum manibus onus alleuiatur. Volumus quod quicunque Elemosinarij uel Altariſte aut quocunque alio nomine cenſeantur. habentes elemoſinas a viginti annis proximis fundatas debeant ſibi pro miſſis legendis de vino et oblatis prouidere ac procurare ſuper eis dicti noſtri Cuſtodis voluntatem Item volumus quod Is qui profuit Choralibus noſtris debeat eos regere ſub rigore et ordinacione quod feſtis diebus et maxime in ſummis feſtis in prima Miſſa noſtro Cuſtodi debita duo ex ipſis Choralibus in cantando ſint preſentes. Sic tamen quod Chorus noſter per hoc in diuinis non negligatur. Item Eccleſia ſancti Cyriaci debet eſſe ſub regimine noſtri Cuſtodis cui ſic preeſſe tenetur per ſe vel alium ut in ea diuina decenter celebrentur. et eccleſiaſtica miniſtrentur ſacramenta prout ad curam pertinet animarum Item volumus quod Prioratus Monaſterij noſtri qui inter alia officia retinet principatum ſibi habeat duas Sartagines ſitas in domo kempinghe qui de eis habeat et faciat per omnia prout de Cuſtode ſuperius est expreſſum. decet enim ut mercennarius habet mercedem ſuam Et quia quod a pluribus queritur facilius invenitur Igitur debent omnes Officiati Prior, Cuſtos Prebendarius Caritator et Camerarius ſingulis annis circa feſtum ſancti Jacobi conuenire et amicabiliter de dominijs locandis tractare et quantum cum deo et honore poſſint utilitatem eccleſie procurare. ijdem etiam poſt feſtum Natiuitatis chriſti ante aduentum ſluminis conueniant et racionem audiant et faciant prout eſt conſuetum de expoſitis et receptis. Vt autem omnia predicta remaneant

inconcuſſa de conſenſu omnium ſigilla noſtra tam noſtri Abbatis Olrici quam Conventus ſunt appenſa. Datum Anno domini Milleſimo Quadringenteſimo ſeptimo Dominica palmarum.

Siegel des Abtes Ulrich. Siegel des Conventes.

Urk. 877.

Abt Ulrich zu St. Michaelis zu Lüneburg trifft Beſtimmungen bezüglich einer Schenkung des verſtorbenen Mönches Ludolph von Heimbruch, beſtehend aus Einkünften von der Singelwieſe und zwei Höfen zu Häcklingen (Kirchſp. Embſen, A. Lüne) an das Kloſter St. Michaelis. Lüneburg, 15. Juni 1407.

(Nach dem Copialbuche Nr. 4 fol. clv des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Ik Hennigh van Marnholte Bekenne vnde betughe openbare in deſſem breue vor alleſweme Alſe harneyd van marnholte myn broder dem god gnedich ſy ghelouet hadde vor de hochgheborn ffurſten hertoghen hinrike vnde hertoghen wilhelme ſinen ſone hertogen to brunſwik vnde luneborg myne leuen ghnedegen heren hermanne Sporcken hartmannes ſone vnde ſinen eruen vor viff hundert mark vnde tein mark pennighe myt anderen borghen in — breue benomet dat ik vnme bede willen der vorbenomeden myner gnedigen heren in mynes broder ſtede gelouet hebbe vnde loue hermanne ſporcken ſinen eruen vnde ſinen medebenomeden alle ſtucke vnde artikele ſamend vnde beſunderen. alſe de breff ynne holt in guden truwen ſtede vaſt vnde vnuorbroken tho holdende vnde hebbe dat ok ſo ſulues myd vpperichteden

vingeren stauedes edes to den hilghen storen vnde des to bekanntnisse hebbe ik myn Ingesegel an dessen breff heten henghen de geuen is na godes bord verteinhundert jar dar na in dem sosteinden jare in der hilgen dre konighe dage.

Siegel des Henning von Marenholtz.

Urk. 951.

Abt Ulrich verkauft an Elisabeth, Wittwe Hermann's Rutze, eine Geldrente auf Wiederkauf. 25. Januar 1416.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. lxxvij des Klosters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 952.

Abt Ulrich, Prior Balduin und der Convent des Klosters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen an Ghese Brockhaupt ein Salzgut als Leibrente für 200 Mark, welche zum Bau in ihrer Kirche bis zum Michaelistage verwandt werden sollen. 12. März 1416.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. lxxix des Klosters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 953.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg verkauft an den Kirchherrn Anno[1]) zu Hittbergen und an Beke Dahlenburg ein Salzgut in der Saline zu Lüneburg auf Wiederkauf. 11. April 1416.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. lxxviij des Klosters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

[1]) Dieser Kirchherr Anno zu Hittbergen war Anno von Heimburg, vergl. die Urkunde vom 17. April 1412.

Urk. 954.

Pfarrer Gotfried Schlüter zu Bergen (Kirchdorf, A. Bergen) im Bisthum Minden ernennt den Canonicus Johann Hovemann zu St. Crucis in Hildesheim und den Canonicus Ludolf Sankenstedt zu St. Moritz vor Hildesheim zu seinen Procuratoren, um seine Pfarrkirche dem Vicar Johann Lerte in der Kirche zu Meinersen (im A. gl. N.) in der Diöcese Hildesheim gegen diese Vicarie tauschweise zu überlassen. Auf dem Marien-Kirchhofe zu Hamburg, 15. Mai 1416.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Abgedruckt in der Zeitschrift des Histor. Vereins für Niedersachsen, Jahrgang 1864, Seite 95. — Vergl. die Urkunde vom 2. Juni 1416.)

Urk. 955.

Pfarrer Heinrich zu Ahlden befiehlt als Commissarius des Mindener Thesaurars allen Pfarrern im Archidiakonate, besonders dem Pfarrer Arnold zu Wietzendorf (Kirchdorf, A. Soltau), den Johann Lerte in den Besitz der Pfarrkirche zu Bergen (A. Bergen) einzuführen. 2. Juni 1416.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die vorhergehende und die nachfolgende Urkunde.)

Urk. 956.

Pfarrer Arnold zu Witzendorf führt den Vicar Johann Lerte zu Verden vor Notar und Zeugen in den Besitz der Pfarrkirche zu Bergen (im A. gl. N.) in der Diöcese Minden. Auf dem Kirchhofe St. Lamberti zu Bergen, 2. Juni 1416.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die vorhergehende Urkunde.)

Urk. 957.

Eliſabeth, Wittwe des Ritters Hermann Ruge, widerruft vor Notar und Zeugen ihren am 17. Febr. 1416 während ihrer Krankheit errichteten letzten Willen; erklärt, daß ſie ein Wiſpel Salzgut in der Saline zu Lüneburg beſitze, welches ſie und ihre Schweſter, Margarethe, die Wittwe des Knappen Rabodo's Wale, einſt vom Kloſter Lüne gekauft und von dem ſie beide früher auf den Todesfall die eine Hälfte zur Fundation eines Beneficium's im Kloſter St. Michaelis zu Lüneburg beſtimmt hätten [1]) und daß ſie, die Wittwe Ruge, nunmehr auch über die andere Hälfte zum Heile ihrer Seele auf gleiche Weiſe verfügen wolle. Zu dem Zwecke ernennt ſie ihren Bruder, den Abt Ulrich zu St. Michaelis, zum Vollſtrecker ihres Willens, der dahin geht, daß von jener anderen Hälfte ($^1/_2$ Wiſpel Salzgut) ein geiſtliches Beneficium oder eine Commende im Kloſter St. Michaelis oder anderswo fundirt und dazu bei der erſten Verleihung der Geiſtliche Hermann Sprotzel ernannt werden ſolle [2]); auch beſtimmt ſie, daß ihr Hof zu „Holthuſen" zu frommen Zwecken, auf die ihrem Willensvollſtrecker am beſten erſcheinende Weiſe, verwandt werde; dabei reſervirt ſie ſich ſchließlich völlig freie Dispoſition hinſichtlich ihres übrigen Vermögens. 26. November 1416.

(Nach dem Inſerate, welches von obiger Dispoſition in der, im Königl. Staats-Archive zu Hannover befindlichen Original-Urkunde vom 15. Januar 1420 enthalten iſt.)

In nomine domini amen Anno a natiuitate eiuſdem Milleſimo Quadringenteſimo decimo ſexto Indictione nona Sede apoſtolica paſtore carente Die Jouis Menſis Nouembris viceſima ſexta hora veſperorum vel quaſi in mei Notarii publici et teſtium infraſcriptorum preſencia honeſta domina Elyſabeth vidua relicta quondam domini Hermanni Ruttzen militis pie memorie in ſanitate poſtrema perſonaliter conſtituta caſſauit irritauit et reuocauit quandam ſue vltime uoluntatis diſpoſicionem quam tempore ſue egritudinis in qua die lune Menſis februarij decima ſeptima preſentis anni erat detenta Coram me Notario ſubſcripto ac teſtibus pro tunc ad hoc vocatis feccrat Qua reuocacione facta memorata domina eciam publice recognouit et adſtatim dixit ſe habere in poſſeſſione ſua vnum chorum ſalis in ſalina Luneborgenſi quem iuſto emptionis titulo de ſuis et Margarete quondam Rabodonis walen famuli relicte fororis ſue pye memorie pecunijs A prepoſito et Conuento Monaſterij beati Bartholomei ſanctemonialium in Lune verdenſis dioceſis ſupradicte ſe emiſſe et comparaſſe dicebat prout in littera ſuper dicta emptione confecta plenius continetur et huiuſmodi chori medietas per ipſam et dictam Margaretam ſororem ſuam ad vnum beneficium in monaſterio ſancti Michaelis Luneburgenſis fundendum (*ſic*) eſſet deputanda prout ſuper illo Inſtrumenta publica eſſent confecta. De alia autem medietate prefati chori ſalute (*ſic*) anime ſue deſiderauit conſimiliter ſalubriter prouideri Quapropter eadem domina Eliſabeth omni modo via iure cauſa et forma quibus melioribus et efficacioribus fieri potuit conſtituit et ſolempniter ordinauit ſuum verum legitimum et indubitatum procuratorem irreuocabilem venerabilem in chriſto patrem et dominum dominum Olricum fratrem ſuum Abbatem Monaſterij ſancti Michaelis Luneborgenſis dicte verdenſis dioceſis preſentem et onus huiuſmodi procuratorij iſpe ſponte ſuſcipientem ad fundandum vnum beneficium eccleſiaſticum ſeu vnam commendam de dicto dimidio choro Salis in prefato Monaſterio ſancti Michaelis aut alibi ac eciam ad diſponendum et ordinandum in pios uſus curiam ſuam in villa Holthuſen ſcituatam (*sic*) quemadmodum pro ſalute anime ſue melius Sibi viſum fuerit expediri. Deſiderauit tamen domina memorata Hermannum Sprotzel clericum verdenſis diocelis prefati ad huiuſmodi beneficium ſeu commendam poſt eius fundacionem primo preſentari et inveſtiri Alia autem bona ſua preſencia et futura proprie ſue

---

[1]) Eine Commende am Hochaltare über der Kapelle im Kloſter St. Michaelis; vergl. die Urkunden vom 17. April 1412, 20. Januar 1422 und 21. Januar 1427.

[2]) Vergl. die Urkunde vom 15. Januar 1420.

diſpoſicionj domina preexpreſſa plenarie reſeruauit. Super quibus omnibus et ſingulis ſepedicta domina Elyſabeth me Notarium publicum infraſcriptum requiſiuit ut ei ſuper premiſſis vnum uel plura publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum ſeu inſtrumenta Acta ſunt hec Luneborg in domo prefate domine Eliſabeth Sub anno Indictione die Menſe hora loco quibus ſupra et tempore Conſilij generalis Conſtantienſis Preſentibus Ibidem honorabilibus et diſcretis viris et dominis Otraueno de Beruelde Rectore parrochiali eccleſie ſancti Georgii in Honouer et Hermanno Sprotzel de Vlieſſen verdenſis dioceſis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et Rogatis. Subſcriptio vero dicti inſtrumenti alias per me confecti eſt talis. Et ego Ludolfus Bruwel clericus verdenſis dioceſis publicus imperiali auctoritate Notarius — — in teſtimonium premiſſorum.

Urk. 958.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg verſchreibt für hundert Mark Lüneburger Pfennige an Gbeſe, Detlef Geyl's Hausfrau, zehn Mark jährlicher Leibrente. 12. December 1416.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. lxxix des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 959.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg verſchreibt für hundert Mark Lüneburger Pfennige dem Hans Growing eine jährliche Leibrente von zehn Mark Lüneburger Pfennige. 21. December 1416.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. lxxix des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 960.

Abt Ulrich, Prior Balduin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg thun kund, daß der Pfarrer Johann Lerte zu Bergen (im A. gl. N.) mit ihrer Einwilligung der Grete von Berchove ein Haus in der Ritterſtraße zum Leibgedinge verkauft hat, welches eventuell der Nachfolger in ſeiner Vicarie, zu welcher das Haus gehört, ihr ſo lange ſie lebt im Beſitze laſſen ſoll. 21. Januar 1417.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 961.

Abt Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg verkauft dem Küſter Diedrich von Anderten zu St. Wilhadi in Bremen ein Salzgut in der Saline zu Lüneburg auf Wiederkauf. 1. Februar 1417.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. lxxix des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 962.

Die Herzöge Bernhard und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg belehnen Kerſten von Bienenbüttel und ſeine Erben mit Grundſtücken am Krumbeke. 21. März 1417.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. Urkunde vom 22. September 1455.)

Wy Bernd vnd Wilhelm van godeſgnaden hertogen to Brunſwig vnd Luneborg Bekennet openbare in deſſem breue vor alleſweme dat wy vnſen leuen getruwen Kerſten van binebutle vnd ſine eruen begnadet vnd belend hebben in crafft deſſes breues to enem rechten Man erue lene mit enem kampe vnde ackere van twen vnd twintich ſtucken belegen ouer dem Krumbeke den Johan molre to binebutle, vnd ſin broder Clawes de vorgenanten Kerſtens vader vnd fedder, gekofft hebben van Manken, Ludolue, vnd Curde van Eſtorpe, hern Curdes van Eſtorpe ſonen, alze de bref darup van one beſegelt, dat egentlicken woll uthwiſet, vnd wy ſchullet vnd willet kerſten vorgenant vnd ſine eruen in dem gude-

truwelken vordegedingen, vnd darbi beholden, alze wij ander vnſe belenden Man vnd vnderſaten doen, wür eme vnd ſinen eruen des nod vnd behöff is. Des to orkunde vnd bekantniſſe hebbe wij vnſe Ingeſegel witliken to deſſem breue gehenghet heten na godesbort verteinhundert Jar vnd in dem ſeuenteynden Jare des Sondages to miduaſten Alze me finget dat Ampt letare.

Siegel der Herzöge Bernhard und Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg.

Urk. 963.

Abt Ulrich zu St. Michaelis entläßt vier Perſonen („alle gebeten van Abbedinghoue") aus der Eigenbehörigkeit. 29. September 1417.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. lxxx des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Wy Olrik van godes gnaden Abbet to ſunte Michele to luneborg — — hebben quid vnde vrigh ghegheuen leddich vnde los ghelaten Curde Eluers ſone Nibbeken Hanſe vnde Eluere. Johannes ſones vnde Metteken ſine dochtere alle ghebeten van Abbedinghoue van allem Eghendome plicht vnde vorbindinghe dar ſe vns vnde vnſem godeſhuſe mede vorplichtet vnde vorbunden hebben gheweſen wente an deſſen dach — — Gheuen na godes bord giiij^{c} dar na In deme xvij Jare In die Michaelis archangeli.

Urk. 964.

Bürgermeiſter, Rath und Bürger zu Lüneburg thun kund, daß die Äbte Ulrich zu St. Michaelis in Lüneburg, Ludolf in Oldenſtadt, Reimer in Amelungsborn, Hermann in Dobberan, Burchard in Riddagshauſen, Bertram in Reinefeld, Johann in Scharnebeck und Nikolaus in Hiddenſe, das Capitel in Harſefeld, die Pröpſte Heinrich in Ebſtorf, Heinrich in Lüne, Lüdinger in Medingen, Hermann zu Heiligenthal in Lüneburg, Johann in Buxtehude, Helmold in Walsrode und Heinrich in Dambeck, die Capitel zu Lübeck, Hildesheim, Hamburg, Braunſchweig, Verden, Bardowiek und Ramelsloh zur Abtragung einer Stadtſchuld von 12,000 Mark ein Achtel des Aufkommens der Salinegüter bewilligt und vier Rathsherren zur Hebung deſſelben und zur Abzahlung dieſer Schuld, unter Anleitung der Äbte zu St. Michaelis in Lüneburg und in Scharnebeck, ſowie der Pröpſte in Ebſtorf und Lüne, ernannt haben. 10. November 1417.

(Nach den Gebhardiſchen Manuſcripten VII, 225 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Urk. 965.

Abt Ulrich, Prior Balduin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Vicare Ditmar Stopkow zu St. Cyriaci vor Lüneburg vier Mark Rente, wofür nach ſeinem Tode ſeine, ſeiner Eltern und Freunde Memorie gefeiert werden ſoll. 20. December 1417.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. lxiiij des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 966.

Abt Ulrich, Prior Balduin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg bewilligen dem Diedrich Springintgut und ſeiner Frau Geſeke den Wiederkauf des Guts [zwei Höfe u. ſ. w.][1]) in Ödeme (Kirchſp. Lüneburg, A. Lüne) innerhalb vier Jahren. 21. December 1417.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Wy Olric van godes gnaden Abbet Boldewin Prior vnde de gantze Conuent des cloſters to ſunte Michele bynnen luneborg bekennet vnde betughet — dat we — bern Dyderike Springintgud, Gheſeken ſiner huſvrowen, vnde ores liues eruen vnde anders nemende gheuen vnde tolaten den wedderkopp des ghudes to der Odeme mit aller tobehoringhe in deſſer wiſe, dat he, Gheſeke ſin huſvrowe vnde ores liues eruen moghen nu to Paſchen negheſt komende an to rekende vort an to allen Paſchen bynnen

veer iaren dat vorbenomede gud to der Odeme mit allen tobehoringen wedderkopen vor Achtehundert mark luneborger penninghe — Gheuen vnde gheſcreuen na godes bord verteynhundert iar dar na In deme Seuenteynden iare in ſunte Thomas daghe des hilgen Apoſtoles.

Siegel des Abts Ulrich. Siegel des Convents.

---

1) Vergl. die Urkunden vom 26. Februar 1415 und 24. Februar und 12. März 1345.

Urk. 967.

Prior Balduin und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg verkaufen dem Presbyter Heinrich Nunemann in Lübeck eine Geldrente. 20. Januar 1418.

(Nach dem Copialbuche Nr. 5 fol. xliij des Kloſters St. Michaelis im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Urk. 968.

Papſt Martin V. befiehlt dem Domdechanten zu Osnabrück, die von dem Vermögen des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg unrechtmäßiger Weiſe veräußerten oder abhanden gekommenen Güter in deſſen Beſitz zurück zu bringen. Civita vecchia, 15. Juli 1418.

(Nach den Gebhardiſchen Manuſcripten VII, 225 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Martinus Episcopus ſervus ſervorum Dei. dilecto filio decano ecclesie Oſnabrugensis, Salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum . . Abbatis et Conventus Monaſterii ſancti Michaelis in Luneborgh ordinis sancti Benedicti Verdensis dyocesis precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus quatenus ea que de bonis eiusdem monaſterii alienata inueneris illicite vel diſtracta ad ius et proprietatem ipsius Monaſterii ſtudeas legitime reuocare. Contradictores per Censuram ecclesiaſticam appellatione poſtpoſita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint censura ſimili appellatione Ceſſante compellas Veritati testimonium perhibere. Datum apud urbem veterem Idibus Julii pontificatus nostri anno primo.

Urk. 969.

Abt Ulrich von Berfeld zu St. Michaelis in Lüneburg ernennt vor Notar und Zeugen — weil er wegen hohen Alters und Körperſchwäche ſein Amt niederlegen will — den Propſt Hermann Dwerg der Kirche St. Lebuini zu Deventer und Andere zu ſeinen Procuratoren, um ſtatt ſeiner die Abtei dem Papſte Martin V. zu reſigniren und denſelben zu bitten, daß ihm einige Einkünfte der Abtei zum lebenslänglichen Unterhalte gelaſſen werden. Lüneburg, 25. September 1418.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die Urkunden vom 23. und 24. Januar 1419.)

IN nomine domini amen Per hoc publicum Inſtrumentum Cunctis pateat euidenter quod ſub anno a natiuitate eiuſdem Milleſimo quadringenteſimo decimo octauo Indictione vndecima die vero dominica que erat viceſima quinta Menſis Septembris hora terciarum uel quaſi Pontificatus Sanctiſſimi in christo patris Ac domini noſtri domini Martini diuina prouidencia pape quinti Anno primo Me notario publico Infraſcripto Coram venerabili Viro domino Olrico de beruelde Abbate Monaſterii ſancti Michaelis In luneborg ordinis ſancti benedicti verdenſis dyoceſis In preſencia teſtium Infraſcriptorum perſonaliter conſtituto Ipſe dominus Olricus Abbas Sanus mente et corpore grandevus tamen et valetudinarius ut apparuit ibidem publice et lamentabiliter propoſuit ſe propter ſenium et deſtitucionem virium corporalium vtiliter et fructoſe ut optaret de cetero ipſius Abbacie regiminj et gubernacionj Intendere et

preeſſe non poſſe nolensque ut ipſum Monaſterium ex ipſius Impotencia et defectu in temporalibus aut ſpiritualibus aliquod diſpendium paciatur Sed intimis cordis affectibus deſiderans ut tempore vite ſue ibidem de bono prouideatur Abbate quj dicto Monaſterio velit et poſſit preeſſe et prodeſſe Ideo ex certa ſua ſciencia iam diu vice ut afferebat concepta pure Sponte libere et ſimpliciter omnibus melioribus modo via jure cauſa et forma quibus melius et efficacius potuit et debuit fecit conſtituit et creauit et Sollempniter ordinauit ſuos veros legitimos certos et Indubitatos procuratores Actores factores negociorum ſuorum geſtores et nuncios ſpeciales atque generales ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget nec econtra venerabiles et circumſpectos viros dominos hermannum dwerg prepoſitum eccleſie Sancti lebuini dauentrienſis Traiectenſis dyoceſis Sedis apoſtolice prothonotarium Baldewinum de dyk literarum apoſtolicarum abbreuiatorem Georgium de pala dominj noſtri pape familiarem Et Johannem Ember Canonicum eccleſie ſancti Nicolai Magdeburgenſis abſentes tamquam preſentes et quemlibet eorum Inſolidum Ita eciam quod non ſit Melior condicio occupantis Sed quod vnus eorum incepit alius eorum proſequj poſſit mediare et finire dans et concedens dictis ſuis procuratoribus coniunctim et diuiſim plenam et liberam poteſtatem et facultatem reſignandi et dimittendi ſimpliciter pro eo et eius nomine In manibus domini noſtri pape uel ſui commiſſarii ad hoc deputati uel deputandi dictam ſuam Abbaciam ipſius monaſterii ſancti Michaelis et omne Jus ſibi in ea ſeu ad eam quomodolibet competens ipſamque reſignacionem admitti petendi et obtinendi nec non de dicta Abbacia alteri religioſo et ydoneo prouideri petendi et faciendi quodque in huiuſmodi reſignacione paccio illicita uel Symoniaca prauitas non interueniat in animam ipſius domini Olrici conſtituentis Jurandi et cuiuſlibet alterius generis licitum Juramentum pro eo et eius nomine preſtandi et faciendi Necnon humiliter Sanctiſſimo In chriſto patri et domino noſtro domino Martino diuina prouidencia pape quinto predicto ſupplicandi ut ſcilicet pro vite ſue ſuſtentacione aliquam porcionem de ipſius abbatie fructibus quam diu vitam ageret In humanis dignetur reſeruare vnam eciam uel plures procuratores loco ſui ſubſtituendi eoſque reuocandi et onus procuracionis huiuſmodi in ſe reaſſumendi tociens quociens viſum fuerit expedire et generaliter omnia alia et ſingula faciendi gerendi et exercendi et procurandi que in premiſſis fuerint neceſſaria quomodolibet uel oportuna et que veri et legitimi procuratores facere poſſent ac que ipſe dominus olricus faceret ſi preſens perſonaliter intereſſet eciam ſi majora fuerint preexpreſſis et mandatum requirerent magis ſpeciale Promittens michi notario publico Infraſcripto tamquam perſone auttentice publice ſollempniter ſtipulanti ſe ratum gratum et firmum tenere et ſeruare quicquid per eoſdem ſuos procuratores uel eorum alterum Actum factum geſtum uel procuratum fuerit in premiſſis uel altero premiſſorum Ac releuans et releuare volens eoſdem procuratores ſuos et eorum quemlibet ab omni onere ſatiſdandi ſub ypotheca et obligacione omnium bonorum ſuorum preſencium et futurorum Super quibus omnibus et ſingulis me notarium publicum Infraſcriptum requiſiuit ut ei vnum uel plura publicum ſeu publica ad futuram rei memoriam conficerem Inſtrumentum ſeu Inſtrumenta Acta ſunt hec luneborg in domo Abbaciali et reſidencie dicti domini Abbatis Anno Indictione die Menſe hora et pontificatu quibus ſupra Preſentibus ibidem honorabilibus viris dominis Johanne de Stenberg magiſtro In artibus et Bacculario in decretis Rectore capelle in gronehagen dicte verdenſis dyoceſis Et Johanne de lerte vicario perpetuo in eccleſia verdenſi Ac hinrico Cremer Clerico lubecenſis Ciuitatis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Et ego luderus Rottorp clericus verdenſis dioceſis publicus jmperiali auctoritate Notarius — — in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Urk. 970.

Heinrich von Berfeld, Bruder des Abts Ulrich, macht dem Kloster St. Michaelis in Lüneburg eine Schenkung zu Stipendien für arme Studirende. 2. November 1418.

(Nach einer Notirung in den Gebhardischen Manuscripten I, 502 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

VIII^c mr. date sunt a domini Abbatis Udarici de barvelt fratre germano Henrico de Barueld pie memorie monasterio nostro Anno M. C. C. C. C. XVIII die omnium animarum beatorum pauperibus studiosis plebeijs hominibus Reditus earum annui XXXVII marcarum cum II sc distribuendi et vocatum beneficium hoc XIV auxiliatorum mandatum est sub maledictione secus facientium. Vid. donat. ipsa et Registr. cellariatus.

Reditus sunt XXXVII *mß* II *β*.

Urk. 971.

Knappe Heinrich Grevigk verkauft dem Pfarrer Heinrich, den Altarleuten und Kirchgeschworenen zu Bienenbüttel Burmester's Hof in Ellringen (im Kirchsp. Dahlenburg, A. Bleckede) für 26 Mark lüneburger Pfenninge auf Wiederkauf. 19. November 1418.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die Urkunde vom 11. April 1423.)

Urk. 972.

Erzählung von der Gründung, Zerstörung und dem Neubaue des Klosters St. Michaelis in Lüneburg, vom Herzoge Hermann bis zum Jahre 1418.

(Nach dem Copialbuche Nr. 3 fol. cxxviii—cxxxi. — Abgedruckt bei Leibn. script. II. 380; Wedekind Noten III. 208—215.)

Omnibus hoc scriptum legentibus seu alijs exponentibus sit salus in eo quj sanat contritos corde et alligat contriciones eorum. Ne ad merita bonorum operum vestrorum amplianda basilice sancti Michaelis gracie siue indulgencie vos lateant Que non solum eius benefactoribus verum eciam pro eis deuote orantibus concesse sunt Uiginti enim et sex Episcopi sunt quorum quilibet dedit quadraginta dierum indulgenciam et karenam Et sunt mille dies et quadraginta et viginti sex karene. Hanc indulgenciam et omnes gracias a sede Romana antiquitus datas tam largiciones regum quam concessiones pontificum Gregorius decimus Allexander quartus Innocentius tercius Romani pontifices cum primis habitis et in futurum habendis confirmauerunt et locum hunc in suam protectionem receperunt. Ne quis personas et res huius ecclesie cum omnibus pertinencijs suis indebite molestare presumat sub intimatione maledictionis eterne districtissima prohibentes Et super hoc littere predictorum pontificum vere bullate non viciate et omni suspicione carentes aput militantes domino in eodem monasterio sancti Michaelis continentur. Fundator autem huius basilice vir Egregius hermannus pie memorie primus dux Saxonie deuotus extitit. quem primus consilio principum in ducatum promouit vir potentissimus Otto magnus Imperator hinrici Imperatoris filius. Qui anno ab incarnacione dominj nongentesimo tricesimo septimo factus Romanorum Imperator Et hic erat octuagesimus ab Augusto. Dedicatum vero est hoc monasterium in honorem omnium sanctorum Sed precipue in honorem sancti Michaelis Archangeli celestis milicie principis Anno domini M° quinquagesimo quinto Indictione octaua Ipso die kalendarum octobris a venerabili Episcopo verdensi Sigiberto. Fluxerunt autem amplius quam centum anni ut in cronicis exprimitur a tempore quo edificacio monasterij inchoata est usque ad consecracionem eiusdem Post multum vero temporis lapsum idem monasterium vetustate qua omnia corruptibilia consumuntur dilapsum est Sed iterum de nouo Consilio et adiutorio dominorum qui ab ipso hermanno bone memorie strennuo duce huius ecclesie fundatore processerunt reformatum

eſt Inter quos primus et precipuus fuit dux Johannes felicis recordacionis qui obijt anno domini M° CC LXXVII Qui ad ſtructuram huius fabrice vnum chorum ſalis dedit in ſalina luneborg ad eandem perpetuo pertinentem. Et filius eius otto dux egregius cum inclita coniuge ſua Mechtildi filia ducis bauarie non ſine magnis laboribus et expenſis Abbatis et monachorum hic chriſto famulancium necnon eciam elemoſinis militum et famulorum et aliorum bonorum hominum quibus omnibus ſit merces dei filius ſollempniter reedificauit Eſt autem dedicatum hoc monaſterium poſt reedificacionem cum nouem altaribus Anno dominj M° CCC V a venerabili domino frederico verdenſi Epiſcopo XIIII kalendarum octobris per tres dies Primo die conſecrauit monaſterium in honorem ſancti michaelis et ſummum altare. alijs vero duobus diebus conſecrauit alia octo altaria Agitur autem dedicacio tam monaſterij quam nouem altarium Ipſo die kalendarum octobris hoc eſt in die Remigij quo antiquum monaſterium fuit dedicatum Anno autem dominj milleſimo quinquageſimo quinto. [1])

Dedicata eſt cripta ſiue Capella que eſt ſub choro cum tribus altaribus in honorem glorioſe virginis marie Et continentur in medio altari ſanctiſſime reliquie ſcilicet de capillis virginis marie et de veſtimentis eius et de lacte cum alijs reliquiis multorum Apoſtolorum martirum confeſſorum et virginum Que capella cum antiquo monaſterio fuit confracta et cum nouo iterum reſtructa reliquijs integre ſeruatis et iterum impoſitis Conſecrata autem eſt a prefato domino frederico verdenſi Epiſcopo Anno dominj M° CCC III decimo die kalendarum nouembris id eſt in die ſancti Seuerinj Epiſcopi Agitur autem dedicacio predicte cripte et trium altarium ibidem proxima dominica poſt feſtum beati ſeuerini epiſcopi. Et ſic duodecim altaria habentur in hoc monaſterio In quorum honorem dedicata ſint et quorum et quarum in eiſdem habeantur reliquie. que eciam multe ſunt per Imperatores et dominos terrarum diuerſis temporibus apportate quj ſcire voluit huius eccleſie libros perlegat in quibus pleniſſime continetur Huic igitur eccleſie pacem et iura ſeruantibus ſit pax iheſu chriſti ut hic fructum bone actionis et vitam eternam percipiat (*ſic*) in futuro Amen.

Monaſterio itaque ut premiſſum eſt complete conſtructo et conſecrato et ad aliquot annos perſonis huiuſmodi monaſterij miniſtris chriſti debite ſub regula domino famulantibus. Ecce ſuggeſtione dyaboli quj ab antiquo malorum inuentor eſt et pacis inimicus in ducatu luneborgenſi maxima gwerrarum ac hoſtilium perturbacionum exorta ſunt incommoda inter dominos terre et conſulatum et ciuitatem luneborgenſem Quapropter contigit per multa hinc inde diſcrimina ex utraque parte prehabita ut monaſterium ipſum vna cum caſtro luneborg funditus deſtrueretur adeo quod neque locus neque monaſterium neque quod deterius eſt ſpes aliqua reſtauracionis eiuſdem monaſterij remaneret Nichilominus tamen Abbas et Conuentus videntes aliud fieri non poſſe Clenodia ſingula videlicet reliquias cum vaſis ſuis et ornamenta cetera quibus ad cultum diuinum uſi fuerant Jura priuilegia litteras libros et alia ſingula bona ſua quocunque quiſque poterat, in cuſtodiam deferebat. ffacta eſt autem hec Caſtri et monaſterij deſtructio Anno dominj M° CCC LXXI in vigilia purificacionis beate marie virginis.

Hijs ut dictum eſt geſtis et peractis annis fere duobus deuolutis Illuſtres dominj wentzlaus et Albertus duces Saxonie et luneborg pietate commoti et huiuſmodi predicti monaſterij et cultus diuini inibi fieri conſueti caſum dolentes vna cum ratihabicione Illuſtrium domicellorum frederici et Bernardi ducum Brunſwicenſium Proconſulum eciam et Conſulum et vniuerſitatis Opidi Luneborg ad hoc ſpecialiter cooperancium. Predictis religioſis viris Abbati et Conuentui ſancti Michaelis dederunt et aſſignauerunt pure libere et perpetuo locum quendam intra muros iam dicti Opidi Luneborg vulgariter dictum de hole eek prout circumqua-

[1]) Die Worte „quinquageſimo quinto“ ſind im Copialbuche von ſpäterer Hand geſchrieben.

que in longum et latum extenſus fuerat uel per dictos proconſules et conſules quj pro tempore fuerint contingerit ampliari in honorem dei et glorioſe virginis marie ſanctique michaelis archangeli pro nouo monaſterio et alijs neceſſarijs et vtilibus edificijs ſollempniter reinſtaurandis, Locum ipſum dictum ab omnibus exactionibus ſeu eciam ſeruitutibus quibuſcunque et oneribus liberantes. Predicti eciam dominj wentzlaus et Albertus duces Saxonie et luneborg ſingula iura priuilegia bona mobilia et immobilia litteras libertates et honores quibus per progenitores et predeceſſores ſuos predicti Abbas et Conuentus et quondam ipſorum monaſterium dotati fuerant confirmabant et innouabant prout in litteris deſuper editis et confectis lucidius continetur Acta autem ſunt hec luneborg Anno dominj milleſimo CCC LXXIII menſis Nouembris die XXV hoc eſt Ipſo die katherine virginis.

Qua donacione ſeu oblacione tam pie et ſalubriter facta. venerabilis in chriſto pater dominus hinricus eccleſie verdenſis Epiſcopus ad peticionem predictorum principum. Abbatis et Conuentus. proconſulum eciam et conſulum ac vniuerſitatis prefati opidi luneborg in preſencia eorundem cum ſollempnitate debita et conſueta lapidem primarium poſuit ad erigendum extunc conſtruendum perficiendum ſollempne monaſterium cum Capellis altaribus et ceteris edificijs neceſſarijs ſeu utilibus Omnia eciam iura priuilegia litteras bona mobilia et immobilia, libertates et honores quibus per predeceſſores ſuos epiſcopos dicti Abbas et Conuentus et antea eorum monaſterium fuerant dotati ſimiliter innouans et confirmans Acta autem ſunt hec anno dominj M° CCC LXXVI menſis Julij die XIIII hoc eſt in profeſto diuiſionis apoſtolorum.

Ab illo tunc tempore ſepedicti dominj Abbas et Conuentus ad ſtructuram monaſterij in quo quantocius diuina celebrarent frequentibus laboribus proceſſerunt vnde primo Criptam que eſt ſub choro cum tribus altaribus quemadmodum in antiquo monaſterio fuerat conſtruxerunt Que completa eſt per eundem venerabilem in chriſto patrem dominum hinricum Epiſcopum verdenſem conſecrata eſt vna cum Cimiterio Anno dominj M° CCC LXXIX ipſo die bonifacij Cuius dedicacio proxima dominica poſt feſtum Aſſumpcionis marie peragitur.

Ex poſt non ſine magnis laboribus et expenſis anterior pars eccleſie cum ſuis attinencijs dextrorſum et ſiniſtrorſum ſollempniter ut oculis conſpicitur conſtructa eſt. Tempore autem huius ſtructure antedicti religioſi viri domino deo in dicta Cripta diuina celebrabant cum in alio loco non haberent facultatem. Completa autem eſt predicti monaſterij anterior pars et per venerabilem in chriſto patrem dominum Ottonem Illuſtrem fratrem dominorum ducum de Brunſwic et luneborch Epiſcopum verdenſem conſecrata cum ſummo et beate marie in choro altaribus Anno dominj M° CCC XC Ipſo die laurencij martiris Cuius dedicacio agebatur Ipſo die Remigij Nunc vero tranſlata eſt in dominicam proximam ſequentem poſt feſtum ſancti Michaelis per venerabilem dominum vlricum pro tunc aſſumtum dominum verdenſem.

Tunc vero magnis laboribus ſumptibus et expenſis fatigati a ſtructura ulteriori eccleſie ipſius ceſſauerunt annis fere XIX Quibus deuolutis Abbas et Conuentus tanquam monaſterij veri zelatores Iterum ad complendam partem poſteriorem reſiduam eccleſie infudarunt quam domino cooperante ſimiliter ut videtur ſollempniter per aliquot annos compleuerunt Conſecracio vero huius poſterioris partis facta eſt per venerabilem dominum hildemarum vicarium in pontificalibus venerabilis in chriſto patris dominj hinrici de hoya Epiſcopi verdenſis Anno domini M° CCCC XVIII in die tranſlacionis ſancti Benedicti cuius dedicatio ſimul cum dedicatione anterioris partis ut premiſſum eſt celebratur.

Completum eſt ergo monaſterium et glorioſe conſtructum in honorem dei omnipotentis et glorioſe virginis marie Sanctique michaelis Archangeli cuius oratoribus fautoribus ſeu amicis ſit ſalus et pax in preſenti et gloria in futuro Per eum quj ſine fine viuit et regnat Amen.

Urk. 973.

Papſt Martin V. ernennt, nachdem Abt Ulrich von Berfeld zu St. Michaelis in Lüneburg die Abtei dem päpſtlichen Stuhle hat reſigniren laſſen, den bisherigen Prior Balduin (von Wenden) zu deſſen Nachfolger. Mantua, 23. Januar 1419. [1])

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die Urkunde vom 25. September 1418.)

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilecto filio Balduino Abbati Monasterij ſancti Michaelis Lunemborgenſis ordinis ſancti Benedicti Verdenſis dioceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Suſcepti cura regiminis cor noſtrum continua pulſat inſtantia, ut ſolicitudinis debitum ad quod uniuerſis orbis eccleſijs et Monaſterijs nos apoſtolice ſeruitutis neceſſitas obligat eorumque ſingulis prout nobis exalto conceditur exoluamus in eo potiſſime ut illorum regimina que proprijs ſunt deſtituta paſtoribus perſonis talibus committantur per quorum ſolertiam circumſpectam eccleſie et Monaſteria ipſa in ſpiritualibus et temporalibus ualeant adaugeri. Dudum ſiquidem prouiſiones Monaſteriorum omnium tunc apud ſedem apoſtolicam uacantium et in antea uacaturorum ordinationi et diſpoſitioni noſtre reſeruantes decreuimus extunc irritum et inane ſi ſecus ſuper hijs per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque poſtmodum Monaſterium ſancti Michaelis Lunemborgenſis ordinis ſancti Benedicti Verdenſis dioceſis ex eo apud ſedem ipſam uacauerit et uacet ad preſens, quod dilectus filius Vlricus de Beruelde Monachus olim Abbas dicti Monaſterij illius regimini et adminiſtrationi cui tunc preerat per dilectum filium Hermannum DWerg Prepoſitum eccleſie ſancti Lebuini Dauentrienſem Traiectenſis dioceſis Notarium noſtrum procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus dilecti filij noſtri Antonij tituli ſancte Suſanne preſbiteri Cardinalis apud ſedem ipſam ſponte et libere ceſſerit, dictuſque Cardinalis de ſpeciali mandato noſtro facto ſibi ſuper hoc oraculo uiue uocis ceſſionem ipſam apud dictam ſedem duxerit admittendam. Nos ad prouiſionem ipſius Monaſterij celerem et felicem de qua nullus preter nos hac uice ſe intromittere potuerit ſiue poſſit, reſeruatione et decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne monaſterium ipſum longe uacationis exponeretur incommodis paternis et ſolicitis ſtudijs intendentes poſt deliberationem quam de preficiendo eidem Monaſterio perſonam utilem et etiam fructuoſam cum fratribus noſtris habuimus diligentem demum ad te tunc Priorem Clauſtralem dicti Monaſterij decretorum doctorem ordinem ipſum expreſſe profeſſum et in ſacerdotio conſtitutum uite ac morum honeſtate decorum in ſpiritualibus prouidum et in temporalibus circunſpectum alijſque multiplicium uirtutum donis prout fide dignorum teſtimonijs accepimus inſignitum direximus oculos noſtre mentis quibus omnibus debita meditatione penſatis de perſona tua nobis et eiſdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem Monaſterio de ipſorum fratrum conſilio auctoritate apoſtolica prouidimus teque illi preficimus in Abbatem curam et adminiſtrationem ipſius Monaſterij tibi in ſpiritualibus dictis et temporalibus plenarie committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dextera domini tibi aſſiſtente propitia prefatum Mona-

[1]) Ein zweites päpſtliches Schreiben, ebenfalls zu Mantua am 23. Januar erlaſſen, iſt an den Convent des Kloſters St. Michaelis zu Lüneburg gerichtet. Es enthält den Befehl des Papſtes Martin V. dem früheren Prior und jetzigen Abt Balduin von Wenden Gehorſam zu leiſten. Es hat demſelben Inhalt wie das obige. Selbſtverſtändlich wird am Anfange der Convent angeredet. Ebenſo am Ende, wo es heißt: Quocirca diſcretioni ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus eundem Balduinum Abbatem tanquam patrem et Paſtorem animarum ueſtrarum grato admittentes honore ac exhibentes ſibi obedientiam et reuerenciam debitas et deuotas eius ſalubria monita et mandata ſuſcipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin ſententiam quam idem Balduinus Abbas rito tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino uſque ad ſatiſfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari.

Bleibulle des Papſtes Martin V.

ſterium ſub tui regiminis cura grata in eiſdem ſpiritualibus et temporalibus ſuscipiet incrementa. Quo circa diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus impoſitum tibi a domino onus regiminis eiuſdem Monaſterij prompta deuotione ſuſcipiens curam et adminiſtrationem predictas ſic ſolicite geras et fideliter proſequaris quod per tue diligentie ſtudium fructuoſum ipſum Monaſterium gubernatori prouido et fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſum tuque preter eterne retributionis premium noſtram et dicte ſedis benedictionem et gratiam exinde uberius conſequi merearis. Datum Mantue x kl. Februar. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Bleibulle des Papſtes Martin V.

Urk. 974.

Papſt Martin V. reſervirt dem Mönche Ulrich von Berfeld, früherm Abte zu St. Michaelis in Lüneburg, welcher nach zurückgelegtem achtzigſten Lebensjahre und körperlich ſchwach die Güter des Kloſters nicht mehr verwalten kann und ihm deshalb ſein Amt reſignirt hat, den Hof zu Grünhagen (im Kirchſp. Bienenbüttel, A. Lüne), Salzgüter in der Saline Lüneburg und eine ſolche Präbende, wie ſie einem Mönchprieſter des Kloſters verliehen zu werden pflegt. Mantua, 24. Januar 1419.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die Urkunde vom 25. September 1418 und die nachfolgende Urkunde.)

Martinus epiſcopus ſervus ſeruorum dei Dilecto filio Ulrico de Beruelde Monacho olim Abbati Monaſterij ſancti Michaelis Lunemburgenſis ordinis ſancti Benedicti Verdenſis dioceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Romani Pontificis prouidentia circunſpecta prelatis qui Monaſteriorum quibus praeerant regiminibus ne eorum cauſante impotentia in ſpiritualibus et temporalibus detrimentis ſubiacerent cedere acceptarunt, ut pro eorum ſuſtentatione congrua redditibus gaudeant oportunis, libenter prouidet prout perſonarum et partium qualitate penſata id conſpicit rationabiliter expedire. Cum itaque nuper tu qui ut afferis Octuageſimum tue etatis Annum peregiſti et corporalibus deſtitutus uiribus exiſtis regimini et adminiſtrationi bonorum Monaſterij ſancti Michaelis Lunemburgenſis ordinis ſancti Benedicti Verdenſis dioceſis cui tunc praeeras, in manibus noſtris per certum procuratorem tuum ad hoc a te ſpecialiter conſtitutum ſponte et libere cefferis, noſque ceſſionem admittentes eandem de perſona dilecti filij Baldeuini Abbatis ipſius Monaſterij illi duxerimus providendum preficiendo eum illi in Abbatem prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur Nos attendentes, quod tu ut accepimus eidem Monaſterio pluribus Annis laudabiliter preſuiſti et propterea tibi ut decentius ſuſtentari ualeas de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere uolentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati Curiam in Gronenhaghen necnon duas Sartagines ſalis cum Quatuor choris in domo Berdinghen loci Salinaris Lunemburgenſis ejuſdem dioceſis ad ipſum monaſterium legitime pertinentes cum omnibus cenſibus fructibus redditibus emolumentis et obuentionibus exinde prouenientibus necnon pertinentijs earundem tibi per te uſque ad beneplacitum ſedis apoſtolicae habendas tenendas et poſſidendas necnon prebendam in Monaſterio ipſo vni ex Monachis ſacerdotibus inibi aſſignari ſolitam auctoritate apoſtolica tenore preſentium reſervamus illaſque tibi eadem autoritate concedimus pariter et aſſignamus decernentes Curiam et Sartagines cum choris hujuſmodi poſtquam ab hac luce migraueris libere reuerti debere ad Monaſterium memoratum. Conſtitutionibus apoſtolicis necnon ſtatutis et conſuetudinibus Monaſterij et ordinis predictorum iuramento confirmatione apoſtolica uel quacunque firmitate alia roboratis ceteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre reſeruationis aſſignationis conceſſionis et conſtitutionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc

attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Mantue VIIII kl. Februar. Pontificatus noſtri anno Secundo.

Bleibulle des Papſtes Martin V.

Urk. 975.

Papſt Martin V. beauftragt in einem, mit der vorhergehenden Urkunde faſt wörtlich gleichlautenden Schreiben den Propſt zu Lübeck, den Propſt zu St. Lebuini in Deventer und den Archidiakon in Modeſtorpe, den Mönch Ulrich von Berfeld, frühern Abt zu St. Michaelis in Lüneburg, in den Genuß des Hofs zu Grünhagen, einiger Salzgüter in der Saline Lüneburg und einer Mönchspriesterpräbende zu ſetzen und ihn dabei zu ſchützen. Mantua, 24. Januar 1419.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die vorhergehende Urkunde und die Urkunde vom 28. Juni 1419.)

Urk. 976.

Knappe Friedrich von Danhauſen deponirt ſein Teſtament bei dem Prior Balduin von Wenden zu St. Michaelis in Lüneburg [1]). — 23. März 1419.

(Nach den Gebhardiſchen Manuſcripten VII. 45 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

[1]) Unter den Teſtamentszeugen Wilhelm von Ütze und Segeband Zack, Mönche zu St. Michaelis.

Urk. 977.

Abt Balduin, Prior Diedrich und der Convent des Kloſters St. Michaelis in Lüneburg geloben, ihrem früheren Abte Ulrich von Berfeld die in der päpſtlichen Urkunde ihm reſervirten Güter und eine Prieſterpräbende [1]) zukommen zu laſſen; ſichern ihm alle Diſtributionen zu, welche den Anweſenden zu Theil werden, unter Erlaſſung aller gottesdienſtlichen Verrichtungen; laſſen ihm das Haus, worin er wohnt, und bezeichnen ihn als erſten nach dem Abte. 28. Juni 1419.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Wy Boldewin van godes gnaden Abbet. Dyderik Prior vnde de gantze Conuent des cloſters to ſunte Michele to luneborg. bekennen vnde betughen vor vns vnde vnſe nakomelinge openbare in deſſem breue vor alleſweme, dat wy hern Olrike van Beruelde ichteſwanne Abbete vnſes vorſcreuen cloſters dorch woldat vnde ghude, de he vns vnde vnſem cloſtere in vortyden bewiſet hefft volghen laten willen twe pannen herſchop mit veer wiſpel ſoltes vppe der ſulten to Luneborg belegben in dem hus to Berdinge dede horen to vnſer ebbedye vnde ene vulle preſtere prouene na vtwiſinghe ſiner breue, de he darup hefft van vnſem gheyſtliken vadere dem Paueſte dar to wille wy eme gheuen de wile dat he leuet dorch ſines alders vnde krankheit willen vigilie penninghe preſencien vnde alle diſtribucien alſe enen anderen dede iegenwardich is in ſiner perſonen. in vigilie Mitten Miſſen vnde in allen anderen tiden. Ok wille wy eme vordreghen alles arbeydes in deme Chore ſine wekene to bewarende to Capittel vnde to Reuentere to ghande vnde aller beſwaringhe dar wy to vorplichtet ſint van vnſes godeshuſes weghene. Ok ſchal he to bequemicheit vnde ghemake ſines liues beholden dat hus dar he nu anewonet bouen vnde neddene mit kelleren vnde koken alſe he des gebruket hefft wente an deſſe tid. vnde ſchal in ſittende. ghande. vnde ſtande alſe dat mogelik vnde billik is de erſte vnde de hogheſte na dem Abbete vnſes vorbenomtem cloſters weſen. Alle vorſcreuenen ſtucke vnde en iſlik beſunderen loue wy Boldewin Abbet Dyderik prior vnde de gantze Conuent vorbenomt vor vns vnde vnſe nakomelinghe dem erghenorden hern Olrike ſtede vnde vaſt to holdende ſunder alle wedderſprake de wile he leuet. vnde hebben des to tughe

[1]) Vergl. die Urkunde vom 24. Januar 1419.

vnſe Ingheſeghele ghehenget heten an deſſen breff. Gheuen na godesbord verteynhundert Jar dar na In deme Negbenteynden an ſunte Petri vnde Pauli auende der bilgben Apoſtole.

Siegel des Abts Balduin. Siegel des Convents abgefallen.

Urk. 978.

Die Äbte Balduin zu St. Michaelis in Lüneburg und Johann in Scharnebeck, und die Pröbſte Heinrich in Ebſtorf, Heinrich in Lüne und Lüding in Medingen vereinigen ſich, zugleich in Vollmacht anderer Prälaten, mit dem Rathe zu Lüneburg in Betreff der Zahlung der Renten und des Pfannenzinſes nach alter Weiſe. 17. November 1419.

(Nach den Gebhardiſchen Manuſcripten V. 257 in Königl. Bibliothek zu Hannover.)

Urk. 979.

Herzog Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg ertheilt dem Abte Balduin von Wenden zu St. Michaelis in Lüneburg die Erlaubniß, fünf Mal im Jahre, gegen Oſtern, Michaelis, Martini, Weihnacht und Faſtnacht, in den Waldungen zu Eyendorf (Kirchſp. Salzhauſen), Garlſtorf (Kirchſp. Salzhauſen) und Ollſen (Kirchſp. Hanſtedt), ſämmtlich A. Winſen a. d. L., in den eigenen Waldungen aber nach Belieben zu jagen, und ſichert ihm, als ſeinem Kapellane, bezüglich dieſer Zugeſtändniſſe ſeinen Schutz zu. 25. November 1419.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover.)

Wij Wilhelm van Godeſgnaden Hertoge to Brunſwig vnd Luneborg Bekennen openbare in deſſem breue vor vns vnſe eruen vnd Nakomelinge, dat wij gode to loue vnd dorch vnſer elderen vnd uorfaren ſalicheit, de dat Cloſter tho Sunte Michele bynnen Luneborg geſtichtet vnd bewedemet, vnd ok darſalues ore bigrafft vnd dechtniſſe hebbet, vnd ok dorch mannigerleien denſt, den vns de Erwerdige her Boldewin van wenden Abbat des uorbenomden Cloſters vnſe leue getruwe vaken vnd vele gedan hefft vnd in tokomenden tijden noch don mach, georleuet vnd gegund hebben, orleuen vnd gunnen, dat he vnd ſine Nakomelinge mogen Jagen vnd jagen laten uppe allen holten dar ze oldings plegen to iagende. vnd nemelken uppe den wolden to Igendorpe, Gerlegeſtorpe vnd Ollenſenbergen, ſunderliken to viff tijden in dem Jare, io to der tijd eyns, Alſe tegen Paſchen, Michels dag Sunte Mertins dage winachten vnd vaſtellauende Ok moget ze Jagen uppe oren egenen holten, na orem willen vnd bequemlicheit wan ze willet vnd one des luſtet, vnd wij vnſe eruen vnd Nakomelinge, en willet noch en ſcullet ze in deſſer uorgeſcreuen olden wonheit vnd Jacht nicht hinderen noch hinderen laten, ſunder wij willet vnd ſcullet ze vor vnſe beſunderen Cappellane uorbidden vnd uordegedingen Des to bekantniſſe vnd orkunde hebbe wij vnſe Ingezegel an deſſen breff gehenget heten Na godesbord verteinhundert vnd in dem Negbenteinden Jare an Sunte katherinen dage der bilgen Juncfrowen.

Siegel Herzogs Wilhelm von Braunſchweig und Lüneburg.

Urk. 980.

Ulrich von Berfeld, früherer Abt zu St. Michaelis in Lüneburg, überweiſt als Willensvollſtrecker ſeiner verſtorbenen Schweſter Eliſabeth, Wittwe des Ritters Hermann Rutze, ein halbes Wiſpel Salzgut an die Commende des Altars St. Marie in der kleinen Krypta des Kloſters, zu welcher Hermann Sprotzel präſentirt iſt. 15. Januar 1420.

(Nach dem Originale im Königl. Staats-Archive zu Hannover. — Vergl. die Urkunde vom 26. November 1416, worin die betreffende Dispoſition der Wittwe Rutze enthalten iſt, und die nachfolgende Urkunde.)

IN nomine domini amen. Anno a natiuitate eiuſdem Milleſimo Quadringenteſimo viceſimo Indictione Tredecima. Die Lune Januarij decima quinta hora veſperorum uel quaſi Pon-

